TOMVS NONVS
RERV̄ POLONAR
ANNORVM
1533
1534



Tomus Nonus Legati=onum responsionum literarum. rerum que Polonicarum

Sub dino Sigismundo primo: rege Poloniæ: per sapientiss. Senatorem Petrum Tomiezki Episcopum Cracouien. Regni Polonie Vicecancell. actarum. dictarum. scriptarum. consultarum.

Per me Stanislaum Gorski Canonicum Crac et plocen. eius in Cancell.a scriptorem collectarū Et in Tomos tredecim digestarum.

Continet annos 1533 1534.

Annus domini 1533

Initio anni domini 1533: indictus fuit Conuentus in Petrkow. ad diem Sanctoꝝ Trium Regum.

Ad quem Senatus conuocatus fuit lr̃is sequentibus.

Actus est Conuent9 Petrcouie ad diem Epiphanie .1533.

Littere ad Consiliarios hoc exemplo scripte

Sigismundus dei gra Rex Polonie magnus Dux
Lituanie Russie Prussie Masouie etc. dnus et hes.

Mag^ce syncere nobis dilecte. Et si minime obliti simus, q in preterito gnali Conuentu, cum nostro, tum omnium Consiliariorum nostrorum consilio et assensu decretum fuerit vt ad sequentem proxime annum vetus defensionis modus teneretur, et bellice expedicionis racio com= munibus domesticis viribus sustineretur. Id presertim ea suadente rone, q subditi Regni nri quererentur, se suosqz oppidorum ac villarum suarum miseros et calamitosos Incolas contribucioni pecuni= aria que anteactis annis in publicum defendende reipublice onus imponebatur nimium affligi et grauari. Tamen cum ex rerum permu= tacione intra id tempus facta, consideremus aliis nunc consiliis Rem= publicam Regni nri gere, q que nobis illo tempore placuerunt in melio= rem id partem quod preter expectacionem euenit vertendum duximus. Etenim preter id quod cum Voiewoda Valachie et Thartaris nul= lum fedus habeamus, illorumqz contra dolos et hostilitatem assidue experiamur, non parum nos hoc tempore terret, et in metum adducit q diuina humanaqz misceri vbiuis gentium audiamus. Huc acce= dit q vereamur, ne Thurcorum Imperator ex depopulatis recens Chri=

6

anis Provinciis timore sublatus, et insolencior factus, nobis inter ceteros negocium aliquod facessere, et hostilia inferre contendat. Quare cum ad providendum his impendentibus periculis, tum et ad statuta ac Jura Regni nostri diu cum grandi temporis impendio corrigi cepta, hocque anno iam opera nostra plene recognita, ad veram rectamque in se consonanciam reducenda, denique et ad alia domestici ordinis negocia explicanda commune omnium consilium summe et mature necessarium nobis videatur. Conventum Regni generalem in oppido nostro Piotrcow ad festum Sanctorum trium regum proxime futurorum indicendum duximus. Indicimusque et denunctiamus presentibus S. tuam hortantes, Ut primum ad particularem Conventum in

et conventum terrestrem in

qui generalem de more precedent proficiscatur, ibique de eligendis idoneis et cum plena facultate nunctiis operam suam faciat, Demum Piotrcoviam ad tempus designatum venire non moretur nobiscum et cum aliis consiliariis nostris pro fide prudencia sua de omnibus que regno sunt opus consultura, Que bene valeat

Sigismundus primus Rex Polonie Capitaneis Castrorum regiorum.

Generose fidelis dilecte. Permoti multis arduis et gravibus pe-
riculis, que hoc turbulento tempore impendent Regno nro. Iurium
etiam et Statutorum absolvendorum, que opera nra ad veram re-
ctamque consonanciam nuper sunt reducta, necessitate adducti, Con-
ventum Regni gnalem pro festo sanctorum trium regum proximo in
oppido nro Piotrcow indiximus, quem particularis in
feria   et communis
terrestris in   feria
de more precedent. Itaque mandamus F. tue
ut eos Conventus proclamari ac publicari faciat, in omnibus foris
et congregacionibus populi, Civitatum et Opidorum Capitan sui, lite-
rasque nostras, quas ad Officiales et nonnullos Nobiles scripsimus, ad
eosdem perferri quamprimum et diligentissime faciat, sic ut ad omnes
deferantur. Que autem subscripcionem non habent, eas his quos insignio-
res noverit intitulatas transmittat. Pro officio suo et gra nra. Datum
Cracovie, feria sexta proxima ante festum Sanctorum Simonis
et Iude Aplorum. Anno domini M°. D°. xxxii°.
Regni nri anno xxvii°.

Ad mandatum Regie
Mtis proprium

Legatio a Sigismundo primo Rege Polo: ad Conuentus particulares.

Post dictam et nunciatam salutem et gram Mtis Regie, et oblatas fidei lras, dicendum.

Sacra Regia Mtas, superiore anno, Conuentum Cracouie agens, cum cognouisset ex Subditorum Regni sui querelis, miseros Opidorum et Villarum Incolas, non tolerando sepe contribuendi onere premi, perspexeretq eam pecuniam quam soli ipsi plebei et rustici in publicum subsidium preberent, male ac non integre solui et exigi, maioremq eius partem in priuatos vsus distrahi, q in Thesaurum deferri, ac quitancias antiquas continue mutari, Statuerat tum ista oppressione miserorum et malo soluendi et exigendi ipsarum contributionum modo permota, cum omnium Consiliariorum suorum voto et assensu, Vt ad annos sequentes, contributione pecuniaria intermissa, Vetus militaris disciplinae conditio in ordinem reuocata capessatur, et defendendi Regni ratio communibus Incolarum Regni viribus, sustineatur.

In qua deliberatione, cum diu Mtas sua constantem animum tenuisset, adimplere id quod statuerat cupiens, superuenit noua multarum rerum mutatio, que simul cum tempore, prima consilia, Mti sue reddidit perplexa.

Voyewoda enim Valachie, ad primam declaratam Hostilitatem, auget insolenciam suam, et pergit Mti sue nimium esse molestus, qui tam in Induciis Comprobandis, q in federibus redintegrandis de quibus ipse

11
6

sponte sua, medio Sermi domini Joannis Hungariae Regis egit et sollicitavit, suo more Mtem (Maiestatem) indificatus est, cum neque lras (litteras) Induciarum cum Ser^tis^ Sermi Regis Joannis per illum prius condictarum et demum per Mtem suam approbatarum suscipere, neque in Hungariam quo Mtas sua Magnum dominum Laurencium Myskowski Castellanum Biecen miserat ad tractandum de federibus sicut receperat, mittere voluerit.

Ceterum Thurcorum et Thartarorum potenciam suspectam nunc magis quam ante reddunt Mti sue res illorum prospere geste. Cum enim et Thurcorum Imperator vastatis vicinis Christianis provinciis gloria multa sit elatus. Et Aslam Soltanus homo in illis Scythicis sedibus acer, bellicosus et cupidus, in copiis Pracopen Caesaris insignioreum virorum gratitudinem defectioni propinquam sit consecutus. Veretur Mtas sua, ne et a Thurco, et a Thartaro per aliquam insolenciam, dificultas reipublice Regni sui contingat. Quod si id deus per graciam suam averterit, nihilominus hostilitatem ipsius Pracopen Caesaris, cum quo nullum fedus hactenus habet Mtas sua formidat et cavet, presertim cum Caesar Thurcarum reduxerit illum in graciam cum Aslamo Soltano, a quo sibi metuens, hactenus non ausus fuit educere gentes suas ex Przecopp ad vastanda dominia Mtis sue.

In quo dubio et perturbato rerum externarum statu cupiens Mtas sua Regnum suum tocius subditorum consiliis periculo liberare volensque etiam Jura et Statuta Regni nuper opera sua recognita, quorum exemplum Ego D. vestris iussu Mtis sue offero et reddo omnium Incolarum Regni sui suffragio, absolvi, et ad perpetuitatem ab omnibus confirmari:

Conventum Regni generalem in Opido Piotrkow pro festo Sanctorum Regum indicere dignata est. Hortaturque in universum

D. vestras, et monet Ut tam super defensione recte constituenda quam super recensitis mutibus per me oblatis inter se colloquantur et in medium id quod expedierit conferant, atque nuncios viros graves prudentes, ac rerum peritos cum plenissima et non limitata potestate e medio omnium electos, ad generalem Conventum mittant, qui una cum Mte sua Universoque Senatu, id providere, consulere statuereque possint, quod ad servandam in tantis discriminibus Reipublicae pertinere videbitur

Et quoniam frequentes generales Conventus, qui ob statuendam defensionem regni, que omni anno, omni tempore est necessaria, potissimum indici solent, multum fatigant Mtem Regiam, ad magnaque impendia illam et dominos Consiliarios regni inducunt, ac fiscum publicum ex quo Nuncii terrarum expensis providentur, non mediocriter exhauriunt et diminuunt. Hortatur Mtas sua D. vestras consulant inter se, et damna atque incommoda, que ex tam frequentibus Conventibus evenire solent, diligenter expendant Nunciisque suis potestatem faciant, plenamque instructionem et facultatem dent Ut de defensione regni, in generali Conventu consulere aut statuere Unacum Mte sua et consiliariis regni possint, non ad unum tantum, prout hactenus fieri solebat, sed ad tres, aut quatuor annos quo Mtas sua aliis negociis suis et dominiorum suorum liberere intendere et providere valeat, et non cogatur in hac sua etate, cum magna sua incommoditate et non parvo dispendio quotannis Conventus agere, Utque Subditi Magni Ducatus Lituaniae, ad onus defensionis simul cum regno sustinende commodius adduci possint, qui dummodo sciant, quo numerus militum et ad quam longum tempus servabitur in Regno, ad arcendos hostiles incursus, ipsi quoque eodem numero unaturos se promittunt communem defensionem Nam cum apud nos varietur modus defensionis qui in singulos annos alius et alius statui solet, illi ob hoc hactenus adduci non potuerunt, ad servandos in finibus milites

suos, quos eo numero, quo et nos servari iam vellent, Ex:
pedire itaque Mtas sua existimat, Vt vel ob hanc causam ad plu:
res annos quam ad vnum defensio statuatur

Quare saluti et tranquillitati reipub. optime consulent D. Vestra
et bone valetudini Mtis sue, cuius ab omnibus debita racio ha:
benda est, non parum commodabunt, Mtas vero sua offi:
cium hoc Vestrarum Dominationum cumulata gratia sua referre
illis curabit.

Hec ita summatim scripta, Nuncius copiosius explicare poterit, oracionem
suam non ad verba, sed ad sentencie explanacionem accommodans.

14

Petrus Tomiczki Eps Cracc: Vicecancell Bone Regine Polonie

Sacra Mtas et domina
domina mea clementissima.

Humillimam mei commendationem. Nos adhuc nihil incepimus, expectamus reliquos dominos et Nunctios, nequdum omnes aduentui sunt, Nunctii etiam Cracouien., quorum aliqui heri venerunt, dicunt propalam, se absque nunctiis maioris Polonie nullam aliquid agendi habere facultatem. Unde coniicimus, de compacto et una intelligentia rem agi. Tres tantum Palatini adsunt. Castellani etiam pauci. et hij non de alio, quam de vacanciis solliciti. Sacra Mtas Regia partim hac indigna expectatione, partim istorum ambitione magna, ut video, molestia afficitur. rogaui priuatim Mtem suam, ut rem serio aggrederetur, et vel decerneret quicquid illi oportunum videretur, faceretque exequi: vel si aliud esse non posset, nisi bellum prius decretum, quo isti nescio quid machinantur: fieret potius vrina et incolumi sanitate sua, cum omnibus malis facilius prouideri possit, quam ut postea vlcus istud quod interius latet, erumpere deberet, cum ad medendum esset difficilius. Mtas sua audit omnia strictis humeris, et nihil adhuc, nisi expectat. Quid deinceps fiet, ego prorsus non intelligo. Utinam Mtas sua vel non venisset huc, vel venisset cum Mte vra. Habebam initio spem bonam nos aliquid effecturos, nunc quid sperem non video. Adhuc tamen non despero, modo aliquid ageremus. Commendo me humiliter gratie vre Sacre Mtis. Piotrcouie. xv. Januarii. Anno M. D. xxxii

15 8

Fragmentum Epistole Petri Tomicii Epi Cracc. Vicecancell.

Die lune preterito tametsi nondum domini Consiliarii et aliqui terrarum Nunctii qui erant in itinere, huc conuenerant, proposite fuerant per me de mandato Mtis Regie cause, propter quas indictus sit is Conuentus: et cur Mtas Regia, que in Conuentu Cracouien preterito decreuerat generalem bellicam expedicionem ad annum presentem, suam priorem deliberacionem et sentenciam mutauerit. Cum autem quesitum fuisset à Nunctiis omnibus, vt dicerent cum qua quisque eorum facultate huc missus sit, secesserunt ad locum suum, in quo conuenire solent, et non multo tempore inuicem colloquenti, venientes responderunt se esse inter se inuicem discordes, rogaruntque Mtem Regiam vt eos sua authoritate ad concordiam reduceret, Mtas sua scire cupiens qua in re essent discordes fecit interrogari eos, que cause essent eorum discordie. Qui responderunt quod aliqui eorum, vt Nunctii terre Crac, Siradien, terrarum Russie, Podolie, terre Belsen, terrarum Masouie, terre Rauen, missi sint huc cum plena facultate ad consulendum simul cum dnis Consiliariis, et Nunctiis aliarum terrarum defensione regni et rebus aliis bono communi necessariis, alii vero vt Nunctii terre Sandomirien, Lancicien, terrarum Cuiauie, Lublinen, terre Plocen, dixerunt se missos esse ad hunc Conuentum, vt satisfacerent mandato Mtis Regie. id tamen sibi speciale commissum esse, vt si non adessent hic Nunctij terre Posnanien, et Calissien, sine illis nihil agerent, nec quicque de Contribucione pecuniaria consulere auderent, sed perstarent in Decretis Cracouien Conuentus, hoc est, vt generali bellica expeditione regnum ab insultibus hostium de:

defenderetur. Mtas Regia audiens hanc tantam illorum scissionem, mandauit dominis Consiliariis vt illos suis persuasionibus ad concordiam reducere curarent. Qui fecerunt quidem diligenter omnem operam suam: me verba nomine omnium faciente, sed nihil proficere potuerunt. Illi enim Nunctii qui cum limitata ptate hunc venerunt, et sine Nunctiis Palatinatus Posn. et Calissien. nihil consulere voluerunt de defensione communi, dicebant se non posse excedere fines mandati sibi dati, rogabantque vt domini Consiliarii non cogerent eos ad ea, que prestare saluo honore suo non possent. dictum eis fuit postea, vt soli simul conuenirent, et vnionem mutuam inter se facerent, cum essent membra vnius corporis, Qui conuenerunt quidem hesterno die simul, sed non solum coire non potuerunt in vnam sentenciam, verum eciam in longe maiorem scissionem et differentiam inter se venerunt. Itaque in tanta diuisione in tanta temeritate hominum ac inobediencia sperare nō possum, vt quid aliud statui possit in hoc Conuentu, quam generalis omnium nobilium ad bellum motio, que tametsi sit omnium damnosissima, et hoc tempore periculosissima, in tanta hominum et ordinum erga se inuicem exacerbatione. Si tamen aliter prouideri non poterit tranquillitati et securitati regni, forte hoc quod maius malum est, postulante id factiosorum hominum inuidia, erit nobis amplectendum. Cum autem ad eos terminos respublica regni deducta est vt, plus valere debeat audatia et importunitas paucorum factiosorum, quam rectum omnium bonorum iudicium, verendum est ne in eas difficultates et pericula nos Poloni incidamus, in quas domini Hungari cum suo Regno propter odia et simultates intestinas delapsi sunt. Que postea hic agentur et concludentur scribam Dat. Piotrkouie die XXIIa Januarii Anno domini Mo. Do. XXXIIIo

12
10

Andreas Cricius eps Plocen
Bone Regine Polonie.

Sacra M^tas. et dña. dña
mea clementissimo.

Humillimam mei comendationem. Jam tandem, ni fallor, convenerunt omnes Nunctii, preter illas terras que nuctios non elegerunt. Sic nos comparamus et accingimus, vt in cōtumacia illorum, et contra illos et de rep[ubli]ca que opus sunt consulamus. In ea re magnam michi spem et obsequium prestat filius domini Jarant palatini Lancicien, tantum abest vt ex ea domo semp[er] fida et quieta sedicionis aliquid ortum fuerit vnq[uam]. Est autem is nuctius terre Siradien, instatq[ue] propalam, vt et rebelles corrigantur, et sine illis consulatur. Hec, cum alia nō sint, scribere vr[ae] Sacre M^ti volui. Quidquid deinceps natu fuerit scribere non negligam. Me etiam atq[ue] etiam comendo in gra[tia]m vr[ae] Sacre M^ti. Petrkouie xviij January. 1533.

8

Terra Posnanien. et Calissien. nuncios in Conventibus parti:
cularibus non elegerunt, nec miserunt ad regem Piotrkoviam ad
Conventum generalem. Terre etiam, Sandomiriensis. Lan:
ciciensis, Bresten. Junioladislavien. Plocen. elegerant quidem
in Conventibus suis particularibus nuncios. et eos miserat Piotrkoviam
ad Conventum. Sed hij earumque terrarum nuncii, ad Contributionem
pecuniariam, quam rex cum reliquarum terrarum nuncijs et Consiliariis
decernebat, non consenserant. quia eis vetitum erat, ut sine
nuncijs terrarum Posnaniensis et Calissiensis, nil facere auderent.
Et sic Conventus perplexe actus fuit. Ideo regia Maiestas, indixit
denuo eisdem terris Conventus particulares in earum palatinatibus:
generalem autem terrestrem. terris Maioris polo. in Colo: Terre
vero Sandomiriensi instituit Conventum in Opatow. ut ad Contri:
butionem per regem et Consiliarios. et reliquarum terrarum nuncios
institutam: consentirent. De qua re sunt sequentes litere
ad Consiliarios, ad Nobiles. ad Capitaneos scripte.

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis Terrarum Posnaniensis
Calissien. Lancicien. Bresten. Juniwla:
dislavien. Sandomirien. Plocensis

Uno eodem exemplo lr̃e sunt scripte.

Magce sincere nobis dilecte. Non ignorat tua Stas qua pplexitate
actus est Conventus modernus Petrcovien, et in quibus tandem ter:
minis res constiterit: sic ut in tanta necessitate et periculo regni
nunc videtur respca magis in ancipiti, et in incerta defensione
fuerit constituta. Itaque cum eo ventum est, ut in ipso generali
Conventu id efficere non potuerimus, quod necessarium reipubce
cognovimus: ne quid pretermitti videretur, quod ad sarcienda modo
debito, et subditis nris ferendo, defensionem oportunum esset: Statim
Conventum particularem in Srzoda ad feriam secunda post domi:
nicam indicavit: generalem vero Conventum instituimus in
Colo ad feriam tertiam post dominica Reminiscere. Itaque hortamur
S. tuam, ut tam ad Conventu particularem in Srzoda [Caliss: // "Lancicia Brestie etc."] quam etiam ad ge:
neralem terrestrem in Colo proficiscatur. et illic id agat, quod
expedire videbit ad inducendum hominum animos in id consentiendum
quod per nos cum universo consilio, et maiore parte nunciorum terre:
strium est hic constitutum. ne ubi impedimentu aliquod interve:
niret, et fines regni nri presidiis oportunis destituerentur, aliquod
grave periculum et casus quem dominus deus avertat accidat.
Itaque tua S. sic factura pro offo suo et salute reipce ac gra nra.
Dat Petrcovie in Conventu generali die S. Dorotee. Anno dni . 1533.
Regni vero nri anno XXVII.

20

Sigismundus primus Rex Polonie.
Nobilitati terrarum Posn. Calissien. Sandomirien. Lancicen. Bresten. Plocen. Juniwladislauien.

Generose fidelis dilecte. Licet in presenti generali Conventu Petrkoviensi diu multumque laboraverimus, in consulendo de salute reipublice nunc in summis discriminibus constitute, decreverimusque nonnulla ut fieri potuit que oportuna videbantur ad sartiendam quomodocunque defensionem regni: quia tamen Nuncii ex aliquibus palatinibus pro non fuerunt ad hunc generalem Conventum electi neque missi, aliquarum vero terrarum Nuncij qui huc venerant, testabantur se facultatem non habere ad omnia consentiendum, si non adessent hic nuncii terre Posnaniensis et Calissiensis: nos ne in aliquo deesse videremur tantis periculis et necessitatibus reipublice: volentesque preces nunciorum terrestrium, qui fidem observanantiam et obedientiam erga nos suam declaraverunt obaudire: Statuimus Conventum particularem in Srzoda (Opatow: etc.) feria secunda proxima post dominicam Invocavit. Hortamurque tuam F. ut ad eundem Conventum particularem Srzedensem proficiscatur, et in eo existens, curet ut ea que hic per nos et Consiliarios nostros ac terrarum nuncios sunt acta et decreta, illic ab omnibus non gravatim suscipiantur. Pro salute patrie et gratia nostra facturo. Petrkovie in Conventu generali die sancte Dorotee, Anno domini 1533. Regni nostri XXVij

Rex Capitaneis suprascriptarum terrarum.

Magnifice sinceri nobis dilecte. Licet in presenti Conventu Piotrkoviensi generali decreverimus nonnulla que oportuna videbantur ad sartiendam quomodocunque defensionem regni: quia tamen

nuncii terrarum testabantur se facultatem non habere ad omnia consentiendi, et aliquarum terrarum, nuncij ad eundem Conventum non sunt missi: Statuimus Conventum generalem in Colo, ad feriam tertiam post dominicam Reminiscere proximam, quem particularis in Srzoda feria secunda proxime futura post Dominicam Invocavit precedet. ut illic consilia et constitutiones nre in ipso Piotrkoviensi Conventu facte nobilitati exponantur, et approbentur. Quare mandamus tue Sti ut istos Conventus proclamari quoprimum faciat in omnibus foris et congregationibus populi opidorum et aliorum locorum publicorum Capitaneatus sui, lras quoque nras quas ad officiales et nonnullos Nobiles scripsimus, ad eosdem incontinenti mittat. et que earum intitulate non sunt, ad eos quos noverit precipuos intitulari faciat. pro off° suo et gra nra Dat in Conventu gnali Piotrkoviensi, die S. Dorotee. 1533 Regni nri 27.

Sigismundus primus Rex Polonie
Joanni de Tarnow Palatino Russie
Exercituum regni nri Duci generali

Magce sincere nobis dilecte. Cum adhuc Petrcovie ageremus videremus quod reipce nre neggoa in ea perplexitate et in incertitudine suspensa esse: ut nisi prudentum consilio aliquo dirigatur, nram nos et consiliariorum ac maiorum terrestrium operam et impensam qua in preterito Conventu fecimus, amittere oporteret: decreveramus tum Sti tue id muneris imponere, ut pro industria et potestate sua aliquibus modis et mediis inter Nobilitatem istius terre Sandomirien operaretur: quo Decreta Conventus Pyotrkovien preteriti ab illis suscipiantur et approbentur. Quod quoniam propter occupationes in tumultuario discessu nro obliti sumus Sti tue declarare, presentibus illi declaramus. et hortamur illam studiose, ut et intersit isthic dum agetur Opatoviensis Conventus, et hominum animos persuasionibus suis, ad id suscipiendum et approbandum adducat, quod nobis et universo Senatui ad bene constituendam regni reipam commodum et utile est visum. Factura id tua S. pro suo erga nos off° et fide, nram quoque vicissim erga se gra singulari. Que bene valeat et sit felix. Petrkovie die S Dorotee 1533 Regni nri anno 27

Articuli seu decreta ex Conuentu Colensi ad Regem missa.

Nuncii Terrarum Posnanien. Calissien. Lancicien. Junivlad. Sirad. Lancicien Bresten. Ploczen. supplices orant, ut articulos infrascriptos in Conuentu Colensi laudatos suscipere dignetur.

Ut Exactiones publicę in terris et Palatinatibus dispensentur, et militibus stipendiariis pro defensione regni suscipiendis distribuatur.

\+ Eo adiuncto quod Contributio dominorum Spiritualium, in omnibus Palatinatibus pro defensione regni una cum pecuniis publicis exponantur et dispensentur addito Spirituali Dispensatore ad dispensatores terrestres.

Ut in Conuentu generali sequenti, nulla mentio sit de defensione pecuniaria, prius quam omnia priuilegia et statuta regni perlegatur. et omnia obseruata reformentur omnium priuilegiorum, et in pristinum suum statum restituantur.

Si motio bellica in futurum contigerit et domini Spirituales bona terrestria possidentes: una cum Nobilitate ad bellum proficiscatur.

Ut cusio monete omnis generis penitus ubique, etiam in prussia et apud ducem prussie a modo cesset.

Ut Theloneatores in omnibus terris et palatinatibus sint possessionati, et ut pecora proprię domesticę suę educationis, ubique a solutione Theloneorum sint libera iuxta priuilegium.

Loca etiam et Camere Theloneorum ut sint in locis solitis secundum antiquam consuetudinem. Et ut Mercatores nouis et inusitatis Exactionibus non grauentur.

Ut in omnibus Cameris et Salinis regiis, etiam in terra Ploczen,

esset Salis copia, et Sal precio solito vendatur, et Tonne ac vasa salis plena sint iuxta constitutionem.

Conventio Colensis vt antecedat Conventum generalem regni.

Vt Regia Maiestas, ex innata sua benignitate et clemencia regia veniam dare dignetur, et in cor suum regium, indignationem non admittere contra Nobilitatem Palatinatum Posnanien et Calissien quod nuncios suos ad Conventum preteritum generalem Petrkoviensem non elegerint, neque miserint.

Vt Nunciis Terrarum Sandomiriensis. Lancicien. Brestensis. Junivladislavien Plocensis, regia Maiestas ex sua benignitate ignoscere dignetur, quod existentes in Conventu preterito Petrkoviensi de defensione pecuniaria absque nunciis Maioris Polonie consulere noluerint. quia tale Mandatum a tota communitate in Conventibus particularibus congregata habebant: vt sine nunciis Terre Posnaniensis et Calissiensis nil facere auderent.

Supplicandum regie Maiestati, quo Maiestas sua dignaretur de Tesauro suo Nuncios Terrarum Sandomiriensis. Lancicien. Plocensis. qui in Conventibus particularibus, et terrestribus, etiam in generali Petrkoviensi preterito, etiam in duobus Conventibus in Colo existentibus, nil penitus acceperunt. neque pro expensis provisi sunt, sed suo proprio sumptu ipsos Conventus expediverunt.
Brestenses vero et Junivladislavienses nuncii, licet de mandato dominorum Palatinorum sint provisi de pecuniis publicis ab Exactoribus receptis, Maiestas tamen regia, ab Exactoribus suscipere id in ratione noluit. Neque ad Conventum etiam modernum Colensem provisi sunt.

Litere a regia Maiestate expediende, vt hec Contributio in Conventu Petrkoviensi preterito instituta, non trahatur in Sequelam, precipue quod absentibus Nunciis horum palatinatuum sit Laudata.

Andreas Cricius Eps Ploceñ
Sigismundo Regi Polonie

Sacra Regia Mtas domine dñe clementissime. Humilem mei commendationem. Quemadmodum Sacra Mtas vra mandare michi dignata est, ire ad Conventum Ratisbonensem, ivi non gravatim. quo et Nobilitas convenerat plurima. Et quis audita Legatione S. Mtis vre, cum res ad rationem consultationis pervenerat, suborte fuerant preter spem nonnulle alterationes super conditionibus quibusdam que publicis decretis officere potuissent, que nobis universum diem ad vesperam usque continuerunt. ad extremum tamen rem eo perduximus. ut et voluntati Mtis vre et decreto generalis Conventus satisfieret. Ad quod simpliciter consentiendum, et ea que opus sunt concludendum, mittimus cum plena facultate ad Conventum Colensem tres ex nobis insignioribus nuncios, ut efficatior eorum esset persuasio. Quibus precepimus ut et alias illic omnes pro virili sua inducant ad concludendam Contributionem publico consilio iam decretam. Ego vero ad ipsum Conventum Colensem molestissimo reumate affectus ire non possum. neque ut ei intersim necesse videbam. quandoquidem sublata omni contradictione, ad omnia consensimus. et ad declarandam eam voluntatem nostram nunctios illuc misimus. Proinde supplico Mti vre ut hanc veniam dare michi dignetur dominus meus clementissimus. Cuius gratie me etiam atque etiam humiliter commendo. Ex Conventu Ratisbonensi, die quarta Martii. Anno domini 1533.

Humillimus Capellanus Andreas Eps Ploceñ

Andreas Cricius Eps Plocen
Bonae Reginae Poloniae

Sacra Reginalis Mtas. Dna
Domina clementissima

H. umill. mei commendationem. Veni ad hunc Conventum in Raciass, subodorans nonnullas in eo difficultates futuras. quo et plurima Nobilitas convenerat. prout iste puer regius omnia vidit, cum gladiis et fustibus omnes. Post legatom regiam et sententias nras, cum ad consultationem Nobilitis ventum esset ad cimiterium, prius ut audio clamatum fuit ad bellum, et quod magis mirum, a vilioribus. deinde iniecti nonnulli articuli, qui totum negocium inficere vi: debantur. nempe de securitate a motione bellica, data Contributione: de qz dispensatione ipsius Contributionis, et impensa nunciorum. in quibus altercando, totum usqz nocturnam Stellam diem consumpsimus. Audio etiam iniectam fuisse a nonnullis condicionem. ne idem sit palats et Capitaneus in uno palatinatu: sed reclamante maiore parte, nulla coram nobis de hoc mentio est a communitate facta. Post altercationes tandem eo rem perduximus, ut simplr susciperetur decretum Conventus generalis. et ad id cum aliis concludendum, designavimus ad Con: ventum Colen, tres nuncios insigniores, ut efficatior esset eorum persuasio, si alii reluctarentur. nempe Castllm Dobrinensem. Castellanu Sieprcen, et Succamerarium. quibus iniunximus ut omnem operam adhibeant de su: scipiendo ab omnibus ipso Decreto generalis Conventus. Ego et reumate afflictus, et non videns opus esse, illuc non eo. Clement ma Domina. ego videns hec et alia multa mala in hac terra Plocen, potissimum ex factionibus multis et inveteratis, manare: quae ubiqz et privatis et publicis rebus semper obsunt: et propter quas ego hic, mansionem abhorrebam semper, condixi

magna difficultate diem Concordie inter omnes dissidentes in Plozko post festa Pasce. Nam ad evellendum radicitus Zisania tam inueterata et vlcerosa hic angustum tempus videbatur. nescio quo modo res succedet. Verum et promiserunt omnes stare mee sententie: et modestia comitas quod ad Mensam meam omnium, spem michi bona prebet. Comendo mea humillima seruitia in gratia Vre Sacre Mtis. Ex Conventu Ratisbonensi 4 Martij .1533.

Clausula ex litteris domini Tomicij Epi ad Joannem de Tarnow comitem palat Russie.

Nuncij Terrarum qui ex Conventu Coloniensi huc missi fuerant ad dominum Mtis regie, prudens animosum et vere regium responsum, condicionibus et articulis illuc allatis refferunt, et solis litteris de non trahendis in exemplum et sequela contributionibus publicis, acceptis, domum sunt reuersi.

Petrus Eps Cracc. Vicecancell
Sebastiano Opalenieczki Custodi Posn
Secretario regio.

Molesto animo accepimus fuisse quosdam in Conventu Srzeden qui Constitutionibus generalis regni Conventus veniti, et illas arbitratu suo invertere conati sunt. Audacia enim et temeritas eiusmodi hominum, noxia esse solet reipub. hec tamen nos Deo et fatis committimus. Credimus tamen in Conventu Colen: ubi dominorum autoritas et prudentia aderunt, omnia tranquille transacta iri. Vos quod miseritis nuntium vestrum ad regiam Maiestatem, cum hiis que in Srzoda acta sunt consulte fecistis: et quod idem ex Conventu Colen facere et praestare possitis. Literas podwodarum vobis mittimus. Quare curabitis ut absolutis Consiliis Conventus nuntius vester, et mox in viam se det, et magnis itineribus currat. ne significatio vestra posterior sit. quam prior esse debet. Valete.

Petrus Tomiczki eps Crac. Vicecancell.
Stanislao de Cosrielec Palatio Posnanien.
Marienburgen. Tucholien. Stumen. Capito

Magce domine amice charme ac honoran. Accepi lras vre Magce quibus michi declarat lamentabile, filium suum dominum Castellanum Lanciciensem delatum et accusatum esse apud Mtem regiam, tanq ipse autor fuerit turbationis et dissensionis que facta fuit in Conventu Srzedensi, ante generalem Conventum acto et habito, et q eo instigante, nuncii illic non fuerint tunc electi, postulans a me vt vre Magcie ea in re consilio et auxilio meo non desim. Ego de hac re antea parum aut nil cognoscens, detuli illam ad Mtem regiam, narrani q ordine omnia, que michi nunc vestra Magcia in hoc suo summo dolore perscripsit. Mtas sua respondit se edoctam fuisse, q is ipse filius vre Magcie, author fuerit cum aliis illius dissensionis Conventus Srzedensis. miratamq fuisse, ac etiam num mirari suam Mtem, si hec fieri deberent per filium vre Magcie. cum ea re nemini incomodaret alteri q sibi ipsi excepto. Quando vero excusat eum vra Magcia Mtas sua excusationem hanc vre Magcie in eam partem accipit. et nullam erga illum indignationem habituram se dixit. modo se ita gerat, vt decet fidelem subditum et Consiliarium. erga se et erga rem p ram. Comemoranit Mtas sua multa argumenta, ex quibus multi homines conijciebant filium vre Magcie causam prebuisse, q nuncii non fuerint electi, et in Srzoda. et in Cuiania. Sed tamen eiusmodi delationibus fidem non adhibuisse neq adhibere.

De Tennta vero Tuchola nil ad presens dixit Mtas sua actum fuisse. quare Magcia vra bono animo esse velit et non se perturbet in animo suo. sed valetudinem suam curare velit diligenter. Nemo enim est qui ab eiusmodi clandestinis accusationibus liber esse possit. Conscientia tamen, et recta vivendi ratio, saluabit vnumquemq ab omni malo et periculo.

3c

In Conventu Opatoviensi qui die Lunę praeterito est celebratus nil est conclusum, de hys propter quę fuit indictus. Nobilitas enim Terrę Sandomiriensis fuit inter se divisa, aliqui clamabant ad bellum: aliqui vero consentiebant in Contributiones in praeterito generali Conventu decretas. Post longos tandem tractatus reiecerunt omnem suam deliberationem in Conventum Sredensem. ita ut quidquid illic decerneretur, ipsi etiam suscipere id totum vellent. Miratur Maiestas regia, quod ita respublica regni sui scinditur in multas partes. cognoscit quod id non esse ex utilitate et bono communi. Comendo me amori et solitę benevolentię Magnificentię Vestrę. quam Dominus Deus servet incolumissimam sospitem et felicem. Cracovię V. Marcij 1533.

Petrus Tomiczki episcopus Cracoviensis Vicecancellarius
Joanni de Coscielec Castellano Lanciciensi

Magnifice domine amice charissime. Dolemus plurimum Magnificentiam vestram delatam esse et accusatam apud Maiestatem regiam. tanquam ipsa fuisset autor eius dissensionis et novę inobedienctię, quę comissa fuit in Conventu Szredensi, quod ipsa vestra Magnificentia egerit et curaverit cum suis amicis et necessariis, quod nuncii non fuerint tum electi. Et fatetur quidem regia Maiestas hec de vestra Magnificentia ad se significata et delata fuisse. cum tamen vestra Magnificentia excusat et negat se id fecisse. Maiestas sua excusationem illius accipit in eam partem. Puto autem quod si vestra Magnificentia non fuisset in Conventu Szredensi, sique generet illius dominus Grodzienski iunior cum suis complicibus adeo manifeste electioni nuntiorum adversatus non fuisset, nunquam in tam gravem suspicionem coniecta fuisset vestra Magnificentia. Quando autem Deo sit gratia, Maiestas regia ut benignissimus princeps non omni spiritui, neque ei delationi de vestra Magnificentia facile fidem adhibet, vestra Magnificentia nil molesta sit de hac sua iniusta accusatione. quę cum nulla veritate et testimonio subnixa sit, nocere illi nullo unquam tempore poterit.

modo vra Magcia vitet in posterum eiusmodi orationes, quibus
illam eius emuli atque inimici criminari possent.
De Tenuta Castri Turhola, nil sit sollicita vra Magcia.
Nam de illo nichil est nunc cum Mte regia actum. Mtas
etiam sua non facile mutare solet Capitaneos arcium suarum
presertim sibi fidos et obsequentes. Felicissime valeat
vra Magcia, et nos diligat. Datum Cracovie die V Marcij
Anno domini M.D.XXXiij.



Hic ponantur literae Contributionum
Anno 1533 institutarum

petantur ex registris Cancellarie.

et ordinatio dispensationis pecunie
et militum prebendorum

53
28

Tomicius Bone regine.

SAcra R[egia]lis M[aies]tas et domina, domina mea clementissima. Ante quinque ferme dies dominus Ludouicus Alifius Secretarius v[est]re Sacre M[aies]tis profectus est hinc ad reuidendos et ordinandos prouentus et redditus Ducatus Pinensis. moratus est hic Vilne bonam temporis partem, negociis v[est]re Sacre M[aies]tis sic exposcentibus, que (mea eciam quantulacumque opera accedente) ita transegit, vt nichil eorum, que in mandatis à Sacra M[aies]te v[est]ra habuit non obtinuerit. Dux olim Pinen[sis] defunctus, nonnihil alieni eris dum viueret contraxerat Regia M[aies]tas censet vt idipsum æs alienum, ex redditibus einsdem Ducatus dissolueretur, quod vniuersum ego vnius anni redditibus existimo dissolui posse, sed hoc atque cetera dominus Ludouicus illuc veniens considerabit, à quo, cum ad v[est]ram Sacram M[aies]tem redibit eciam de ceteris rebus omnibus, plenius edocebitur. v[est]ra Sacra M[aies]tas, cui me cum promptissimis seruiciis et oracionibus meis humillime commendo, quamque vt omnipotens deus, vna cum prole desideratissima nobis quam diutissime incolumem seruet, omnes oramus

17

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Andree de Valentinis Medico Bone regine.

Accepi litteras vras quibus modum et viam procedendi in
cura Chronice egritudinis, Mgci domini Pallatini Cra:
couien. simul et racionem totam, eius valetudinis, atq cau:
sas, cur eo et non alio modo, ei egritudini, mederi vos ne:
cesse esset, erudite simul et copiose descripsistis, vidi enim
eciam in eisdem litteris vris, nonnihil eiusmodi de me opi:
nari, quasi ego leniter corripere viderer, desudaciones et
alia quedam quibus ad leuandam eandem egritudinem
vtimini. Primum omnium scire velitis mi domine Doctor,
Mgco domino Palatino Crac propter egregias eius virtu:
tes, et in rempublicam fidem, atq in me maxima benefi:
cia me adeo esse deuinctum et affectum, vt eius valetu:
dini aduerse non aliter indoleam, ac si ipse pari aduer:
sitate laborarem, itaq quicquid id est, quod ad eum scri:
psi, id eo pertinet, vt quantum et in me, et in ceteris ami:
cis aliquando experiencia didici, id sue Mgcie manifestu
facerem, non quo id pertinaciter ita esse affirmarem,
qui neq medicam artem profiteor, nec ei vnq aliquid
opere impendi sed eciam meam qualem qualem sniam in me:
dium attuli et varietate consiliorum, atq sentenciaru, aliquid
tale elucescere posset, quo homini non salute modo, sed immor:
talitate dignissimo ad leuandam eam qua premitur mole:
stiam, ocius subueniri possit, tantum autem abest, vt id qd
vos sue Mgcie salubre censetis, ego corripere debeam
vt si ex malis pociora optanda sunt vel si hec egritudo
Mgci domini Pallatini fatali quadam necessitate ab eo evi:
tari non potuit, ego eam potissimum ei tunc accidisse cu
vos ei curando incumbitis maluerim, neq n. dubitari
potest, pro summo vro in ea arte studio, et acumine ingenij
vri quin M. d. me Palatinus quem in propinquissimo sa:
nitatis articulo iam esse scribitis, breui perfecte et mihi
desideratissime valetudini restituatur cui rei vos ita vt
cepistis, eciam vt adnitamini rogo et oro valete 1529

29

Petrus Tomiczki eps Craccouien
Regni Polonie Vicecancell
Palat° Sandomirien

Hesterno die, post horam XXII Mgcus dominus Castellanus Cracouien clarissimus ac longo euo memorandus Senator excessit ab humanis non sine omnium hominum, presertim vero, Regie Mtis graui merore et luctu. cuius animam christus dominus recipiat in suas Sedes ethereas. Is tametsi omnium hominum conciliare studuerit sibi amiciciam et fauorem, singulari tamen quodam amore ac beneuolencia me et vram M. prosequebatur. atque ita amisimus optimum ac integrum amicum. Ego mortem illius satis deflere non possum, vixit enim mecum concordissime et honestissime, in officio Cancellarie, et vereor quod tam bonum et concordem Collegam post hac non sim habiturus, aliter enim res in Curia Regia aguntur quam prius, nihil prorsus valent nunc preces mee et merita in omnibusque ferme peticionibus meis iustis atque honestis patimur repulsam, vtcumque tamen est ego officium amici in vacationibus dignitatum et summorum officiorum, virtutis et meritorum vre Mgcie, cuius debita racio apud nos haberetur. commendo me. Dat Craconie vltima Decembris Anno M°. D. XXXiij

*

Otto de Chodecz Palatino Sandomirien
Petrus Tomiczki Eps Crace. Et Regni Polo
Vicecancellarius

M
Agce domine amice charissime ac honoran. Priusqz accur:
risset ad nos is nuncius vra Mgcie. accurrit autem et
literas reddidit hesterno die mane quo discessimus cum
Regia Mte ex Cracovia. Nepos vre Mgcie dominus
Castellanus Halicien. rogavit Mtem Regiam, ut habita
racione serviciorum suorum conservare illum ad vitam
in tenuta ville Zadworze dignaretur, Mtas autem sua
putans q eandem villam frater eius defunctus tenuisset
oppignoratam in aliqua pecuniarum summa et nesciens
q iam nunc devoluta esset absqz solucione cuiusqz sume
pecuniarie ad Mtem suam, annuit non gravatim illius
precibus, pro quo, eciam ego intercessi cum igitur ita factu
est non licuit Mti sue donationem suam revocare aut
infringere. habito presertim respectu ad servicia domini
Halicien, Nam quod in eius commodum fecit Mtas sua
nihil dubitavit et ego cum illa quin id foret gratum
vre Mgcie

Doleo vehementer mortem optimi et strenui Nepotis
vre M. domini Cola, verum expendens apud me q
eiusmodi casibus tota mortalitas fluctuat tempero do:
lori meo id quod et vra quoqz M. facere velit et de
sua convalescencia ac bona valetudine bene speret.

Multi ambiunt dignitates et officia que vacant nunc per
mortem Mgci domini Christoffori de Schidlowiecz Cas:
tellani et Capitanei Cracovien ac Regni Polonie Can:
cellarii, venient plerique ad hunc futurum Conventu

qui alioqui non erant venturi. ego tamen curo et ago vt vre
q° Mgcie debita racio habeatur et vt nullus illam impediat in
eius ascensu, neqz transcendat) Oratorem Imperatoris Thurca:
rum dum Kierdei vult Mtas sua honorifice excepi et tra:
ctari Quare vra Mgcia ita, vt est mens et voluntas Mtis
sue illum excipiat et omnibus necessariis provideat ac ali:
quem servitorem suum discretum cum illo ad Mtem suam
expediat et expensis necesseriis provideri faciat quo ad Mtas
sua suum hominem ad illum excipiendum et providendum mit:
tat, id quod Mtas sua facere vult cum primum erit apud
illam dominus Regni Thesaurarius qui propter commoditate
hospitiorum et suam profectus est in Piotrkow foelicissime va:
leat vra M. et me diligat Dat in Kxiass die v°
Januarii Anno domini M°. D°. XXXiii°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Bone Sphortie Regine Polonie.

SAcra Rlis Mtas Et domina domina clementissima. post hu:
milem servitutis et oracionum mearum commendacionem. Co:
uentum quem hic cum Regia Mte egimus concedente domino
ferme iam absoluimus nam contribucionis negocium quod ma:
ioris momenti fuerat, determinatum est, ita tamen si Palati:
natus quorum nocii vel non fuerunt, vel a consilio aliorum sut
segregati, consenserint quibus non sine indignitate Mtis Regie
Conuentus denuo particulares et terrestres statui ad hoc debet
vt que hic acta sunt aprobent et acceptent, Que illorum ap:
probacio etsi dubia est multis, ego tamen de illa bene spero
multis ex causis quas coram Mti vra Serme exponam.
Quod ad domum Capitularem attinet de qua ad me scripsit
Mtas vra Serma, vehementer doleo q Prelati et Canonici

Ecclesie mee in illius concessione desiderio, Mtis vra Serme non satisfecerint cum quibus ego prout Mti vra receperam pro domino Czurilo, priuatim egi, cauens ne si palam egisse Capitularis Statuti, aduersum illum sentenciam commouerem quod ita habet, vt qui intercessione cuiusuis in Capitulo vtatur carere debeat impetratis, vtcumqz tamen hoc vel in: pendentia meorum Canonicorum vel fato accidit Mti vre ego supplico vt id boni sicut prudentissima Princeps et domi: na consulere dignetur nam id ego illi et cum ipsis omnibus mereri in aliis curabo

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell Nicolao Bedlenski Scolastico et Vicario Crac in spiritualibus.

Venerabilis domine fr in Chro charme. Scripsit nobis Rlis Mtas molestissimo se ferre animo q vos Prelati et Canonici Ecclesie mee obaudiueritis preces et intercessionem Mtis sue pro seruitore suo domino Czurilo apud vos factam, in: simulans eciam nos, quod nos plus fauere velle visi esse: mus domino Laski Preposito Gneznen vt domum Capi: tularem per mortem Mgci olim domini Castellani Cracouien vacantem obtineret qz seruitori eius Mtis domino Czurilo. Nos rescripsimus quidem Mti sue Rli id quod in excusa: cionem meam et vram pertinere arbitrati sumus, dolemus tamen plurimum, q tam indigno animo fert Mtas sua q de: siderio illius non feceritis satis, dabimusqz operam, vt iram Mtis sue contra vos conceptam placemus, vosqz et vni: uersum clerum nrm in graciam Mtis sue restituamus] De: creti sunt in hoc Conuentu fertones de singulis Mansis seu La: neis agrorum secundum antiquas quitancias, preterea exactio Ciuilis que Schos dicitur, et contribucio Czoporove, sed ea lege

si septem Palatinatus vizt Posnamien Calissien quorum nu:
ctii huc non fuerunt missi et Sandomirien, Lanciaen, Brzes:
ten, Junivladislavien et Plocen quorum nunctii limitatam
et prescriptam potestatem habuerunt, et nihil hic de contribu:
cione pecuniaria consulere et consentire voluerunt, in eas ipsas
contribuciones hic decretas consenserint, easque susceperint,
Itaque omnes labores vigilie impense et consultaciones nre vi:
dentur abire in irritum, quoniam constitucio que hic facta
est pro communi regni defensione manebit in suspenso quoad
sciamus quid Palatinatus predicti in Conuentibus particu:
laribus, qui illis in locis consuetis ad feriam secundam post
Dominicam Innocauit proximam statuentur suscipere volu:
erint an videlicet contribuciones hic decretas, an vero
generalem pociis bellicam expedicionem que hic in casu quo
illi non consentirent ad ea que hic communi consilio et
consensu constituta sunt, est etiam decreta ne regnum
vacuum penitus presidiis militaribus et necessaria defen:
sione remaneret
Dominus Joannes Gorski Archidiaconus Posnamien et Ca:
nonicus Ecclesie nre vt domino deo placuit feria tercia
proxima excessit hic e vita cuius animam dominus deus
recipiat in suas sedes ethereas. nos etsi deliberamus adhuc
cui Canonicatum Ecclesie nre quem ille obtinebat confe:
ramus, curabimus tamen ei homini illum conferre quem
putabimus magis vtilem et necessarium nobis et Ecclesie
nre hoc periculosissimo tempore futurum. Certo nobis
persuademus quod nos intra octo dies hinc euoluemus et
recta istuc ad vos cum Mte Regia proficiscemur. vos in:
terim rogetis dominum deum pro nobis et foeliciter va:
lete Datum in Piotrcow die Sancte Dorothee Anno
domini M° D° XXXiii°

V Enerabilis domine frater in Chro charme Retulimus oia Mti Regie que nuper nobis de mandato Rlis Mtis scripsistis, dabimusqz operam vt satisfiat in omnibus pos:tulatis et votis Sue Rlis Mtis est magna scissio in:ter nunctios Nobilitatis, aliqui enim consulere volunt paratosqz se offerunt cum aliis nunctiis qui presentes sut de communi defensione alii vero vt Nunctii terre San:domirien, Nunctii terre Lublinen terrarum Cuiauie, terre Lancicien dicunt sibi prohibitum est ne quid:piam tractarent aut consulerent absqz nunctiis terre Posnamien et Calissien qui cum hic non adsint nihil agere volunt sine ipsis Que res facit magnum impedimentu publicis consultacionibus. Queruntur tamen modi quibus illorum pertinacia cohiberi, et ipsi cum aliis bene senci:tibus reduci ad concordiam possint vbi vero perstiterit in sua temeritate, non speramus quod aliquid in hoc Conuentu statui possit quod sit vtile reipublice et sa:lutare bene valete ex Piotrcouia die XXiija Janu:arii Anno domini M° D° XXXiiii°

Petrus Eps Crac. Vicecancell
Bone Regine Polonie.

Ser^ma^ Princeps et D. Absoluto Conuentu iam ferme omes hinc euolarunt in me solum negociorum publicorum et suorum quisq3 cura reiecta quibus ego die noctuq3 diligentissime propterea incumbo vt et Mtem Regiam onere expeditionum leuem et vnumq3 pro equitate desiderio:rum suorum compotem faciam, cras est statutus dies exitus hinc Regie Mtis que alacriter se itineri accingit vt citto salua ad Mtem vram Sermam reuerti et illam incolumem cum Ser^mo^ filio et reliquis liberis conspicere ac complecti possit quod Mtis sue desiderium deus omnipotens omni foelicitate muniet et animi perpetua voluptate cumulare dignabitur.

Castellancatum Cracouien Mtas sua Serma domino Palatino Crac conferre hic dignata est reliquorum vero omnium officiorum et dignitatum distributionem Crac differt et illam ad foelicem cum Mte vra Serma congressum suspendere decreuit alia que Mti vre scribere debeam seruo Crac vbi coram de omnibus rebus cum Mte vra Serma ipse conferam interim me et seruitutem meam illmis bone gracie commendo et precor ex animo vt deus omnipotens in excellenti fortuna longum vitam et rectam valetudinem Mti vre Serme concedere dignetur Dat Piotrconie die xij Februarii Anno M^o^. D^o^ xxxiij

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Otte de Chodecz Palatino Sandomiriensi

MAgce domine amice charissime et honoran. Non libenter audio quod Vra Mgcia nondum plene confirmata et pristine valetudini restituta, itineri se et profectioni ad Conuentum particularem Opathouien commiserit, sacius enim erat expectare in loco medicum qui ad Vram Mgciam non pridem est missus, et curare valetudinem suam quam frigori et vento se exponere presertim cum nihil hoc offendisset animum Mtis Regie si Vra Mgcia ad Conuentum Opathouien se non contulisset nam egritudo qua laborat Vra Mgcia facile illam apud Mtem suam excusasset verum cum preter omnem spem meam Vra Mgcia se ex loco mouerit et ad Conuentum Opathouien ire decreuerit dominum deum oro, vt felix et faustum hoc iter Vre M. faciat et vt in eo ob mutacionem loci et exercitium veniat Vra M. ad plenam et perfectam sanitatem, prout autem senserit se valere Vra Mgcia cum venerit in Opathow ita constituat de suo huc aduentu, si enim senserit se Vra Mcia esse satis firmum in viribus et valetudine sua, poterit huc descendere ad visendam Regiam et Rlem Mtes in paruo comitatu, vbi vero aliter cum Vra Mgcia agere(tur), suadeo vt Vra Mgcia redeat ad quietem et valetudinem suam et nihil dubitet de sua proueccione ad altiorem dignitatis gradum, Nam Mtas Regia habitura est proculdubio benignam virtutum et meritorum eiusdem Vre Mgcie racionem Cuius beneuolencie ego me ex corde commendo et quam Christus dominus seruet quam diutissime sospitem

Et foelicem Dat Craconie feria quarta Cinerum Anno domini M° D° XXXiij°

Sigismundus primus Rex Polonie Mauricio Epo Varmiensi.

Rme in Chro Pr sincere nobis dilecte. Certo edocti sumus omnes ferme omnium ordinum istarum terrarum Prussie homines contribucionem pro defensione earundem terrarum communi omnium consilio et consensu decretam edidisse et persolvisse solos subditos vre Pr tis se ab illa soluenda subtrahere, eo quod Cives Gedanen illam non soluerint, que res cum sit mali exempli et nequaquam nobis ferenda. Mandamus vre Pr ti cogat subditos suos contumaces et rebelles vt soluant quamprimum Contribucionem decretam et querere illos diffugia quominus publico decreto satisfaciant non permittat, nam quod attinet ad Cives Gedanenses quia illi onerati sunt adhuc decemalis cise prestacione Contribucionem recens institutam alio tempore per eos soluendam distulimus, non tamen eam illis remisimus, factura id vra Pr tas pro officio ac debito suo et gracia nra Dat Craconie feria quinta proxima ante dominicam Reminiscere Anno domini M° D° XXXiij° Regni nostri anno XXvij°

Petrus Tomicius Eps Cracc. Vicecancell
Carolo Duci Minsterbergen. Capito Slesiae

Illme Princeps et domine domine honorandissime Que ad me Ioannes Kutbssaller nomine Illme D. Vrae retulit etsi quidem in officium meum et curam receperam, satisfacere tamen illis aliter qz necessitas et occasio permittebat non potui. Ita que difficultates obstent quominus ego mea opera Illme D. Vrae inseruire potuerim, ipse Kutbssaller verbis Illme D. Vrae coram declarabit, hoc tamen affirmare audeo me et apud Regiam Mtem et apud Consiliarios Illris Amme Masoniae Ducis diligentem operam fecisse vt desiderio Illme D. Vrae satisfieri potuisset, quod quoniam mihi non successit dabo operam vt in aliis que mihi ad prestandum faciliora erunt meum officium Illme D. Vrae faciam gratum quod illi ad omnem occasionem et voluntatem hic in Aula Serenissimi Regis mei presto futurum polliceor, illiusqz beneuolencie me et obseruanciam meam diligentissime commendo et deum precor vt Illmaz. Dnem Vram diutissime sanam et semper foelicissimam seruare dignetur. Dat. Craconie die xia Mensis Marcii Anno domini Mo D. XXXiiio

Sigismundus primus Rex Polo
Carolo Duci Minsterburgen: Slesiae
Capit^o generali

Illtris Princeps et domine affinis nr charme. In his que ad nos scripsit et per Joannem Gutbssaller nunciauit Illas vra ipse idem Gutbssaller verbis de responsione coram faciet Illtem vram certiorem, illi enim omnia que ad hoc negocium pertinent exposuimus et que sunt de mete mea dicenda Illti vre commisimus, quam rogamus velit ea vti erunt boni aequiqz consulere et de nobis omnia sibi eadem racione sicut antea consueuit persuadere. Quod reliquum est Illtem vram et bene valere et felicem esse, optamus Dat Cracouie die xi^a Marcij Anno doi M^o. D^o. XXXiij Regni nri anno XXvii^o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Jacobo Epo Wratislauiensi.

Rx ME in Chro Pater et domine frater et amice honoran. Nunc primum intellexi eos qui nuper prope Sandecz ex insidiis quosdam subditos Illmi domini Georgii Marchionis Brandeburgen de Gliwicz adorti despoliarunt Rx me D. vre hostilitatem denunciasse et in Regnum Mtis domini mei ad predandum excurrere ausos fuisse in quo operam meam diligentem apud Mtem Regiam interposui vt pro conseruanda bona vicinitate et D. vra Rx ma ab eiusmodi vi et hostilitate tutanda, consilium caperetur quo his malefactoribus publicis occasio tam ex regno Mtis Sue qz etiam ex vicinis Hungarie locis intercipiatur et

ipsi si intercipi possint, iusta animaduersione puniantur, effe:
cique id et facile obtinui quod Mtas sua literis scribit et Nu:
ctium in Kiezmark eius rei causa mittet, qui omnia que
ad penam malefactorum et communem omnium tranquillita:
tem spectabunt diligenter curabit sicut hec ex literis Mtis
sue ad se et Illmos Principes ac Status Slesie scriptis D.
vra Rma copiosius cognoscet Deinceps autem quod ex
meo officio in commodum D. vre Rme prestari potest
illi offero, et vt semper presto fiat curabo Cuius me
amori et beneuolencie fraterne commendo et illam foeli:
cissimam atque semper incolumem esse vehementer desi:
dero Datum Cracouie die xij Marcii Anno domini
M° . D° . XXXiij°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Mathie Drzewiczki Archiepo Gnesnensi .

Rme in Chro Pr et domine maior honorandme. Nuncii
ex Conuentu Colensi huc missi consensu ad Contribuciones
in Conuentu Piotrcouien decretas allato, et condicionibus
atque articulis indignis a se propositis, in Conuentum ge:
neralem futurum reiectis, cum hoc tantummodo discesserunt,
quod Mtas Regalis (Regia), literis illis datis, declarauit has
contribuciones nunc constitutas, in exemplum et sequela
trahi non debere

Commissionem de qua ad me scripsit D. vra Rma, ds
Marziciowski illi mittit nam ille ex prescripto D. vre
Rme illam scribi curauit .

Ex Hungaria nihil certi adhuc affertur, sed hoc tamen est nun:
ciatum quod a Caesare Thurcarum imperator Orator ad Regem
Romanorum Viennam venerit cum hiis mandatis, quod

Caesar Thurcarum vult inter illius Mtem et Joannem Regem trac:
tare et conficere concordiam et pacem multis temporibus dura:
turam cuius rei euentum nos spe bona expectabimus et interi
deum precabimur, vt commodo Christianorum omnia illic cō:
sistant et transigantur.
Nepoti D. vrae Rmae cum huc venerit facultatem abeundi ab
Aula cum grā Mtis Regie impetrabo. Cui meum etiam Ne:
potem Swiduam natu maiorem adiungam et Comitem itineris
faciam, sed non dimittam illos nisi in principio mensis Maij
futuri et sereno coelo pratisqz virescere incipientibus vt quod
euntes naturę beneficiō in terra augeri aduertent, in suis ecia
ingeniis amplificare elaborent. De dignitatibus et officiis ita
factum est, contulit Mtas Regia Palatinatum Cracovien
domino Otte de Chodecz. Capitaneatui vero Crac prefecit do:
minum Petrum Kmitha Regni sui Marschalcum, Capita:
neatum Syradien contulit Mtas sua domino A ruscynski,
Capitaneatu Noue Ciuitatis Corczin dominum Stanislaum
Stadniczki ornauit, Palatinatum Sandomirien cum illum Ds
Tharnowski Palatinus Russie accipere renuit ac Capitane:
atu Exercituum Regni se abdicauit, decreuit Mtas sua cō:
ferre domino Stanislao Lanczkorunski. Palatinatum Podolie
domino Joanni de Thanczin Palatino Belzen, Capitaneatum
Sochaczonien dnō Martino Zborowski Pincerne suo, et Schidlow
Stanislao Borek Vicecapitaneo quondam Sochaczonien, De Pa:
latinatu Belzen adhuc sub Iudice lis est, preter hec nihil
est in presens quod scribam Commendo me amori et beneuo:
lencie. D. vrae Rmae quam et firma et diuturna vale:
tudine in summa foelicitate frui ex animo opto Datum Cra:
couie die vltima Marcii Anno dni Mo. D. XXXiijo

Petrus Tomiczki Eps Cracc Vicecancell
Andree de Gorca

MAgce domine Nepos charissime priusqz huc ad me Romic:iowski cum his que mihi nomine Mgcie vre exposuit venisset, ego memor coniunctionis nre mutue et egregie Mgcie vre virtutis crebro apud Mtem Regiam inter:cessi vt illius meritorum racionem haberet et sub hac multarum dignitatum atqz officiorum vaccantium occasi:one, illam honestare et fortunas eius adaugere dignaretur quod tamen audito nunctio Mgcie vre qui mihi desiide:ria illius exposuit, diligentius et maiore sollicitudine pres:titi, vtcumqz frustra omnia Mtas enim sua aliter omnia distribuere et in alias personas collocare quam Mgcia vra vel quispiam alius fortasse optabatur sicuti hec sin:gillatim ipse Romiciowskj Mgcie vre coram presens ex:ponet. Id tamen quod hoc tempore non euenit posthac breui pro desiiderio Mgcie vre contingere poterit. Nam cu illa sit iuuenis et excellenti ingenio Nobilitata dubium non est quin maximorum quorumcumqz honorum et digni:tatum ornamenta sponte illi obueniant Saltem id quod temporum inconstancia accidit moderate frat et equi boniqz con:sulat Quantum vero ad me attinet nunqz deero studio et opera mea Mgcie vre Cuius amori me commendo et opto illam foelicem et diu sanam et incolumem esse Datt Cracouie die secunda Aprilis Anno Mo. Do. XXXiijo

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Ioanni de Tarnow Palatino Russie: et
Exercituum regni Poloe Capito generali

Magce domine frater et consanguinee charissime ac honoran
Nicolaus Pawlowski seruitor olim Mgci Palatini Cra:
couien et nunc mihi addictus tametsi nihil desidat Mgciam
vram fore ei in extradendis legatis equam et graciosam
vt tamen aliquid amplius adiumenti et Mgcie vre be:
neuolenciam consequatur istuc ad illam mitens dari sibi
in comendacionem a me literas efflagitauit, cuius desiderio
honesto ne videar defuisse Mgciam vram rogo velit pie
et clementer de legatis sibi factis agere et gracia insuper
illum prosequi quod ille emereri perpetuo M. vra stu:
debit et ego gratificacione ampla referre curabo Co:
mendo me amori et beneuolencie fraterne Mgcie vre
quam in multa foelicitate sanam et recte incolumem
ex animo opto Dat

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni de Tarnow Palat° Russie exercituu Regni Pol. Capitaneo generali.

MAgce domine fr et consanguinee charme ac honoran. Czarnkowski adolescens servitor olim Mgci domini Castellani Crac. et gentilis meus, ignorans preteritus an scriptus in Testamento ad aliquod legatu sit, vadit isthuc ad Mgciam vram scisitatum ab illa si mencio sui a domino suo facta sit, sin minus rogatum vtiqz quo vra Mgcia sui sicut ceterorum servitorum rationem habere velit et non permittere vt ipse quem per oblivionem dominus preterierit, indignior coeteris servitoribus reputari debeat quem ego et cum hoc illius negocio Mgcie vre commendo et rogo vt mea et amicorum illius causa no dimittat illum inconsolatum quod et ego benevolencia et gratificatione fraterna et ille servitute sua benemereri semper arcabimus Commendo me amori et benevolencie fraterne Mgcie vre Quam cum suis omnibus recte sanam et foelicissimam esse ex animo opto

Dat.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Magistro Cruciferorum
in Liuonia.

Spectabilis & Mag^ce domine, sincere nobis dilecte. Declaratum est nobis Illustrem et R^dum dn̄m do. Vilhelmum Marchionem Brandemburgen̄, et Ecc^e Rigensis Coadiutorem, nepotem n̄rm char^mū: nuper ab Ecc^e Osiliensis Capitulo postulatum esse Episcopum. ob quod et letati nos, et illi per l̄ras n̄ras gratulati sumus. quippe q̄ accessio quevis dignitatis Ill^tis sue, est nobis iocunda & grata.
Quoniam autem ad hanc quesitam dignitatem plurimum nobis expedire, et conducere Ill^ti sue videtur vt in istis locis habeat sibi coniunctam. V^ram D: illam impense rogamus, velit n̄ra causa et Illustrem D. nepotem nostrum predictum, et negocia, resq; omnes sue Ill^tis beneuolentia sua prosequi: et pro autoritate sua curare, vt omnium istius prouincie procerum et vasallorum amorem et propensionem Ill^tas sua consequi et illa semper perfrui valeat.
Quidquid enim officii hac in parte D^o V̄ra in Ill^tem suam contulerit, id nos mutua gratificatione illi referre semper curabimus. Quam et felicem esse, et recte soluam ac incolumem optamus. Dat. Cracouie 4 Januarij
1533.

SIgismundus primus Rex Polonie
Ottoni·Henrico·Philipo ducibus Bauarie
Palatinis Rheni fratribus.

Illustr. Principes et domini, consanguinei n̄ri char^mi. Meminimus probe que superioribus diebus Orator Ill^tum vestrarum de negocio dotali nobiscum egit, et que nos

illi tum de suspendendo ipso negotio ad Conventum generale regni
nri responderamus: ea ratione q futurum sperabamus aliquem ex
Senatoribus nris, qui nos de eoipso negotio uti se haberet plane edo:
cere posset. Verum cum in pnti Conventu res ad Senatum nostru
per nos relata ac diligentme examinata esset: non solum nemo
extitit qui ullam eius rei haberet cognitionem, sed etia omnes
sibi persuadent, dotem ipsam dudum exolutam: q et tanti temporis
immemorabilis diuturnitas, et nulla in exigendo eo debito facta
Legatio, que cuiq constaret satis esse argumento. Quare plurimu
rogamus Illtes vras, uti amicos & consanguineos nros charmos
animum non inducant ad exigendam rem tanto tempore et silentio
antiquatam et incognitam. boni q consulant, q neq debitum
ipsum recognoscere possimus, cuius apud nos nullu extet vestigiu.
neq si maxime esset liquidum, pter tamen ingentia bella qbus
assidue distinemur in reprimendis infidelibus non solum a regno
nro, sed etiam a tota repta Chriana sufficere ad tot diversa im:
pendia facienda nequaq possemus. ut interim non attingamus
nos & Regnum nrm pro eo q non hereditario nomine, sed libera
electione in liberum regnum successimus, ad exolvenda antecessorum
nrorum debita presertim adeo vetusta iure non teneri. Speramus
autem Illtes vras has nras rationes boni equiq facturas
neq aliter interptaturas esse nrm in se animum q uti est inte:
gerrimus, quibus non secus q filiis nris, omnibus in rebus co:
modare et gratificari semp optamus. idq per omnes occasions
re ipsa pro virili nra prestare curabimus. Felicissime valeat
Illtes vre, et nos diligant. Datum Cracovie 8. January
Anno dni 1533

Sigismundus Rex Polonie
Ottoni Henrico Philipo ducibus
Bavarie: Palatinis Rheni

Illustres principes et dni consanguinei nri charmi, Miramur plurimum Illtes vras responsionem nram quam de nego° dotis a nobis petite illis fecimus non suscepisse, et iterum dotem ipsam a nobis per lras exigere. Respondimus siquidem nos Ill.bus vris neminem hic in regno esse adeo senem, qui nobis de non soluta dote certum facere posset testimonium. Esse autem plurimos qui illam ipsam dotem ex certis verisimilibus argumentis multo ante tempore persolutam esse credant. et nos ipsi facile adducimur vt credamus, avie Illrum vrarum vel solutione vel acceptilatione, vel alio quovis Transactionis genere satisfactum fuisse. cum per tantum temporis intervallum, quod a desponsata sorore nra in hunc diem intercessit petite vel postulate dotis nullum hic extet vestigium. Quare cum eiusmodi longi temporis prescriptio que memoria hominum non habet. soleat quascumque obligationes perimere, et nos de ipso dotis debito nullam certitudinem reperire possimus: rogamus Illtes vras, ne deinceps nobis ea de re negotium facessant. neque nos ad id quod non tenemur, postulationibus suis adigant. In hoc enim illarum desyderio satisfacere non possumus. In aliis autem honestis et amicis officiis gratificari illis plane libenter cupimus, et ad omnem occasionem pollicemur. quas bene valere et felices esse optamus. Craconie die xi Marcij. 1533. Regni nri 27.

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie: datum oratoribus Alberti Ducis Prussie in Conuentu Petrcouien X. Januarii 1533.

Sacra Regia Mtas audiuit et expendit diligenter Legationem Illmi Domini Ducis Prussie. rogat quod ante omnia Mtas sua regia eius Illtem nepotem suum charm ut expensis diligenter rationibus Mtis sue animum inducat ad conquiescendum in hiis que iusta et honesta utrinque videri debent, et que ad conseruandam spem conceptam et amorem Mtis sue erga eius Illtem omniumque regnicolarum existimationi et obseruantiam qua illius Illtem complectuntur, apprime conducunt.

Ac imprimis quod ad appellationes ab eius Illte ad eius Mtem regiam interpositas et interponendas attinet, nemo vel mediocriter in Jure versatus, ignorare potest proprium esse Jus uniuscuiusque superioris Domini, ut ad ipsum, a quouis Subdito et Vasallo appelletur. neque aliunde magis Dominium et subiectio dignoscitur. Cum itaque priuilegium eius Illti concessum clare testetur, eius Illtem, se in omnibus conseruare debere erga Mtem suam, uti fidelem subditum et Vasallum de iure decet, et articuli Transactois satis declarent. Mtem suam ea duntaxat priuilegia et immunitates eius Illti confirmasse: qui huic Transactioni et superioritati Mtis sue non repugnarent. neque de appellationibus que de iure et consequentia proprie ad superioritatem pertinent quidquam est exceptum, nemini dubium esse debet, ad Mtem suam Jus appellandi pertinere. quemadmodum et alia omnia Superioritatis iura pertinent. que non sunt in priuilegio nominatim exempta et excepta

immo sublatis appellationibus nullum extaret vere superioritatis vestigium.

Similiter et de dandis Saluis conductibus intelligi debet. Que res non modo conueniens est et iusta, sed etiã pro conseruando com͠i Statu et tranquillitate sume necessaria. Ex denegatis enim appellationibus et Saluis conductibus ad Superiorem dominium, oriri solent diffidationes et depredationes communium Subditorum. ex quibus et ad bellum plerumqꝫ peruenitur. Mtas vero regia neqꝫ debet, neqꝫ vellet vlla in re aduersa, eius Illti ac subditis eius vnqꝫ deesse. Quare hortatur Mtas sua eius Illtem, vt que propria sunt Mtis sue, et Iuris eius superioris, hiis eius Illtas non nitatur Mtem suam priuare: et Transactione factam que satis clara est istis disceptationibus in aliũ sensum torquere. et labefactare, in preiudicium Mtis sue et com͠is boni Status detrimentum. Quod si vtiqꝫ molestum esse deberet eius Illti quod merito esse non debet: neqꝫ illam iuste rationes Mtis sue permouerent: licet esset cum dispendio iuris et autoritatis Mtis sue regie, tamen potius q̃ eius Illti Mtas sua displicere in hoc deberet, ita se conseruare dignabi in Causis tam appellatiuum, q̃ etiã qui sub Saluis conductibus iusticiam querunt, vt est in causis, si que inter Mtem suam et eius Illtem inciderent. expssum in priuilegio Transactionis: articulo xvijo. qui incipit: Quod ad Iurisdictionem inter Mtem regiam et principem attinet. etc: deputare videlt dignabitur Consiliarios suos, et illos quo ad eiusmodi actus a iuramento sibi obnoxio absoluet, et iusticiam ministrari ꝑcipiet. Eos vero Iudices cum in causis propriis eius Illtas suscipere non recusauit, in alienis merito refutare non debebit.

Quod vero ad Paulum Fassoldt subditum eius Illtis attinet Mtas non libenter concessit illi hunc saluum conductum intelligens id futurum non ex animo eius Illtis. Sed expendens secum Mtas sua et ius et debitum suum: expendens

etiam et hominis animum et confidentia, qui nisi iusticiam apud Mtem suam consequi posset, se illam alibi quesiturum profitebatur., maluit Mtas eius regia id quod ei iure cōpetit facere, q̄ vt inde difficultas aliqua eius Illti evenire deberet. nichil dubitans Mtas sua, q eius Illtas optimi cōsultura esset, quidqd Mti sue vtile et oportunum in hac re videretur. Consulit q3 et hortatur Mtas sua eius Illtem vt cum ipso Paulo Fassoldt, ita transigere dignetur, vt ille nulla iusta causam querendi deinceps et agendi etiam adversus eius Illtem habeat. Alioqui, vbi ille neq3 apud Suam Mtem, neq3 apud eius Illtem iusticiam consequi posset, cōsiderare potest eius Illtas ad quas difficultates rem devenire oporteret.

Ceterum q eius Illtas de Theloneis in finibus Masovie et Samegitie collocatis queritur, Licet in articulis Transactiōis nichil contineatur aliud q̄ de Theloneis in Prussia non collocandis. in aliis vero Dominiis Thelonea ipsa collocandi Mtas sua sibi manum non clausit. proindeq3 ea in re nichil adversus pacta Transactionis cōmisit, tamē hec Thelonea, in hoc tantum in Masovia instituta sunt, a Mte sua, vt a Bobus et cutibus aliis q3 rebus duntaxat a quibus novum Theloneum solvitur, que aliis viis, q̄ solitis vehuntur e regno, illic qua elabi consueverunt, debitum solvatur Theloneum. Verum Ill Dns Dux Prussie mere adversus Transactiōis articulos Thelonea insolita exigit in Prussia. quibus subditi Mtis sue spoliantur et arestantur, nulla habita Mtis sue et pactorum Transactiōis ratione. quare hortatur Mtas sua, eius Illtem vt ab inferendis iniuriis et gravaminibus insolitis et indebitis, que Mtis sue subditis illic in ditione eius Illtis inferuntur, officiales suos continere et coercere dignetur. Nam et Mtas regia mandabit officialibus suis vt in aliis rebus omnibus se iuxta morem veterem conservent, et vltra illum nichil excedant.

Postremo quod ad facultatem eligendi regis attinet: iam ali:
quoties Mtas sua declaravit eius Illti hoc esse adversus iura
et instituta regni vsu perpetuo roborata, que Mtas suo
iure iurando manutenere et conservare promisit. Verum et
in Privilegio eius Illti concesso quod allegat, cum satis
expressum sit suam Illtem primum et propiorem locum
habere debere apud Mtem regiam in publicis Conventibus
et Comitiis. In electionibus vero regum non solent adesse
reges, sed hij tantum ad quos Jus eligendi pertinet: Vnde
enim, constare potest vel ipsius privilegii vigore, neque locum
habere eius Illtem absque Mte regia, neque electionis facul:
tatem et suffragium, de quo in privilegio nulla est mentio.
Cum et Duces Masovie, et antecessores eius Illtis Magistri
Prussie. qui similiter loca in publicis Conventibus et Comitiis
regni habebant: facultatem tamen eligendi regis numquam
habuerunt. Sed et exemplo aliorum regnorum, et prin:
cipum Germanie, satis constat loca in Conventibus et
Comitiis publicis absque facultate eligendi regis habere posse.
Hec cum ita sint, et eius Illti iam satis declarata et
cognita, miratur vehementer Mtas sua eius Illtem, hiis
iustis et honestis rationibus suis, non permoveri, et persi:
stere illam in hiis exigendis a Mte sua, que non adeo
ad Mtem suam quam ad vniversos regnicolas pertinent. et
que non nisi violatis regni Iuribus et institutis vsque huc
inviolabiliter observatis Mtas sua concedere posset.
Rogatque etiam atque etiam Mtas sua eius Illtem nepotem
suum charissimum vt pro suo singulari ingenio et virtute, ex:
pensis recte hiis rationibus Mtis sue, expenso denique
bene Privilegio suo, ita se conservare dignetur erga
Mtem suam, vt amor necessitudo et coniunctio mutua eius
Illtis cum Mte sua, ac officium debitumque eius Illtis po:
stulant. neque aliorsum vertat eius Illtas id, quod ad eius
postulata Mtas sua prestare non potest: quam vt res est. cum
eius Illtas non ignoret ab amicis iusta et honesta petenda

esse. Justum autem et honestum esse nequit, quod est ad:
versus Jura, fidemque et Jusiurandum amici nedum Domini
Superioris. et quod violatis publicis iuribus et institutis
vergere posset in gravem reipublice perturbationem.

Nuntii Domini Ducis Prussie accepto hoc responso, prote:
stati sunt palam et solenniter, quod cum videatur illis re:
sponsum quo ad tres articulos esse durinsculum, iussi a
Principe suo, suscipere illud non possent. Nam et princeps
ipse eorum conquiescere in hijs non posset, quorum ei denegatur
absque consilio et consensu Principum agnatorum et sub:
ditorum suorum. Requisiverunt etiam hiidem nuntij
omnem coronam astantium et presentium ordinum regni
ut sint eiusce illorum protestationis Notarij et testes.

Petrus Tomiczki eps. Duci Prussie
11 II 33

Perspexi ex litteris Illme Dnis vre, quod contra mentem eius fiat, quod Regia Mtas et
apellationes ad se a Iudiciis et decretis Ill. D. vre interponi permittat, et
Subditorum illius securitatem publice fidei litteris tueatur. Que omnia cum ab Illme
Dnis vre oratoribus copiose sint in presentia regie Mtis et coram ordinibus regni ex:
posita, ad illaque maturissime ex totius Senatus consilio et assensu responsum
fuerit, oratoribus Ill. Dnis v. datum, non arbitror expedire, ut hijs de rebus
ultra id quod in responso continetur aliud a me scribatur. hoc solum quod
ad officium meum pertinere arbitror, impense rogo, ut Ill. Do vestra
collatis privilegiis suis cum Iuribus Superioritatis regie, expensaque
et recte considerata sententia Capitulorum in Transactione descriptorum
ita se pro sua excellenti virtute et singulari prudentia erga Mtem suam
gerere velit, sicut amor et necessitudo que illi cum Mate sua mutuo inter:
cedit postulare videntur. In negotio Illmi Dni Wilhelmi Coadiu:
toris in Eccla Rigen fris Illme D. vre, designatus est orator per Mtem regiam
Dominus Dzialinski, qui absque mora, quam ad Do. Magistrum ordinis Scte
Marie Theutonicorum in Livonia cum eiusmodi mandatis et instructione
proficiscetur. quorum sententiam Illma D. vra in litteris quas ad Mtem
regiam scripsit explicavit. De reliquis que hic acta sunt oratores
Ill. D. vram certiorem facient. Ego autem me et obsequia mea, simul cum animi
mei integritate Ill. Dni vre commendo.

Sigismundus primus Rex Poloniae Alberto Duci Prussie.

Accepimus lras Illtis vre, qbus iterum responsu nrm oribus suis, in Petrconie, in ijs qe dudum I. vra postulabat, datu, cofutare, et iustas rones nras suis argumentis denuo covincere cotendit. Que res, q acerba et molesta sit nobis, explicare satis non possumus. Fit enim cotra dignitate nram, q I. vra, nepotem se nrm sciens: et feudali iure nobis obligatum confitens, plus tribuit sensui et affectibus suis, q iudicio et sententie nre, avunculi et domini superioris sui et omnium Consiliariorum et ordinum regni nri. Qua sententia etsi facile fuerit nobis equitatis et iustitie rationibus coprobare, quia tamen alienum a dignte nra regia esse existimamus, de Juribus nris cum vra Illte principe vasallo nro disputare: presertim cum illa vel prudentissimas, et iure ac iustitia fundatas rationes nras, pre suis qualibuscumque nichili facit: abstinere prorsus ab oi disputatione volumus, et I. vram serio hortamur, vt deinceps istiusmodi non necessariis efflagitationibus nos impetere et molestare desinat. et in hijs quiescere velit, qe bino iam generali Conventu regni nri, disputata, et certo fine sunt constituta. Nos enim sicuti iure debemus, superioritate nram in Illte vra, et eius subditis manutenere et tueri volumus. presertim cum aperte cognoscamus Illtem vram aliter q nobis expediret Jus nostrum interpretari. cui tamen id neque nos, neque Investiture ac Transactionis privilegium vllo modo concedit et admittit. Quod enim Illti vre expressis privilegii et Transactionis verbis non concessimus, hoc nobis et superioritatis nre iuri et authorti reservavimus. quorum oium ita facilis est cognitio, vt disputatione vlla non egeat, cum ad nos solos et ad neminem alium lras et privilegia nra interptari ptineat. Bene valeat vra Illtas, et sit semper felix ac incolumis.

Dat Cracovie XXo Aprilis. Anno dni 1530. Regni vero nri anno XXiiij.

Sigismundus primus Rex Polonie Clementi PPae. vii.

Sanctme: Rdus Dos Joannes electus Ecce Metropolitae in Swetia Upsalensis, cum per sedicionem in illo regno tam de religione quam de potestate imperandi exortam in exilium actus esset: admissusque meo in Civitate subiectionis mee Gdanen, per non modicum tempus ea spe esset frustra comoratus, ut dissensione ad concordiam redacta, et paratis rebus ex propinquo in patriam reverti posset, pertesus tam diuturne more et incomoditatis sue, in animum suum induxit isthuc ad Sctitem vram proficisci, ut ex illius consiliis et autorte miserabile ordinis sui statum tandem sublevare, et in certa aliqua condicione constituere valeat. Qua in re tametsi ego nesciam quod illi adiumentum a Sanctte vra postulare nominati debeam. ut tamen propensionem erga illum meam et erga religionem aliqua racione declararem, ipsum et negocia que isthic acturus et habiturus est, Sancti vre comendo, et illi supplico, ut quantum in se est, Prepositos et Pastores Gregis fidelium opprimi, et tam extreme periclitari non patiatur. Id factura Stas vra ad laudem dei primum, deinde ad gloriam suam, postremo ad omnium bonorum et oppressorum consolationem. Comendo rursus et officia mea simul cum regno et Dominiis meis protectioni et pietati Sanctis Vre. Cui diuturnam vitam et sumam Felicitatem a Deo assidue et ex animo precor et opto. Petrcouie xi. Januarij 1533.

Regni mei XXVI

Sigismundus primus Rex Poloe Antonio Cardinali Pistorien. Protectori.

Rme in Chro pr. etc. Comendamus per lras nras Sanctmo Domino nro negoa que isthic apud Sancta Sedem habiturus

est Rdus in Chro pater electus Ecclie Metropolitane Upsalensis. qui Seditionis in Regno Suetie dudum exorte periculum fugiens: in Ciuitate nra Gdanen. hactenus exulat. Que eadem illius negotia et ipsum quoqz solum Dni v. Rme comendamus, et ab illa rogamus, vt quantum equitas & honestas suadere videbuntur, nro et suo nomine patrocinari illi, et postulata promovere velit. Rem in hoc sua pietate dignam, et nobis summe gratam Do vra Rma facturo Cuius beneuolentie nos comendamus, et optamus illa esse recte saluam et semper felicem. Petrcouie xi January. 1533.

Sigismundo primo Regi Polonie
Cornelius Duplicius Scœpperus
Cesaris Secretarius.

Premissa humillima oblatione obsequiorum meorum. Calendis Januarijs perlate sunt Sacre Mtis vre lre tum ad Magnm Do Nicolaum Nipsic oratorem eiusdem, tum ad me. Feci itaqz quod eadem Sacra Mtas vra michi iusserat. et vtrasqz lras tum ad Cesaream Mtem, tum ad Rmum Cardinale de Medicis per Cursorem transmisi. De quibus interim nil novi huc perlatum est. Si quid aliud est in quo Sacre Mti vre inseruire possim: hominem habet cui tuto potest imperare.

Rerum que in Italia geruntur hec fere summa est. Concilium apud bonos pro deplorato habetur. iactant enim Pontificii, eo ipso Concilio minime opus esse, q quecunqz nunc introducta sunt a novarum rerum excitatoribus, ab olim multis in Synodis condemnata. mirari se aiunt Cer:

manorum stultitiam, neque decere ob vnius furiose gentis
tumultus, statum rerum immutare. Pontifex tamen verbo
non abnuit, neque mirum, cum satis compertum habeat
neque Francie neque Anglie reges vnquam vnque in id consensuros.
Id enim consilio faciant nemini est in obscuro. Atque vt
maxime et hij et ille consentiat, resque sine dolo malo
transigatur, quod nequaquam futurum est, non desunt tamen
non pauci, qui de Concilio futuro plane desperant. Dum
enim locus indicatur: mittuntur que hinc inde Nuncij ad Re:
ges et Principes, annus est. dum se parant, labitur alter.
prius quam conuenire possunt labitur tercius. interim nouum
bellum suboritur. Locus designatus vel peste vel anone
inopia fit infamis. consultatur de transferendo. Aut id
euenit quod rusticum prouerbium habet: Dominus scilicet, aut
asinus moritur. et sic finis Concilii. Neque vero hec me:
tuenda esset, si eo quo decet animo intenderemus in rem Chri:
stianam. sed quotusquisque non eam pre priuatis cupidita:
tibus vili facit? reliqua que transacta sunt, et adhuc tran
siguntur, fere videntur tendere ad dilacerationem patrimo:
nii Sancti Petri. Nam cum omni studio Sanctissimus dominus
noster nitatur, vt matrimonium ab olim tractari ceptum,
inter Alexandrum de Medices Ducem Peyne et Margaritam
filiam illegittimam Cesaree Maiestatis quam idem Alexander
biennio ab hinc inniserat: neque satis bona fama apud no:
strates a mulieribus consertim recesserat, qua de causa
nonnulli opinabantur id matrimonium minime successurum.
nunc tandem vel postliminio fiat, traditurus est idem
Sanctissimus Dominus noster Ciuitatem Anchonam cum Marchia
Anchonitana vt vocant, ducatus titulo prefato Alexandro
de Medices. sic vt Ciuitas ipsa Ancona futura sit nescio
quo modo libera. eoque nomine ad quinquies Centena Du:
catorum millia sit persolutura Cesari. regionem ipsam
hereditario nomine possidebit Alexander. Et hec vna
pluma est adempta ex ala patrimonij dominj Petri.

Preterea cedet Pontifex Venetis Ravennam et Cerinam.
Ipsi vicissim dabunt Cesari ter centa millia. Denique
restituet Parmam et Placentiam Duci Mediolani, cum con:
ditione vt idem stato tempore persoluat Cesari quinquies
centena millia. Ista sunt in tractatu, nondum tamen
conclusa. Sponsa interim deducitur ex Flandria.
quis futurus sit huius Comedie finis nondum scimus.
Florentini frustra mussant ad libertatem. preest illis
Pontificis nomine ex Sodalitio Dominicano frater Nicolaus
de Schonenbergk natione Myssnensis, dignitate nunc
Cardinalis. Alia sunt tranquilla et quieta in Italia
Cum non satis gratiosus esset Ferrarie Dux apud Pontifice,
ob Rheginum et Mantuam, prius occupata, post per senten:
tiam datam: hactenus possessam, iterum se Bononie con:
ciliavit in gratiam, Cesaris que intuitu, non nihil illi de iure
suo quod in Ferrariam habet pontifex decessit. Proinde
annus iste aliis quidem felix, at Beato Petro mirum quam
fuerit calamitosus.
In Germania nil est dignum scriptu. Nostrates Belge
preter ingentia et inenarrabilia damna, que ab oceano
passi sunt kal Novembr proxime elapsis, maximam sunt
cladem perpessi, exundatione aliquot fluviorum. inter
quos insigniores sunt Scaldis, et Sabis. et Tabula.
multos mortales in vigilia Natiuitatis domini subita illa
et inopinata inundatio, que ex resolutis subito niuibus
accidit, in mediterraneis locis absumpsit. Armenta &
pecora multa interiere. Tantus impetus fuit vt in opidis
Valentiana. Bergis. Sancto Odomaro. Attrebatibus. Aria.
que omnia sunt finitima Francis natura et arte munitissi:
neque exigua neque ignobilia propugnacula lapidea maximo
precio, et ingenti robore constructa ceciderunt rapidissimis
fluctibus. multa edificia funditus euersa. Non pauci ho:
mines qui ad superiores contignationes domorum confugerat
quod magis mirum est fame enecti, dum nemo victum
: illis

illis deferre. Summa calamitatum nondum satis nobis
innotuit ob temporis exiguitatem.
Quod ad res Ungaricas attinet, magna spes nobis fuit,
easdem componi posse, presertim cum Mtas vra inter:
posituram se partes suas obtulerit per hominem non industrium
et diligentem minus quam fidem. et non abhorruerit ab eo
Cesaree Mtis animus. qui ad eam rem perficiendam me
destinaverat ad Serenissimum Romanorum regem cum madato
ulteriore si opus esset. verum cum per alios ea res cepta
sit tractari, non video quid in presentiarum aliud possim
quam Deum precari ut cepta secundet. Et orator quidem
Mtis vre rediturus est ad eandem. michi vero iniunctum est
hic prestolari reditum Cursoris. qui cum novis Ungaricis
nudius tertius hinc missus est ad Cesarem. Negocium istud
utrique nostrum oratori dico Mtis vre et michi satis attulit
tedii. neque forte quidque in nobis desyderari potest quod ad
partes nras attinet. ceterum parvi ea facienda erunt
que nos exhausimus, si modo bonus finis sequeretur
In quo non dubito quin Sacra Mtas vra pro veteri suo
more adnitetur. Cui me humillime commendo, eamque
prosperrime valere opto. Ex Oeniponte die xiiiia
Mensis Januarij. Anno domini .1533.

Sigismundus primus Rex Poloniæ Alberto duci Prussiæ Marchioni Brandeburgen.

Intelleximus ex Illtis vrẽ l(itte)ris quem illius subditum Jacobum Grolok de officiali nro vectigalium in Samogitia prefecto q(uod) Theloneum insolitum ab illo vi et iniuria exegerit. In qua re etsi nos hactenus ab officiali nro predicto edocti non simus: credimus tamen hoc, quod insolitum videtur Illtis vrẽ subdito, illum ratione novi per nos illic instituti Thelonei exegisse. Quod si ita fecerit, neq(ue) iniuria neque illicite fecisse videri debet. Verum cum nos rem vt se habeat ignoremus: dabimus ad officialem urm, et ad Thesaurarium Magni ducatus nri Lituaniæ l(itte)ras, vt, quod vltra formam et institutionem novi Thelonei exegerit, sine mora Illtis vrẽ subdito restituat: et de damnis ac interesse cum illo transigat. quod illum indubie facturum scimus. Et si non fecerit, nos ipsi iusticiam Illtis vrẽ subdito ministrare alia ratione curabimus. Cracoviæ 4. Marcij 1533.
Regni nri 27.

Vilhelmo Marchioni Brandeburgen. fri ducis Prussiæ. Coadiutori Epatus Rigensis.

Idem ~~Rex Duci~~ Prussiæ.

Illustr(issim)e Princeps et domine. nepos charme. Sume nobis grati extiterunt successus Illtis vrẽ quos rebus suis prosperos contigisse nobis scripsit. Et hoc enim q(uod) ab Osiliensis Ecc(lesi)ę Capitulo Illtas vra postulata est in Epm, et illud quod in favore et benevolentia procerum et vasallorum Eccę se esse declarat, cum nos id rationibus Illtis sue conducere credimus: non possumus id nisi

plurima animi nostri gratitudine et voluptate prosequi. Quare gratulamur ob id Illti vestre, et simul nobis gaudemus. precamurque hec que obtigerunt ita illi fausta fore, ut et ipsa diu in eadem fortuna permaneat, et ad reliquas auctiones viam et facultatem prebeant Illti vestre amplissimam. Literas comendatitias de quibus nobis scripsit ad dominum Magistrum ordinis Theutonicorum in Livonia, Illti vestre cum presentibus mittimus et illam felicem atque recte incolumem esse optamus. 4 T

Legatio a Sigismundo primo Rege Polonie
ad Ducem Prussie: data Nicolao Dzialinski
Castellano Culmensi: Capitaneo Brodnicensi
24 febr 1533.

Nuncius regius ad Illustrissimum dominum Ducem Prussie veniens, primum declarabit quod Maiestas regia ad postulationem eius Illustritatis, se ad Magistrum Livonie et ordines illius Provincie tam Spiritualis quam secularis professionis, cum hac amica persuasione et postulatione designare ac mittere dignata sit, ne Magnificus dominus Magister et ceteri ordines Livonienses Provincie Illustri Principi domino Vilhelmo, Marchioni Brandeburgensi, Nepoti Maiestatis sue in hoc adversari et contravenire vellent, quod Illustritas eius ad Ecclesiam Osiliensem vocata postulata ve fuerit, Quin potius illius Magnificentia cum ordinibus dicte Provincie Livoniensis, eius Illustritatem in acquisita et sine controversia assignata possessione tueantur et defendant. neque permittant a quibusuis temerariis et audacibus hominibus Illustritatem suam ob hoc impeti et turbari. Nam ubi id aliter fiat, Maiestas sua in omnem eventum rationibus Illustris domini Nepotis sui deesse neque vellet, neque posset

Deinde nuncius exponet Ill[ti] Dno Duci fuisse iterum Petrkonie apud Mtem suam Paulum Fassoldt, et im: pense Mtem suam obsecrasse, vt se ab iniuria, qua a iudicio Ill[tis] vrę illatam sibi pretendit et queritur, tueri dignaretur, si nollet, vt apud illos exteros principes opem et auxilium pro assequenda iustitia querat et mendicet. Qua de re tametsi iam aliquoties cum ante per lrãs, tum nuper per oratores Mtas sua eius Illtem certiorem fecerit et id quod facto opus esse censeat, Ill[ti] suę indicauerit. nunc denuo tamen id Ill[ti] sue Mtas eius regia repetit. illamque rogat et hortatur, vt cum homine hoc, aliqua ratione transigere velit, ipsumque ad liberam possessionẽ bonorum omnium, quibus se queritur esse spoliatum, ad: mittat, aut saltem per Judices Comissarios neutri parti suspectos causam hanc et controuersiam inter se et illum diffiniri patiatur: et non pluris faciat suam priuatam in vincendo Fassolt comoditatem, quam communes et regni Mtis sue regie et ducatus sui, tranquillitatis rationes. que vt ab vno facile perturbari possunt. ita vix a multis in dissidium concitate sisti et sedari solent.

Hoc autem Mtas sua Germa ideo eius Ill[ti] repetitis vicibus suadet, vt a periculis quę euenire posse, si Fassoldt non habuerit iustitiã sibi debitam prospiciat, se et regnum suum, item etiam ducatum Ill[tis] suę liberet et conseruet.

Sigismundus primus Rex Polo^e
Valtero Magistro Cruciferorum
in Liuonia.

Spectabilis et Mag^ce. amice sincere nobis dilecte.
Mittimus ad vram Magriam, Mag^cum Nicolaum
de Dzialin Consiliarium nostrum, cui comisimus nro
nomine referre nonnulla vre Mag^tis ad bonum et
tranquillum statum, eius ordinis et dominij ptinentia
Quare postulamus ab illa vt ei in hys que referet
fidem indubiam adhibeat, et postulatis nris animum
et voluntatem suam accomodet. Cracov^e 24 febr.

Legatio a Sigismundo primo rege Polonie
ad Valterum Magistrum Liuonia: data
Nicolao Dzialinski Castell^o Culmensi.

Referet Nuncius regius. Mag^co dno Magistro Liuoniensi
Mtem suam intellexisse, quemadmodum Illt Princeps
Vilhelmus Marchio Brandeburgensis, nepos Mtis sue charmg
vnanimi voluntate et consensu Capituli totius qz Nobili:
tatis Osiliensis in Liuonia vocatus et postulatus fuerit
in Epm Osiliensem: et q in bonis omnibus Ecc^le ipsius pos:
sessio omnis qz iurisdicio et autoritas. omagia et Iusiuranda
vti fieri consueuit eius Illti a suis subditis sunt prestita
Postea vero concitatos fuisse quosdam perturbatores, qui mul:
tas et non necessarias, neqz ipsi ordini Liuoniensi vtiles et
honestas, difficultates struunt et parant, eamqz ipsam Illtis sue
vocationem impedire nitentes. quod regie Maiestati pro

debito et sanguinis vinculo, quo Ill^ti sue est iuncta non potest esse non molestum.

Proinde suam regiam M^tem more amici suadere et postulare a Mag^co Dno Magistro Liuoniensi eiusque ordinis preceptoribus et Statibus, ne huic ipsi vocationi tam concorditer facte contravenire vellent. ne ve Illustrem sue M^tis nepotem, in possessione per legitimam electionem et postulationem acquisita turbare. neque aliquid aduersus Ill^tem suam iuribus sepositis fieri aut intentari permitterent. sed vt potius pro tranquillitate sua, et bono reip^ce sue, eum in possessione conseruent, et ab omnibus tueantur. Causam esse Ecclesiasticam, proinde que ab Eccta^cis judicibus eam tractari et transigi debere. quorum arbitrio sua Ill^tas stare et se permittere velle. Quod si secus actum foret, quod tamen regia M^tas minime vellet, M^tem suam pro debito necessitudinis, nepoti suo char^mo consilio et auxilio suo neque debere neque posse deesse. Vbi vero amicis suasionibus et postulatis sue M^tis ipse D^os Magister cum Preceptoribus et subditis ordinis sui obsequi volent: M^tem suam omnia officia amicicie illis prestituram, nullaque in re eis defuturam certo sibi persuadeant.

Instructio eorum que nuncius regius apud ordines Liuonien Prouinciæ agere debet.

Principio referet Nunctius Mtem suam edoctam esse, quod in possessione iurium et bonorum per legitimam et concordem vocationem ac postulationem in Osiliensi Ectª quesitam Ill principem do. Vilhelmum Marchionem Brandeburgen et nepotem ex sorore Mtis suę char^mi, nonnulli audaces et temerarii homines perturbare ac impedire nitantur et contendant. ob quam rem Mtem suam magnopere molesta et sollicitam esse. Pro enim sanguinis vinculo, quo Illtas sua Mti eius coniuncta est, cuperet Mtas sua vehementer vt Ill Do. Villelmus Marchio predictus tuto et tranquille Epalem dignitatem, bonaque et possessiones ad illam pertinentes possideat. sicut illa ex vnanimi voluntate et consensu Capituli, totiusque Nobilitatis Osiliensis in Liuonia approbatione conseruta est.

Ad quam rem recte constituendam cum sciat Mtas regia ordinum Prouincie Liuoniensis autoritatem, nuncius illarum Dominationes nomine Mtis sue rogabit, suadens illis amice, vt fauore suo Ill. Dom Vilhelmum Marchione Mtis sue nepotem adiuuare velint: quo Illtas sua, hac Epatus Osiliensis dignitate, et bonis omnibus ad illam pertinentibus, sine vlla controuersia et difficultate libere frui possit. et vt contra eos qui Illtem suam impedire, et in possessione turbare nituntur, non rogatur se preter omnem necessitatem aliter quam prouincie istius comoda suaderent, defendere et tueri. Nam et Mtas regia Illtis sue honori in omnem euentum deesse neque vellet neque posset.

Vbi vero Dominationes illorum, amice suasioni eius Mtis

obsequi voluerint, Atque suam illorum hoc officium perpetua gratitudine prosequi velle, et in omnibus quae poterit virissim illarum Dominationibus et bono ac tranquillo Statui illarum gratificari.

Responsum a rege poloniae Sigismundo primo datum nunctiis Liuomiensium Vilnae 24 Marcii 1534.

Accepit nuper Sacra M.tas Regia Legationem quam D.nes vestrae nomine ordinum Liuoniae tam spiritualium quam secularium attulerunt cuius haec ferme erant capita.

Principio dicta salutatione, retulerunt D.nes vestrae qua ratione quoue consilio antea dictis annis aliquot, ipsi Ordines Liuoniae adducti Ill Principem Do. Vilhelmum Marchionem Brandeburgen, Regiae suae M.tis e sorore nepotem, coadiutorem Rigen Archiepiscopatus designauerunt, nimirum ob id precipue, quod regiae suae M.tis sanguinis necessitudine coniunctus esset.

Deinde dixerunt D.nes vestrae ipsum Do. Marchionem fidem ad sedandos multitudinis animos aliquantisper commotos a se datam et litteris confirmatam, suasu quorundam temerasse, et in Osiliensis Dioceseos possessiones nullo iure inuasisse: exturbato Episcopo legittimo non solum electo, sed etiam a summo Christianae Ecclesiae preside confirmato, unde non nichil dissidii atque seditionis per ipsos in terra Liuoniae excitatum sit, huic malo gliscenti ne latius grassaretur ipsos ordines M.ti Regiae ea in re gratificaturos summa cura atque diligentia accurisse.

Postremo petierunt D.nes vestrae a Regia M.te ut M.tas sua dominum Vilhelmum Marchionem ut pote auunculus nepotem benigne commonefaciat, ut ipse omnino se ab hiis ceptis, multorum incommodorum difficultatum, offensionum atque seditionum in commune terrae Liuoniae allaturis, abstineat, ut iure potius apud R.mum patrem suum Archiepiscopum Rigen de hac re disceptet quam armis. Hiis interseruerunt D.nes vestrae nonnulla quae cum maioribus amicis dicta quam scripta erant. Et haec fere summa Legationis vestrae erat.

Ad hæc itaqz Sacra M.tas Regia ita vobis respondere mandauit. Primu quidem M.tas regia gratissimo accipit animo ordinu Liuoniæ tam propensu erga se studiu: q Ill. Dominu Vilhelmu Marchionem, nepotem M.tis suæ in coadiutorem Archiepiscopalis Solii assumpserunt: pqz enatu de Episcopatu Osilien negotiu ad seditionu et factionu turbas peruenire non permiserint. Illud item non minori gracia dignu reputat M.tas sua, q vniuersu hoc negotiu ordines Liuoniæ ad M.tem suam referre non prætermiserunt. qua beneuolentia M.tas regia apud se memoria perpetua asseruare et cu per occasionem licebit, regia gratificatione referre non negliget.

Quod autem ad Ill.mu Do. Vilhelmu Marchionem pertinet simul atqz audiret M.tas Regia magno omniu ordinu consensu coadministrationem Archiepatus Rigen ad eum delatu esse: non potuit non vehementer illi, q ad tantu dignitatis et honoris fastigiu euectus esset gratulari: et sibi gaudere q isthic in Liuonia habitura esset qui dignitate et autoritate sua amicitia et bona vicinitatem quæ inter Liuonien et suæ M.tis subditos iam a multis annis in hunc vsqz diem sanctissime culta et seruata est custodiret.

Deinde vero cu intellexisset M.tas sua ex ipsius domini Marchionis Nepotis sui litteris (nunctius ab illo nullus hic visus est) controuersias quasda et turbas atqz dissensiones exortas esse inter ipsu, et alteru illu dominu Electu Osiliensem, non mediocriter indoluit. tametsi ipse dominus Marchio nullam se ei præbuisse hostilitatis ansam scribit. se enim ea de re nihil sollicitu, neqz quidqua cogitantem a Capitulo et nobilitate ad eum Episcopatu suscipiendu postulatu esse, quem cu videret ab alio, si ipse noluisset susceptu iri, non visu sibi conditionem ta lucuLentam reijcere, et fide quidem si se obstrinxisse ne quidq qua amplius præter ea quæ adeptus esset peteret. verum id duntaxat ab R.mo Archiepiscopo patre suo, atqz tanto quidem magis ægre id tulit M.tas sua Regia q id omnibus ordinibus Liuoniæ displicere ex Legatione do: vestraru cognouit, multo vero maxime, q omni iure et iusticia aduersante quem admodu exposuistis, res huiusmodi nepos suæ M.tis inceptare dicitur.

Et cum hæc ita se habere dicantur recepit M.tas sua regia se ipsu dominu Marchionem admonituram esse vt is talem se hac in re viru præstet, qualem et virtus eius et dignitas Ecclesiastica postulat, nimiru vt remoto omni armoru strepitu, totu si Ecclesiasticoru iudicio permittat, speratqz illu si se facilem suæ M.ti hac in re præ

statum. Verum illud vicissim optat M.tas regia vt ipsi ordines Liuoniæ cum aduersa parte agant et efficiant, ne interim quoad lis hæc vniuersa aut per arbitros aut alios iudices Ecclesiasticos semel decisa fuerit aliquid aggrediatur. quod vel ipsi nepoti suo toleratu difficile et M.ti suæ auditu acerbum esset vel turbas aliquas Liuoniæ Incolis excitare posset M.tas sua Regia vicissim quæcunque ordinibus Liuoniæ grata fore existimauerit. facere non intermittet.

Sigismundus primus Rex Poloniæ,
Vilhelmo Marchioni Brandeburgen
Coadiutori Rigensi : S. P. D.

Non dubitamus Ill.tem vestram scire fuisse hic apud nos ordinum Liuoniæ legationem de negotio Ossilien Episcopatus vt autem vestra Ill.tas non ignoret quid hii Legati egerint : quidue petierint mittimus ad Ill.tem vestram responsum ex quo Ill.tas vestra et quid illi orauerint, et quid nos illis vicissim polliciti de vestra Ill.te simus adamussim intelliget. Speramus quod Ill.tas vestra talem se hac in re præstatura est qualem illi cupiunt, hoc est non armis neque vi vlla, sed aut amica compositione aut Judicio jus suum prosequatur. Erit hoc nobis gratum et dignitati vestræ Ill.tis consentaneum. Quam fœlicem esse cupimus.

Legatio a Sigismundo primo, rege Polo.: ad Archiepm
Rigensem : ad Magistrum Liuoniæ : ac ad reliquos
ordines Liuoniæ.

Dicta Regiæ M.tis nomine salute, et litteris fidei exhibitis. Nunctii in hanc sententiam verba facient.
Postularunt D.nes vestræ a Regia M.te per nunctios qui paucis elapsis Mensibus apud ipsius M.tem fuerunt, vt M.tas sua Ill.mum et R.mum dominum Vilhelmum Marchionem Brandeburgen et Coadiutorem Rigensis Archiepiscopatus, nepotem suum charissimum admoneret hortaretur, consilioque et authoritate sua adduceret vt is vi et armis depositis iudicio Ecclesiasticorum aduersario suo, de Osilien Episcopatu disceptaret idquod M.tas Regia se facturam esse recepit. sed ea quidem lege, vt D.nes vestræ idem apud aduersarium eius R.ndum dominum Rainoldum - postulatum Episcopum Osilien obtinerent: ne Jus suum si quod habet armis prosequi pergeret.

Et egit quidem quam potuit enixissime M.tas regia cum dicto domino Marchione nepote suo omnemqz nauauit operam, et perfecit partim hortatu atqz suasu, partim authoritate, vt se is consilio et iudicio ipsius M.tis staturum et bellandi se non satis digna cupiditate abiecta se religionis capitulorum sanctissimi domini domini nostri Romani Pontificis aut eius vicariorum et officialium et Caesarea M.tis atqz eius consiliariorum iudicio permissurum se offeret.

Quibus suis pollicitis confestim re ipsa fidem fecit. Cum enim speraret D.nes vestras quarum rogatu M.tas regia permota hoc apud ipsum non grauatim obtinuisset, idem hoc apud aduersarium eius perfecisse, dimisso satellicio, quod presidii causa alere solitus erat, securus esse cepit, et soli iuri suo legittimo prosequendo, intentus Ecclesiae, subito aduersarius coacta manu militum, ipsum inopinantem non indicto bello aggreditur et in arce quadam oppugnat et postremo cum primo impetu expugnare non posset ad iniqua quedam pacta et pacis conditiones longa obsidione idquod M.tas regia pro certo didicit adegit, non sine insigni eius ignominia contumeliaqz. Namqz dominus Marchio miserorum hominum qui fidem ipsius secuti erant saluti incolumitatiqz consultum cupiens, cessit in presens omnibus arcibus quas a capitulo ossilieum vna cum Episcopatu oblatas vltro recepisset et possedisset, ea lege vt ne cui damno malone esset, quod se ad partes ipsius adiunxisset quae conditiones per aduersarium diu firmae et stabiles esse non potuerunt. Nam is post, miseros homines maiorem in modum affligere, atqz diuexare, fortunis et facultatibus atqz adeo vita etiam indigne cepit exuere. sed neqz sic adhuc expleta libidine maiora in dies minatur moliturqz quemadmodum Regiae M.ti relatum est.

Quae res non parua anxietate et dolore regiae M.tis animum perculsit. fert enim vt merito debet egerrime. primum nepotis sui oppugnationem, et contumeliam. Deinqz is quasi M.tis suae consilio et persuasione in hunc laqueum pellectus, et in hoc periculum coniectus sit; cum nichil expectasset minus. Sperabat enim deinceps iam omnia pacata per D. vestras et tranquilla fore

Monet igitur. hortatur. Et si aequum est, rogat D. vestras M.tas regia, reuocent ad animum quid quamqz diligenter egerint D. vestrae cum sua M.te vt ipsius consilio et authoritate finirentur, haec detestanda dissidia et certamina hominibus religioni et pietati deditis minime congrua, cogitent, quod ipsius M.tas nunquam turbis et dissi:

dissidiis excitandis, sed componendis semper et extinguendis autor esse studet non solum christianis Principibus et Regibus inter se verum etiam et gentibus et a fide Christi alienis, atque id quidem ita quoad fieri potest maxime, ut neminem in eius consilio acquievisse poeniteat, nemini ea res fraudi sit aut incommodo, quod si nunc demum usu veniat, ut Nepoti suae M.tis consilio voluntatique obtemperasse in ponendis armis et inimicitiis damno sit atque periculo, et D.nes vestrae non perfecerunt apud alteram partem id quod ab ipsius M.te apud alteram perfici magnopere contenderunt, quid potuit accidere M.ti eius gravius et acerbius?

Iam vero cum universae harum terrarum Ecclesiae ipsius M.tis protectioni a sede Apostolica, et a Caesarea M.te a multis retro annis commissae et commendatae sint: semper quidem curae fuit M.ti suae: ut istae ipsae Ecclesiae in optimo statu essent. Sed nunc tamen hoc turbulento tempore cumprimis ea de re sollicita est, quae perspicit quae quantaque mala hisce terris et religioni Christianae oriri possint ex isto incendio quod temere excitatum a quibusdam alitur magno sed improbo studio, nisi in tempore provisum et extinctum erit. Id quod et D. vestras qua sunt prudentia si non planius certe non deterius perpendere et praevidere non est dubium suae M.ti.

Misit nos itaque huc M.tas sua ut cum D. vestris ageremus primum ut dominus Marchio Vilhelmus nepos suae M.tis in bonorum possessionem quibus invitus et coactus cessit restituatur: Deinde ut illi pro his damnis et pro tam insigni contumelia ab adversario cumulate satisfiat, et ut illi honor et dignitas sua ad amussim ita ut par est sarta tecta sit: Postremo ut perniciosa ista dissidia inter ipsum et iam dictum adversarium eius summa cura et diligentia componantur tollanturque ut pax deinceps tranquilitas et concordia hisce terris restituatur.

Quae si confecta et composita non erit, etiam atque etiam considerent D. vestrae, quid mali quidve incommodi atque periculi hisce ditionibus impenditurum est, nemo enim non videt amicos, affines, propinquos et necessarios ipsius domini Vilhelmi Marchionis non commissuros esse, ut ipsi tanta vi, iniuria contumeliaque oppresso indignissime deesse velint, ac non potius summa vi admitantur, ut omnes eius adversarios cumulate ulciscantur non sine malo fortassis etiam eorum qui sunt alieni ab his factionibus, uti fere contagio mali quum

quid inuasit longius et latius serpere solet. Verum id periculu D. vestræ prudentia sua remouere a se et suis poterunt, si ipsu do: Marchionem cu aduersario suo sublatis inimicitiis in gracia redu: xerint. quod non adeo difficile fuerit, si ad eam rem D.nes vestræ tantu voluntatis adhibebunt quantu velle semper hactenus præ se tulerunt. atqz id nunc precipue in maxima ista procerū ordinu omniu frequentia congregata, quoru vt voluntas optima ita summa debet esse autho: ritas. Erit id ex officio et dignitate D. vestraru, et ex vsu atqz commodo haru terraru, et Chri: stianæ Reipub.cæ, Regiæ vero M.ti domino nostro clementissimo vehementer gratu. Quæ porro vi: cissim D. vestraru et haru terraru tranquilli: tatem et prosperitatem omni studio pro virili sua semper promouere perget.

Secrete agendu cu Archiepo Rigen: et cum Magistro Liuoniæ.

Hæc, nunctii Regiæ M.tis domino Archiepiscopo et Magistro salutem plurima et omnia prospera precati, secrete, aut simul ambobus aut vtriqz priuatim referent.

Meminit M.tas Regia D. vestras diligenter se: cum egisse per Nunctios vt R.mu et Ills Do: minu Marchionem Brandeburgen, et coad: iutorem Rigen Archiepiscopatus, Nepotem cha: rissimu, a bellandi et Ius suu de Episcopatu os: lien armis prosequendi voluntate, quantu posset abduceret: qua in re non difficilem se prebuit dominus Marchio ipsius M.ti, memor digita: tis suæ et vestraru D. authoritate adductu quieturu esse et secundu voluntatem earun: dem D. vestraru iure secu apud Ecclia:cos siue alias quoscunqz competen iudices de tota hac causa atqz controuersia acturu.

Quid consecutu' sit, non est operepretiu' D. vestris mul:
tis explicare. Noverunt enim melius quam aut nos ipsi
aut M.tas regia quod adversarius ipsius domini Marchi:
onis electus Osilien' coactis non exiguis militu' co:
piis ipsum nihil tale timentem non denunctiato bello
aggressus in loco quodam cum paucis conclusum diu:
turna et gravi obsidione iniquis conditionibus pacem
facere et arcibus quas pariter cum Episcopatu
a Capitulo Osilien' ultro oblatas possedisset dimit:
tendis suam et eorum qui fidem ipsius secuti essent
salutem et incolumitatem et indignissime depacisci
coegit. quae tamen pacta ipse dominus Rainoldus
si verum est quod homines passim loquuntur non ita mul:
to post non ex dignitate sua temeravit. Soluta enim
obsidione in miserorum hominum qui ex pactis incolu:
mes esse debebant, bona et facultates et vitam
denique grassari coepit, et maiora quidem indies
contra eundem dominum Marchionem molitur.

Cui quid iam reliquum esse potest. bonis suis per vim spo:
liato, atque iis quos in fidem suam recepisset, contra
pacta violatis, nisi ut vim vi repellat, seque et suos
pro virili sua vindicet ipsemet D. vestrae iudicent.

Sed tamen esto quod ipse stet pactis (quanquam into:
lerabilibus) semel initis, id quod M.tas regia ve:
hementer contendit. quid faciant propinqui et neces:
sarii eius, quos ille et plurimos, et opibus gratia
dignitate et authoritate in Germanica natione
nemini secundos habet, atque ii vicissim magno ani:
morum cum sanguinis et affinitatis vinculo tum be:
nevolentia coniunctissimorum numero firmi et po:
tentissimi sunt quos non verisimile est aequo et leni
animo hanc tam insignem iniuriam atque contumeliam
domini Marchionis laturos esse, atque compertum ha:
bet M.tas regia eos consilia inter se capere. quo
pacto inimicos eius omnes pro rei dignitate satis
ulciscantur unde posset magna rerum perturbatio
in hisce terris excitari.

In quam sententiam fortasse regiam M.tem pertrahere et
ut nepoti suo pro necessitudine quae est arctissima fi:
dem et opem suam implorantia deesse nolit etiam relucta:
tem incitare conabuntur. Quo nihil accideret suae
M.ti acerbius. Ita pro sua in D. vestras ac in omnes
ordines propensione omnia semper prospere hisce

terris euenire cupit id quod D. vestras ab eo tempore
quo regnare ipsius M.tas cœpit, et his terris vicina
esse, bene constat.

Ita non intermittit eius M.tas cogitare et prospicere
si quo modo turbæ istæ quas his terris permitio:
sas oriri animaduertit, mitigari et sedari possint,
ne post multa quæ nollet audire, videre, aut etiã
facere cogatur. In hanc eandem cogitationem vt
et D. vestræ quippe ditionũ istarũ præsident quibus
ista non minus ob oculos esse debent incumbant,
Regia M.tas vehementer non solũ suadet ac horta:
tur, verumetiã postulat, si modo D. vestris cordi
est dominiorũ et subditorũ suorũ pax et tran:
quillitas, id quod ipsius M.tas non dubitat, dent
operã vt dominus Reinoldus deinceps ab istis
inceptis suis desistat, et vt dominus Marchio in
possessionem bonorũ suorũ quibus vi coactus
cessit, restituatur, honoremq3 et dignitatem suã
quam sibi contumelia ista læsam esse iudicat, sar:
tam tectã ab aduersario et damna sua suorũq3
quod fieri potest restaurata habeat, vel certe æqui:
oribus conditionibus cũ dicto aduersario in
gratiã redeat.

Fuerit hoc ex dignitate D. vestrarũ et vsu regionũ
istarũ atq3 adeo Christianæ reipub.cæ quæ nunc
vbiq3 fere miserabiliter vexatur labefactatq3,
M.ti vero regiæ domino nostro clementiss.mo nihil
poterit accidere gratius neq3 iucundius, quæ
porro huius nationis si de propensione sua M.tis
grata esse volet, curã habere non intermittet.

Atq3 his permota causis voluit hæc M.tas sua re:
gia D. vestris quarũ maxime interest per nos
verbosius etiam declarare, et memores quod spe:
rat monere. Confisa D. vestras hanc suã admo:
nitionem ab optima voluntate profectã æquo
animo vt par est: et omni opera atq3 diligentia
admixuras vt sedatis istis nascentibus tempe:
statibus, ditionibus istis firma atq3 diuturna
pax, tranquillitas et felicitas constituatũ, et
domino Marchioni cumulate satisfiat.

40

Sigismundus primus Rex Polonie
Capitulo Plocen.

Venerabiles devoti nobis dilecti. Tametsi satis expresse cautum sit Statutis regni nri, ne qui preter Doctores designatos ad Ecclesias Cathedrales reciperentur, nisi Nobiles indigene, quorum nobilitas more regni nri esset probabilis, et quorum parentes iure regni nri et more nobilium vixerunt: ad petitionem tamen nunciorum istius terre Plocen, ne per contrarias nras interpretationes et mandata, hijs Statutis derogaretur, Hortamur vos et districte mandamus, ne quem deinceps ad Ecclesiam vram, ad Canonicatus et Prelaturas recipere audeatis, nisi is tocies quoties recipiendus sit, se ita nobilem et indigenam probaverit, vt in Statutis novis et veteribus est cautum et declaratum. non obstantibus vllis aliis Mandatis nris et interpretationibus in contrarium. que si quando a nobis quomodocunque emanarent obtente, pro non concessis, nulliusque momenti et roboris a vobis reputentur. aliter sub gravi indignatione nra, et penis in Statutis regni contentis non facturi. Dat Petrkovie in Conventu generali feria quarta ante festum Purificationis Marie. Anno domini 1533. Regni vero nri anno 27.

Sigismundus primus Rex Polonie
Joanni Regi Vngarie. Croatie.

Scripsimus primis anni huius mensibus Mti vre Serme, rogantes, vt nuncium et Servitorem Illt. dni Georgii Marchionis Brandeburgensis nepotis ex sorore nri charmi, per Mtem vram istic, cum ad curanda negocia principis sui proficisceretur, detentu, liberum ob intercessionem nram dimittere dignaretur. ad quas lras, quoniam Mtas vra noluit tum nobis aliud rescribere nisi quod per Oratorem suum, quem brevi se ad nos missuram af:

firmabat, nobis super hac re respondere vellet. quod cum multo iam tempore Mtas vra hactenus non fecit: et dnus Marchio nos crebrius ista de re interpellet. Mtem vram iterum presentibus rogamus, vt dictum nuncium cum filio, famulo et rebus sarcinis qz suis libere ad principem et dnm suum reuerti permittere velit. in quo nobis rem plurimu gratam Mtas vra faciet. quam vicissim illi omi grati: dine et beneuolen^c^ off^o^ referre curabimus. Dominus Deus seruet Mtem vram recte sanam et semper felicem.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ferdinando Romanorum. Vngariæ
Bohemie regi: Archiduci Austrie

Cum aliquoties iam ante a nobis postulasset Rmus in Chro patr Do. Paulus Archieps Strigoniensis, vt se fortunas qz suas comendatione nra apud Mtem vram Serma iunaremus. illius cum meritis permoti que ab illo tam in Serm fratrem nrm sancte memorie Do. Wladislaum q etiam Serm Do. Lodouicum nepotem nrm olim Hungac et Bohemie reges magna fide prestita memoria tenebamus, postulamus a Mte vra Serma, vt illum simul grege suo Sacerdotum in gra sua afferuare, et protectione regia quantum illius rationes exigerent retinere dignaretur. Cuius postulationis fructum nos retulisse vel ex eo congnoscimus, q predictus dominus Archieps ex nra intercessioe non parum se auxilii percepisse nobis fateatur. Qua commoditate rei fretus, nunc iterum ad nos de hijsdem rationibus suis confugit, et se etiam qz suam rursus apud Mtem vram Sermam comendari postulauit. Nos igr deesse illi nolentes, Rogamus plurimum a vra Mte Serma, vt sub

occasione ad stabiliendum in pace Ungarie regnum hoc tpe
data, efficere pro autorte sua et in Christianam religione
pietate dignetur: ne predictus dominus Archieps in digte
sua et illius Ecca in iuribus et privilegiis usu longo
approbatis detrimentum aliquot patiatur. Factura id Mtas
Vra Serma ad laudem omnipotentis dei, et singulare bo:
norum omnium consolatom. Cuius nos solito fraterno amori
et mutue benevolentie comendamus. optantes ex animo
ut Mtas Vra Serma, in summa sua verumque suarum fortuna
longam vivendo exigat etatem. Dat Cracovie XXa
February. 1533. Regni nri anno 27.

Sigismundus Rex Polonie
Paulo Archiepo Strigoniensi.

Si quem fructum attulit rationibus Ptis Vre nra prior com:
mendatio, quam pro illa apud Ser. do. Ferdinandum Ros
regem fecimus, esset id nobis apprime gratum. Nam et Pti
Vre, et eius Ecce tam nos tranquilla et felicia omnia favemus
quisquam maxime. Nunc iterum sicut P. Vra postulavit
scribi ad eius regiam Mtem fecimus, illam et fortunas eius,
Ecce denique illius rationes Mtis sue patrocinio et protectioni
comendantes. cuius Mtem nil dubitamus in omnibus quod
equa et honesta videbuntur Pti Vre et Ecce sue non defu:
turam. Nos etiam quantum in nobis erit per omnem occasionem
ad omnem bonam fortunam opem ferre Pti Vre curabimus.
quam bene valere et felicem esse optamus. Cracovie
XX February. 1533. Regni nri anno 27

Sigismundus primus Rex Polonie Alberto Duci in Prussia.

Ill. Princeps & dne nepos nr charme. Bine sub idem tempus lre
Illtis vre sunt nobis reddite. quarum vnis de racione Banni Impe:
rialis contra se promulgati, alteris de postulatis Illtris dni Caroli
Ducis Minsterbergen ad nos scribit, vt scilicet et de Banno hoc cum
Comissariis Serni domini Romanorum regis expostulare, et
comoda in rem Illtis vre agere oratoribus nris quos in Slesiam
nos missuros, et illic cum dictis Comissariis congressuros Illtas vra
edocta est mandaremus: et Ill. dom ducem Carolum partim in
matrimo inter Illtis sue filium, et do. Annam ducem Masonie con:
trahendo, partim in constituendo aliquo ex filiis Illtis sue in Coad:
iutorem cum spe successionis apud do. Magistrum Linonie, et
illius ordinem ope et intercessione nra iuuaremus. Ad quas
vtrasque lras, presentibus Illti vre respondemus. Et primum quidem
quod de racione Banni Illtas vra postulat, licet incertum adhuc
habeamus conuenturi ne ne sint sicut dudum optarimus nri Oratores
cum Serni do. Roma regis oratoribus, nobisque persuadeamus
non posse cum illis de Banni negocio, ad quod nullum speramus
illos mandatum habituros, quidque vtiliter in rem Illtis vre agi et
componi: vt tamen desyderio et postulatis Illtis vre satisfaciamus:
Mandabimus oribus nris, cum illos in Slesiam mittemus vt hanc
rem pro tempore et occasione sicut comodissime videbitur curae habeant:
cum comissariis quoque predictis communicent, tractent, et isto consilio
quod Illtas vra scripsit promoueant. Deinde quod ad
alteram postulationem Illtris dni Ducis Caroli de Coadiutoria
Linoniensi attinet vtcunque non libenter nos illis negociis et actio:
nibus Linoniensibus implicamus. cum Magister ille non vtatur
in suis et ordinis sui negociis consilio nro, causa tamen Illtis vre
et domini ducis Caroli faciemus intercessionem nram, apud Do.
Magistrum Linonie, et eius ordinem, siue per lras, siue per Oratorem
nostrum, quandocunque a Summo pontifice, et ab Imperiali Mte
ac a Serno Do. Ferdinando rege Romanorum ad id curandum
oratores mitti cognoscemus. Alteri autem Illtis sue de

matrimo postulationi, plane satisfacere non possumus. Non putamus enim cum dignitate vra nos facere debere, vt apud do: Ducem Annaei id matrionij promoueremus, ad quod illa animum inducere se non posse aperte nobis declarauit. obsecrans nos cha ne amplius ea de re et negotium haberemus. quandoquidem obfirmarit animum suum, nunquam extra regnum suum maritum ducere. quare necessarium est, vt et nos illius arbitrio hoc relinquamus. et Illtris do. dux Carolus id boni consulat. optamus Illtem vram recte valere et semper esse felicissimam. Dat. Crac. 4. Marcij. 1533. Regni nri 27.

1534

Stefan. Broderic. Eps Sirmien
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancello

Rme in Chro pr et dne, dne. Benefactor vti pater mihi obseruandissime. Salutem et seruitiorum meorum commendationem. Non miretur vra Do. Rma, quod in lris ad eam dandis tantam fecerim intercapedinem. contigit id non obliuione beneficiorum Dnis vestre in me, que deleri ex animo meo nullo vnquam tempore poterunt, non solum viuentis, sed ne mortui quidem: Sed quod fui absens longo tempore a Curia, id quod in querenda salute peremtis natalis Soli mei Slauonie pannonice: et in auertendo per illa transitu potentissimi Turcarum Imperatoris si fieri potuisset: et eodem itinere conseruanda altera patria mea Ciuitate cum Epatu illo olim nobilissimo Quinqueecclesiensi. vnde etiam non meorum, neque Slauorum, neque Vngarorum ope ex maximis periculis sum ereptus, sed Polonorum. Affuit enim mihi periclitanti, et opem omnium imploranti, cum omnes fere preter fratrem germanum mihi defuissent, singularis et nunquam e memoria mea obliterandus fauor polonorum duce, Illustri dno meo, dno Hieronymo de Lasko: Palatino Syradien. et Voyevoda Transiluanensi. Hys igitur rebus

legationibus q3 occupatus, dum non datur facultas in Polonia scribendi, ereptus est michi interea temporis singularis et amant^mus patronus meus ac dominus, Illustris et Mag^cus D^s Christoferus Schidlovicius Collega V^re R^me D^nis in Cancellariatu. cuius mortem amaro corde deflevi. conservata michi V^ra R^ma D^ne altero patrono, dno. et benefactore meo. de quo Deo opt^o Max^o imortales gratias egi. Itaq3 D^o V^ra R^ma dignab^r id boni consulere, q a tanto tempore nullas a me l^ras accepit. Quo autem in statu nego^a n^ra existant, D^o V^ram non puto latere. Constitutus est dies in Ovvar ad conueniendum tam nostris q Ser^mi Romanorum regis oratoribus et Comissariis. Nostris adiunctus sum et ego, tanq partus abortiuus. Ut intelligo omnia referentur ad Ser^mum D. regem polo^e. Me et mea seruicia V^re R^me D. comendo. quam Deus ffelicissima conseruet. Bude 7 Febr 1533.

V^re R^me D^nis

Stor dedititius S. Brodarÿth
Sirmiensis [signature]

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Joanni de Tarnow Palat° Russie. Sando:
mirien et Chmelnicen Capitaneo.

Magce Dne. fr et consanguinee charme ac honoran. Summa equidem a me adhibebatur cura et diligen^a, vt Magtie vre desyderio vndequaque fieret satis, et tantum iam a me pro Magtia vra elaboratum putabatur, vt plerique et ego rem ex voto nro confici cum dignitate illius posse non diffideremus. Nunc quoniam ita accidit, vt neque illa petendo: neque ego promouendo quidquam proficere possemus: est omnino difficile non grauiter id ferre: sed tamen animos nros frangi ac de: bilitari molestia non conuenit. Hec cum ego presenti Magtis vre coram declarabam, aduerti illam dolore nimio victam complecti animo non potuisse, neque voluisse consiliis meis ad moderandum animum obtemperare. At nunc prioris illius animi motus sedatiores confidens: scribendu ad illam de tota re et deliberatione mea censui. quam rogo vt ne id quod sentio, aliorsum quam a me scribitur vertere velit. neque opinari me cuiuspiam alterius rei magis quam Magtie vre, et reipce causa que considero optare.

Aspecta dudum veluti per transennam Magtie vre cogita: tione, quam in querenda externa laude et gloria inten: dere nimis cupide michi videbatur, magnopere fui pertur: batus, plurimumque metuebam, ne hec bona que foris ab illa expetebantur, domesticis eius rationibus nocumentu afferrent. quamobrem scripsi Magtie vre aliquoties rogans et illam pro mutua illius et mea necessitudine monens, ne ea pluris faceret, que dubia et in incerto euentu posita

essent, quam ea que iam quesita in sua haberet potestate. minori siquidem cura et labore antiqua laus retinetur, quam queritur nova. Hec autem scribens non mihi persuadebam in administrandis bellis domesticis nichil illam negotii susti: nere. intelligebam enim per magnum esse negotium et ma: ximi consilii imperare militibus. sed iudicabam huiusmodi imperandi negotium si in patria fieret, consilio, si alibi fortune magis subiacere. Quam rem cum Mag^tie vestro persuasam a me crederem, et de illa, in patria retenta gau: derem: ecce novum repentinum et admodum periculosum illius institutum me perculit: et incredibili animi dolore atque molestia afficit. Non enim iam tantum illam exteras res incomodas et periculosas expetere adverto: sed domesticos honores suos negligere et minuere sponte sua velle agnosco. Quorsum enim hoc attinet, quod Mag^tia vestra cum augere secundum desyderium suum fortunas ad presens non possit, eas etiam quas virtute sua quesitas habet insignes a se abyciat? Fateor esse hominis cuiusque ingenue et liberaliter educato durum et molestum, ubi meritorum suorum non habetur ratio. sed si id fieri aliter nequit, prudentissime esse iudico: ut hec catenus doleat, quoad rationi consen: taneum videatur. offensa autem in animum inducta et admissa ob non assecutum petitum honorem, habita etiam prius dignitate voluntarie se exuere, nemo est qui non censeat hoc ad illos pertinere, qui per imprudentiam re: rumque exiguam cognitionem, affectus ratione gubernare vel nesciunt vel non possunt. Mag^tie autem vestre na: tura talis est ut etiam sine doctrina videatur moderata esse potuisse. ea autem adhibita est doctrina, que vel vitio: sissimam naturam excolere possit. Quid est per Deum immortalem quod tanto opere animum Mag^tie vestre exacer: bavit, ut fortune iniuriam suis iminuendis amittendis com: modis vindicare velit? Ferrum profecto et igne corpori admotum tollerare me facilius posse existimo, quam tanto

dolori, quem ex facto Mag^tie v̄re concepi resistere.
Grave est quidem michi Mag^tiam v̄ram, ex gratia Prin:
cipis non satis pro merito consolatam esse. sed hoc multo
gravius et molestius existit, illam se ultro exauthorare de:
crevisse. Officium imperii et Prefecture militaris, quo se
Mag^tia v̄ra abdicat, multorum iudicio ad authoritatem
sustinendam, et favorem hominum comparandum, ceteris ocbq
videtur in hoc regno prestant^mum. ad quod cum vel
Sandomiriensis Palatinatus adderetur, posset multum et
honore et utilitate et perpetua gloria Mag^tiam vestram
cumulare: presertim cum ex Contributione n̄ra Cra^ra
Capitaneatus emolumento augeri, et Palatinatus Sando:
miriensis ad Cracoviensem Palatinatum gradum facere
debeant. quibus omnibus carere debere Mag^tiam v̄ram
non possum non acerbe dolere. Nam cum illa hec amittet
perturbabit amicos. uxori, liberis. et domesticis charisque
suis grave doloris volumus infliget. denique malevolos
in consolationem eriget, et ad se persequendum excitabit.
remp^cam autem sua virtute defensam, hostilibus insidiis
lacerandam exponet. Quare cum in eam rationem tem:
porum non ulla alia res, q̄ fortuna nos induxit, ut
ut vehementiores animi concitationes nos gerere et experiri
nunc oporteat: hoc iam loco ego non hortatione, neque
consiliis tantum dandis, sed precibus cum Mag^tia vestra
fraternis ago, ut nullos incomodos et inimicos affectus
in mentem admittat: qui cum abhorrent a l̄ris et hu:
manitate, tum vero contrarij sunt magno animo, et
cuiuis dignitati. rogo que illam, et per omne Jus coniun:
ctionis et benevolen^e n̄re mutue obtestor, inducere in
animum suum velit, ut si daretur illi rursus per regia
M^tem officium Capitaneatus militaris, et Palatinatus
Sandomiriensis, cum aliqua promissione ampliores future
gratie offeratur, illum suscipere non gravetur. Id enim

ego hic ago et contendo, cum aliud impetrare non potui. ut hac ratione animum Magcie vre Mtas regia contentum ad presens efficiat. quod non despero me posse impetrare, si facilem et obtemperantem michi animum Magcie vre presenti petitione effecero. Scio equidem arduum hoc nunc michi ad persuadendum, et Magcie vestre ad prestandum futurum. Sed tamen sapientie et humanitatis Magcie vre esse existimo curare et perficere, ut hoc quod minus deliberate est a se provisum, novo et salubri consilio corrigatur. Repugnabit fortasse rationi affectus, at illos vehementius ad omnes bene audiendi partes, excitata Magcie vre virtus et magnanimitas emolliri et comprimere poterit. meis tantummodo et aliorum plurimorum amicorum consiliis acquiescere non contemnat. hac re enim promittere et affirmare ausim sibi et fortunis suis Magcia vra egregie consulet. amicos perturbatos solabitur. invidis terrorem incutiet. totique regno declarabit omnium salutem. liberos. famam. fortunas denique suas esse sibi charmas. Ad hec optatum expecto responsum. Et quod reliquum est me amori et benevolentie fraterne Magcie vre commendo. illamque felicissimam et quam diutissime cum suis omnibus sanam ac incolumem esse ex animo opto. Dat. Cracovie die XXa Marij. Anno domini . M. D. XXXiij

Quod pene preterieram Magcia vram insuper rogo, ut de Statuto quod Capitaneatum cum eiusdem terre Palatinatu obtinere vetat, aliter sibi persuadere velit quam mecum est et cum aliis amicis collocuta. Mtas enim regia que condere leges solet, illas et interpretari ac moderari pro evidenti commodo et utilitate publico semper potest. Quare et in hac parte ut Capitaneatum

rum Palatinatu Magcia vestra obtineat ad tempus, fa:
cile Mtas sua illeso Statuto, et approbantibus omnibus
providere autoritate sua poterit. Nam simile etiam facere
solet contra dispositionem Statuti, quo cavetur ne Bona
sua regia extra generalem Conventum hypothecare
et sine conditione exteimationis obligare cuipiam possit.
Nam vbi aliqua necessitas occurrat, Mtas sua adversus
hanc Statuti dispositionem, plenitudine potestatis sue
vtitur. sic et in aliis plerisque casibus fieri solet. vt ad temp[us]
ex aliqua legitima causa privilegio et potestate Mtis
sue statuti vis et potestatis moderetur. Nihil autem
minus contra Statutum fieret, quod vt Magcia vestra privi:
legio Mtis sue et Capitaneatum et palatinatum Sando:
miriensem obtineat. que et merita est plurimum potestate
sua de respublica, et breui ad altiorem dignitatis gradum
evehi et extolli proculdubio poterit.

Responsum dni Tarnouien ad Tomicii Eplam

hanc responsiuam Eplam do[s] Tarnouiensis
misit Craconiam ad manus Pauli Crasowski
Can[ci] Craconien. Qui deinde Tomicio hoc ipsu
responsum obtulit et exhibuit.

Milosciwi kxiaze Biskupie. Ti wszistki rzeczi, ctore
wassa M[c] barso madrze, przyiacielskie, a szczliwie, pisac ra:
czil: Pan woievoda Russki dostateczne wirosomiec raczill.
gdzie mi na to wassey M[ci] poruczil otpowiedziec. przodkiem
wassey M[ci] dziakugiac s tey wielkey Laski y szczliwosci,
ctorą y ten ras, y zawsze snal. czo to wassey M[ci] od:
slugowac rad chce. Tak iako w. M. raczil pisac, pe:
swadogiac mu, abi Wogewodztwo Sandomirske pospolo
s Heytmanstwem sasią przijall. dawagiąc temu madre a
slussne racige, ctore wassa M[c] obarzowac raczyss, prze ctore
bi to slussnie Pan Wogewoda uczinic mial. Wassey milosci
radzie ctorą sna barso madrą, y sobie szczliwą sawsse Pan
gotow mieysce dac: y wiącey otim rosomie, y magis tri:
buit wassey M[ci] rosumowi a barznosci, niss tess swey glowie
dufa. a wssakoss iss to yest dawne przislowie, a prawdziwe,
sze nikt lepicy newie gdzie kogo trzewik czisnie. iedno
ten kto wnym chodzi. tedi ti przirzimi prze ktore tak uczinic
musial, ze heytmanstwo spusil, ctore wassa M[c] sam dobrze
wie y sna, abich gie przet wassą M[cią] przelosszil, yest mi
polecill.
Bi tak bilo milosciwi kxiasze iako neprziaciele iego M[ci]
rosomiec chczą y wikladaya: sze bi to spusil wten obigay

przeto, iż mu tych Vrzędow niedano o ktore stall: Sam to Pan obaczygie, iż bi to inconsiderate et indiscrete v: czinil. Bo vosomie temu dobrze, że nikt na pamie swem nic newignera. ani on też tego przed się bierze, ani tim vmislem dziala, abi przeto, tak to vczinill iako się stalo, yedno mayąuc tego slusżne przyczini.

Naprzot tayna negest wasseÿ M^ci wielika nielaska Crolewcÿ ÿcÿ M^ci przes wszego przewinenia, ktora wsięla przeciw Panu Voyewodzie. ktora ponewaß iey M^ci wssitkim yuß vaczi wladnąc iako sama chce w Coronie Polskeÿ: tedi rebus sic stantibus, gey M^ci mersiączka, gest ita noxiwa et periculosa, niegina iedno iako samego Crola ÿc^o M^ci a snac y więceÿ: Bo ge^o M^ci iako mądri Pan, vaczil bi v siebie mieÿsce dac, ÿ madrze to obaczic, a powaßic kaßdego niewinnoscz, abo teß zasługi, gdi bi się teß człovek czego Panie Boze vchowaÿ nieÿakego czego, s przigodi, iakoß to na Ludzie przichodzic mnoßÿ: dopuscill. Ale Crolewa geÿ M^ci ßadnec rimowie sprawiedliwcÿ: ßadnim prosbam naipokorneÿßim, ktorich się iuß nie wstidzil Pan Voyewoda kv geÿ krolewskcÿ milosci czinic: mieÿsczea dac nieraczi. gdzie teß ÿ vinnÿ lasko naÿdvgią gdi ÿcÿ ßvkagią. tu vÿąc choriaß niewinen: pros iako chczeß: vidavaÿ się na wssitko: nic niepomoße. a gdiß się to ten ras dziegie za swießzimi, novemi, a dali Bog dobremi, a vßitecznemi poslugami: czegoß się nadziewac, gdi się ÿuß ti vczci neÿako ostarzegią: Abo gdi bi, czego panie Boße vchowaÿ niefortunna prziszla: a fortuna gest odmienna, ÿ naÿwiąxßim Cesarzom, Crolom, ÿ na slawnieyßim heytmanom nieÿednako stoÿÿ: a weli się rasow otmienia: poniewaß gey zadni człowiek wssey mori niema: gedno Bogh: czoß bi się wten czas dzialo! a snac bi gey M^ci chciala za tę swą nelaską ita persequi, et contenderet vltra chiam Tartaro detrudere. A tak gdzie to yuß na kogo

Bog dopuscy nelaskę Panską: nihil salubrius, nil consultiq
nil cautius: gedno temu na stronę ostampic. tak iako
tesz to Pan vczinic vmislil. chczęc sia alienovac ab
omnibus curis publicis. chczęc tilko curare res suas dome:
sticas. Secessit in angulum, gdzie magięc na pierzi vzergi
swe, volt pro parte quieti indulgere. q dm deus volet.

Przijęc Vogewodstwo Sandomirskye, rozumie gie sobie bic
nullo usui. y owszem viącey ku przeszkodzie vrzędom swoim.
a bowiem tak vmislil, ponere omnem ambitionem, ze nietilko
abi mial orzo stac: ale tesz yusz natim contentus esse volt,
sine istis officiis ktore spuscil: y bic contentus sorte sua:
Bo Milostivi Kxiaze: sam to vasza Mc znac raczisz: ze ti
Vrzadi sktoremi czlowiek doma siedziec musy: a na swego
Pana nieczasto patrzic: parum et fere nil autoritatis in se con:
tinent. y przeto Stall o Starostwo Cracowskie, abi bil
na Krola pana swego czasto patrzill, gdo milosti laskę
snayęc. bedac presens pilnie yą saslugovall: S waszimi
milosciami s przijacioli swemi pospolo bill: a vaszey milosti
iako panu a przijacielowi swemu starszemu sluszil, gy sarho:
val sie tak iako bi naylepiey vmiall: y desirowall na
wszitkim iako panu Starszszemu. Ale isz vola Boga
niebila, ani Panska, ze ktemu Starostwo neprzisszedl, nemini
invidet komu gie Pan Bog a Laska Crolewska dac raczi.
A tak poniewasz vasza Mc sam znac raczisz: ze Heyt:
manstwo v nas Polsze. nic niegest gedno onus, a przisluga
zadna: poniewasz tesz kto przisslo ze ty woladnę: qui nihili
ducunt res et fortunas suas: tedi niemasz przecz sdrowia
targac: starostę miec ktora vsim vrzędzie bidz musy:
naklad czinic, a vbożic sie, res suas negligere, aliogz modo
non laborare, de augendis fortunis suis.

Tesz Vogewodstwa, bi tesz y Cracowskię dano tim sposobe
tile pan waszi, a nic wiącey iedno iako to ktore dzierszi.

a bowiem titull ÿnszi : myeysce malo wissse: Pacum refert iakimkolwiek cto Vogevodæ badzie : gdi osobna przitim Panska Laska niebiwa. abo gdi ot takich rzeczi na stronie gest, ktoremu mosze sobie v pana przisluga vczinic, ÿ auto: ritatem et opinionem wiatsszæ v Ludzÿ. a tak s iakimsze: kolwiek Voiewodstwem mial bi doma Siedziec, a miec na sobie officium istud laboris et pericvli plennÿ, woli tak bes tego to vczinic : secedere ad partem : iakosz to iusz vczinill: poniewasz mv ten vrzad heitmanski, a slusbi gco, przislugi neniesie. iakosz sia to ten ras rzetelnie okasalo.

A tak wasscy Mci prosÿ iako brata a pana swego laskawco abi wassa Mc, v Crola gco Mci pana nassego, pro sua autoritate et prudentia qua pollet, raczil sia oto przyczinic. a panv Voiewodzie ta przyiasn a Laska braczka okasac wtim, ktora on chce miec loco beneficii, abi Croll gco milosc snagiaa tego bic slusznc a sprawiedliwc przyczini : pamia: tagiac tesz na slusbi gcgo, ctore czinÿl s mlodich Latt, asz do tego czasv : nieraczil tego s nelaska przÿymowac : ali ti vimowi prawdziwc a Sprawiedliwc powaszic ÿ przi: ÿac milostiwic raczil. wssakszc ginemi poslugami wkto: rcbi sia godzil, bi gedno Panu Bogc bili wdziacznciÿssze, nÿsz ti ritcrskie poslugi trudne, wktorich Pan slusszill. chcc gco milosc slusic na wsszeliki roskasanic. A dla trudnosci gco Crolewskey Mci, abi gco Crolewska milosc wtim zadnicy trudnosci nemiall, do slussnego czasv. gestli bi czo takowego na Corona przisszlo, poki Croll gco milosc tego Vrzadv komv gÿnemv dac nieraczi, tcdi tile, ÿle badzic mogl, chcc gco Crolewskiey milosci gardla mielitv: ÿac slusic : wedle naiwiszcy mosznosci a vmieyatnosci swcÿ. nieprzc szadna ÿna rzcrz, ani przc szadne præmia : iedno mere dla lasky ÿco Crolewskiÿ milosci.

Tesz prosÿ, abi wassa Mc raczil to v siebie Laskawic przÿiac

a na Pana oto zadney nielubosci niemiet, ze pan na ten czas po radzie wassey Mci nepostapyoie. ktorey samsse rad chce sluchac, y meysce gey wewssitkim dac. gedno sze ti przizini Pana ktore przirisnali a przipadzili ze to tak vczinic mosiall. Tess snac Crolova yey milosc, tim sia badzie nieyako placovac, a vciessic ra: czila. poniewass iey Mci przeciw misli bilo. a chciala przekaszac: abi Pan nij kzenu, any ko szadnemu v takowe vrzadzowi przistampuc nieprzissedl: wktorim badac, pilnicy bi bil laskey ych milosci saslugowall.

A snac gey milosc badzie contenta, takoss pana sprawiono, ze rada vidzi gey milosc, ze ten Vrzad Pan spusczil. Bo gdi iey Mci powiedziano otim: Tanto melius rzekla. A tak badzie to podobno rada vidzala, ze poniewass nie: chciala, abi Wiatsse Vrzadi miall, ze y tich otstampil ktore mial.

A przitim, osoba swa: y ti Sprawi swe wssitki salecza w Lasca vassey Mci: a ma ta nadzieggia: o Wassey milosci: sze wassa Mt, y wtim, y w ginich iego Mci potrzebach a sprawach laskawim Panem a bratem bidz. a okasovac sia ragiss. A on to vassey Mci powolnemi przyiacielskimi poslugami badzie rad saslugowall.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni de Tarnow Palatino Russie. exercituum Regni Polonie duci generali: Sandomiriensi et Chmielnicen. prefecto.

Magce dne. fr. et consanguinee charme et honoran. Ad ea que Magtie vre scripseram, respondit michi nuper illius nomine Venlis Dns paulus Crassowski Eccie mee Canonus, et ita respondit, quod non modo non levatum ex hoc sed auctum michi dolorem sentiam. Cum enim mea et amicorum vre Magtie consilia non suscipi ab illa cognosco: et meam et illorum operam amissam magnopere doleo. Quid igitur deinceps faciam aliud, non reperio: quam ut dolorem meum intra me comprimam, et Magtie vre mea persuasione, qua in consiliis suis nimium obstinatam experior, molestiam deinceps non afferam. Ego edisserui omnia singillatim Mti regie que Magcia vra michi significavit. que me recitantem attente audiens, nil respondit, sed aliquotiens tamen profunde animo demisso suspiravit. Deus Omnipotens faciat, ut et Mtas sua vram Magciam bonam consiliariam et utilem servitorem: et vicissim illa, Mtem suam mitem et clementem principem ac dominum, ita, ut utrique expedit experiatur: et mutuo gratie atque officii genere restaurat et conservet. Nondum Mtas sua respondit michi ad plenum in hiis que ad Magciam vram pertinent. Officiorum tamen et Dignitatum distributionem iam fecit. Contulit namque Mtas sua Palatinatum Cracoviensem Dno Otto de Choders. Capitaneatum Cracovien. Dno petro kmite de Wisnicze Marsalco regni. Capitaneatum Nove Civitatis Corczin, Dno Stanislao Stadniczky Castellno Sanocen. Capitaneatum Siradien: dno Grusczinsky. Palatinatum

vero Sandomirien conferre statuit Mtas sua Dno Stanislao
Langkorinski . Palatinatum Podolie dno Joanni de
Tanczin Palato Belsen. Capitaneatum Sorhagenicusem
Stanislao Borck . Schidlow dno Martino Sborowsky .
De Palatinatu Belsensi, cui conferri debeat plane incerta
adhuc habeo . sed cum sincero : cuiusque responsum de negotiis
vre Magcie habuero, de his omnibus illam e vestigio cer:
tiorem facere curabo.


Nuncii terrarum etc est supra folio.

Ex Vngaria nil certi affertur . hoc solum est nunciatum, quod
Cesaris Turcarum ad Regem Romanorum orator venerit
qui hoc fertur attulisse Cesarem ipsum Turcorum inter
Mtem suam et Joannem regem pacem tractare et dia transi:
gere velle. Commendo me amori et benevolentie
sue Magcie vre . quam salvam et in omni fortuna leta
et felicem esse ex animo opto. Cracovie die ultimo
Martij . Anno domini M . D . XXXiij .

Petrus Thomiczki Eps Crac. Vicecancell
Ioanni de Tarnow Palat^o Russie: Sandomirien
Et Chmelnicen Capit^o.

Mag^ce dne etc. Cum crebrius M^tem regiam sollicitatione mea vrgerem: vt in petitionibus Mag^ce V^re finem faceret, et illi responderet, tandem obtinui q̃ M^tas sua in hec v^ba ordine respondit. primum inquit q̃ de Capitaneatu Crac a dno Palat^o Russie rogati sumus, vos scitis, q̃ iam contulimus illum Dno Marsalco regni nri, volentes in ipso vetera predecessorum suorum merita et officia, qui post mortem Ser^mi parentis nris et domini Casimiri summa fide et diligentia nobis exhibuerunt, et ipse etiam nunc exhibet et prestat, hac gr̃a compensare. Decreueramus tamen et Do^m Palatinum Russie amplioris gradus dignitate honestare. sed quoniam edocti sumus illum palam amicis declarasse se non suscepturum esse dignitatem si a nobis daretur, illam alteri conferre in animo statuimus.
De pecunia vero Contributionis Ecc^liace, non est inquit nobis integrum aliud constituere q̃ est a Synodo dominorum Ecc^liacorum constitutum. Constitutum est autem vt ea ipsa pecunia is vtatur qui exercituum regni Capitaneus pro tempore generalis fuerit. Cum autem hoc officio Capitaneatus Do. palatinus Russie se abdicauit. simul et nobis potestatem in hac pecunia sibi gratificandi ademit. et alteri qui officio preerit. illius petende facultatem attribuit. Ceterum vt profisci alicubi et a regno abesse do^s palatinus possit, tametsi nescimus inquit quo desyderio vel comodo suo id sit facturus: concedemus tamen illi facultatem abeundi, et l^ras dari faciemus quandocunque abire decreuerit.

Postremo q admitti sibi postulat, et nunctium cum muneribus
ad Imbrahim Bassam mittere posset, tametsi nobis non
probetur studium hoc conciliande cum Infidelibus amicicie
quod etiam in do. Chrophoro Schidlowieczki Castell° Crac
defuncto, nunquam laudavimus: super hoc tamen melius de:
liberati alio tempore illi respondebimus, et presertim cum ab
oratore nro, cuius reditum ab Imperatore Turcorum expectamus
quo loco illic res nre sunt, cognoscemus, quantum sine dis:
pendio rerum nostrarum prestari poterit, desyderio domini
Palatini concedemus. Hec sunt que Mtas sua respon:
dit: et que mihi ad Magciam vram scribere mandavit.
Cuius fr̃no amori et benevolentie me ex animo comendo.
Et quam Christus dominus cum suis omnibus salvam ac felicem
in multa tempora servare dignetur. Cracovie ultima
Marcij. Anno domini M D XXXiij°.



Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
cum nonnullis Consiliariis Regni

Duci

Illustris Princeps et Dne, amice honoran. Salutem cum sui
commendatione. Non incognitum esse existimamus vre Illti
ex hiis querelis, quas subditi regie Mtis domini nostri
cives Cracovien. apud illam fecerant, quantum insidiarum
inimiciciarum que pati et expectare a Jacobo Missza sub:
dito Illtis vre coguntur. Finxit enim homo nequam detineri
sibi a Leonardo Fogelweder cive Cracovien. pecuniam, ut
haberet causam et pretextum libidinem audatiamque liberius
exercendi, grassandi que in fortunas civium omni culpa vacan:
tium. et quemadmodum finxit ita detulit ad Illtem vram.
questus que est illi de hac simulata sua iniuria. Ad cuius:
quidem conquestionem cum Illtas vra civibus Cracoviensibus
scripsisset, ut ei iusticiam ministrarent. cives se id libenter
facturos receperunt: modo quispiam foret, qui rem ad illos
deferret, et sollicitaret negocium. Cum autem nemo id
attentare visus esset, neque ille comparuisset: cives tandem
silentio pretermiserunt. expectabantque tempus, quo ille per se
vel per procuratorem venisset questum. at ille iuris or:
dine pretermisso, illis et Civitati Cracoviensi inimicitias de:
nunciavit, coniurationeque cum predonibus facta quos ex
ducatu Illtis vre eduxit, in via publica ante annum quosdam
Cives Cracovien. despoliavit, et fortunis illos non medio:
cribus exuit. que fortasse centuplo maioris estimationis esse
poterant, quam hec mercedis sue pecunia, de qua falso et inique
est apud Illtem vram questus. Verum hiis adhuc non
contentus homo ad iniuriam hominum natus, nuper iterum

et Ciuitati Cracouien, et toti regno inimicitias et hostili
tatem denunciauit. declarans se cum asseclis et conspi:
ratoribus suis igne et ferro vtrique ordini in hoc inclyto
regno nocere velle. quare nobis visum est in absentia
Serenissimi regis domini nostri hanc rem ad Illustrem vestram deferre
quam rogamus, vt se huic negocio interponere velit dili
genter: et prenominatum Myssko a vi et hostilitate continere.
Nam si quid illi debebitur, dabitur opera per nos vt ei a
Ciuibus Crac dissoluatur. Quod si forte ille venire huc
metuit, det ei Illustritas vestra nostro nomine Saluum conductum
sub cuius securitate, tuto ac libere venire, et negocia sua
disponere, ac contra quemcumque voluerit, iudicialiter queri,
postulare et agere possit. Et nobis dabitur opera vt iusti:
tiam suam a Ciuibus consequatur. nollemus enim vt propter
culpam alterius eorum inter quos est contentio, regie Maiestatis
et vestre Illustritatis subditorum pax et securitas turbari debeat.
Quare hanc rem iterum atque iterum Illustritatis vestre prudentie et
cure committimus. Nam si ad id Illustritas vestra operam suam
non accomodabit, et damnum aliquod subditis Maiestatis regie
continget. rem ad Maiestatem illius deferre cogeremur. quam
satis scimus pro iniuria subditorum contra quemcumque acturam
esse, et exinde repetituram penas vnde damnum et iniuria
subditis suis. erit Illata. Comendamus nos amori et be:
volentie Illustritatis vestre. quam felicissimam esse et incolumem optamus

Sigismundus primus Rex Polo*niae*
Carolo Duci Monsterbergen*si* Capit*aneo*
Slesie generali

Accepimus l*itte*ras v*est*re Ill*ustri*tatis quibus nobis declarat se cupere ex Comissione Ser*enissi*mi do*mini* Ferdinandi Romanorum Ungarie et Bohemie regis, ut differentia que est subditis n*ost*ris cum Myssta et Berka predonibus, sisti ac distrahi possit. Cuius negocium quia crebro tentatum hucusque non successit, scribit nobis v*est*ra Ill*ustri*tas se illi tandem conficiendo extremam manum apponere velle: et diem Dominicum qui erit post festum Sancti Valentini proximus, huic actui destinasse, si modo hec eadem dies nobis quoque placeat: si que Consiliarios n*ost*ros cum v*est*ra Ill*ustrita*te conventuros, mittere comode pro ea die possemus. Nos ab initio quo suscitata est hec ipsa differentia sopitam iri optavimus, prout et nunc optamus. et quia curae nob*is* sunt mutue pacis rationes inter n*ost*ros et Ser*enissi*mi d*omi*ni regis Ferdinandi subditos conservande, libenter mittemus Comissarios n*ost*ros, ad eam ipsam differentiam componendam. Verum quia ad presens cum universis subditis n*ost*ris Comitio hic agimus, in quo tractare nos oportet negotia ad bonum publicum et regni n*ost*ri pertinentia: designare et mittere illos ad diem per Ill*ustri*tatem v*est*ram designatam non possumus. Sed colligentes temporis spacium quo, et publica hec regni neg*oti*a absolvi, et Comissarii mitti a nobis possint: non incomoda videtur nobis dies Dominica Letare proxima, ad quam Comissarios n*ost*ros cum v*est*ra Ill*ustrita*te. et cum Ser*enissi*mi regis Ferdinandi Comissariis conventuros deliberavimus. qui se recta in Civitatem n*ost*ram Wschowensem, ad diem p*re*dictam conferent: v*est*ra vero Ill*ustri*tas tunc temporis in Maiore Glogovia constituatur. ubi demum tractari mutuo inter vos poterit, de loco in quo fieri debeat conventio. que, ne in cassum abeat, quemadmodum et antea iam accidit: significare nobis v*est*ra Ill*ustri*tas. si ipsa

pro predicta Dominica Letare varare ei negorio commode poterit. Dabimus autem Comissariis nris eiusmodi instructionem, iuxta quam prouidebunt, ne quid in nobis requiri ac desyderari possit. Volumus enim vt pax et amicicia inter regna et subditos nostros ac Ser^mi^ Dni Ferdinandi regis conseruetur. Petrkouię 21 January M. D. XXXiij. Regni nri anno 27.

Sigismundus primus Rex Polonie
Luce de Gorca Castell^o^ Posn: maioris
Polo^e^ capitaneo generali

Mag^ce^ sincere nobis dilecte. Credimus non esse iam incognitum tue S^ti^: de damnis et granaminibus subditis nris a Misska et Berka predonibus illatis. qui regno nostro publicam hostilitatem indixerunt. de quibus sarciendis simul qz de hysce predonibus coercendis, cum nos apud Ser^mum^ Principem dominum Ferdinandum Romanorum Vngarie et Bohemie regem egissemus: effecimus, qz illius M^tas^ deputauerit Ill Do. Carolum Ducem Minsterburgen, et Capit^eos^ vtriusqz slesię cum nonnullis aliis, qui vna cum nostris quos ad id quoqz deputaremus conuenturi essent: ac de predictis damnis et granaminibus subditorum nrorum cognoscerent et decernerent. Hoc conuentionis negorium cum aliquoties antea tentatum succedere non potuisset: nouissime cum in preterito Conuentu regni nri generali Petrconiensi accepissemus lras ab Illustri Principe Carolo, quibus nos eius Ill tas commonefarit eiusdem negorii: rescripsimus illi, nos libenter mittere velle Consiliarios nros, qui cum sua Ill^te^ ceterisqz collegis suis conueniant. et ministrande subditis nris pro p^dictis^ damnis iustitie operas suas admoueant. hac tamen conditione

adiecta, ut illi idem Consiliarii nri a nobis mittendi, primum in Ciuitatem nram Wschouensem se recta conferant. et tum demum illic cum sua Illte de loco aliquo limitaneo huic Congressui apto adinuicem statuant. Declarauimus etiam eius Illti, diem comodam huic conuentioni Dominica letare proximam. Quia igr scripsit nobis tandem Illtis dux ipse Casimirus probari sibi. ut ad eum ipsum diem dominica Letare proximum, Conuentio ista celebretur: rescripsimus Regi sue Illti nos iam pro eodem die Comissarios nros missuros esse [tuae Sinceritatis] Venerabilem Magcis Andrea de Gorca, Calissien, Janussio Latalski Gnesnensi, Petro Gorski Nackensi, et Capitaneo Wschouensi, Castellanis. ad predictam Conuentionem designados ac mittend duximus. pntibus qz Ltris deputamus. volumusqz et comittimus tue S.ti, ut una cum aliis collegis predictis, pro ipso die Letare proximo ad Ciuitatem nram Wschouen proficiscatur. deniqz in locum, qui vobis et pfato Duci Carolo, et eius Collegis comodior in limitibus regni nri et Ducatus Slesie videbr, vos conferatis. ubi una cum eod Dno Duce Carolo, et eius collegis per Serm do. Regem Ferdinandum deputatis, de damnis ac iniuriis que a Missta et Berka subditis sunt illate cognoscatis. et quod iustum fuerit decernatis et statuatis. ac ut eisdem subditis nris iusticia debita ministretur operam vram adhibeatis. Pariformiter vero, si quid iniurie Missta et Berka, ceteriqz Slesite ac subditi Sermi Ferdinandi regis, a nris habere se pretenderint iusticiam illis ministretis. omnesqz differentias hincinde exortas sopire et tollere curetis. pro gra nra. Dat Cracouie Dominica Reminiscere. M.D.XXXiij. Regni nri anno XXVI

Eodem exemplo scriptum est ad alios Comissarios collegas ipsius Luce de Gorca: seorsum ad unumquemqz eorum: qui separatim in locis a se distantibus habitabant.

Sigismundus primus Rex Polonie

Iacobo Episcopo Wratislavien.
Carolo Duci Minsterbergensi.
Georgio Marchioni Brandeburgen.
Proconsulibus Wratislaviensibus.

Intelleximus ex lrēs Dominationum et Illtum vestrarum esse quosdam predones, qui denunciatis iampridem inimicitiis et hostilitate Rdo in Chro patri dno Epo Wratislavien ad regnum nostrum, grassandi in alios quoque causa excurrat. et pro libidine avaria quos sua quos nacti fuerint despolient. Quod antea nunquam audivimus: nunc tamen cognitum habentes, molesto admodum ferimus animo. Hec enim per scelestos et nequam homines pacis turbatio et iniuria violenta, semper, a nobis incomoda, adversa, et oi supplicio digna, habita est et iudicata. At cum nos recte nobis persuadeamus: istos malefactores, a subditis nris scienter hospitio non recipi: neque illis ullam hinc occasionem vel auxilium ad malefaciendum dari: pro alienis et externis facinoribus culpare subditos nros integrum nobis non putamus. Verum ut officio nro, in retinenda bona vicinitate non desimus: nuncio nro in Kiesmargk misso, ubi predones isti foveri et delitescere dicuntur, efficere curabimus, ut vel predones intercepti puniantur: vel si intercipi non possint, in posterum custodia, et sedula prefectorum et inhabitantium prohibitione a maleficio arceantur. Vre autem Dnes et Illtes pro sua parte idem curabunt. Nam inter hos Ungaricos motus et factionum tumultus nobis solis potestas non est omnium bonorum ab oibus malis tranquillitatem

130

et facultatib tueri. Bene valeant vre Dnes et Ill tes sint qz semper felices. Dat Cracoviae 13 Marcy 1533 Regni nri anno 27.

Sigismundus primus Rex Polonie
Joanni Dantisco Epo Culmensi

Cum plebanus Ecc. parrochialis in oppido nro Graudine heresi Luterana infectus et contaminatus sit, uxore qz contra instituta et Traditiones Sanctorum patrum duxerit. atqz ita hoc nefario facinore suo a predicta Ecca dirigenda et administranda iure exciderit, concedimus facultatem vre Pti per pntes, ut alicui altri Sacerdoti, cuius conversatom et mores cognitos habuerit, et quem ad hoc munus habile et idoneum censuerit, de eadem Ecca pro hac vice provideat. eumqz ad illam non expectatis lris presentationis nre, insti-tuat et investiat, curam regiminisqz et administrationem spiri-tualium et temporalium rerum in illa sibi comittendo. prout id ad vre Ptis officium dignoscitur ptinere pastorale. Bene valeat vra P. Craco feria 6ta post dominica Reminiscere. Anno domini 1533. Regni nri 27

Sigismundus primus Rex Polonie.
Luce de Gorca Castellano Posn.
Andree eius filio Castellano Calissien.
Janussio Latalski castel. Gnesnensi.

Magci sincere nobis dilecti. Dolemus multum quod tot itinera Sinceritatum vrarum et aliorum quos ad cognoscendas et transigendas cum Slesitis iniurias designaueramus, nullum desyderiis nris et comodis publicis fructum afferre potuerit. sed cum hoc non nra culpa, nec vra qui designati fuistis, accidit: illi sibi imputent, qui quod suorum iniuriis non sit satisfactum causam voluntariam et impedimentum prestiterunt. Nos id feremus paulisper adhuc. interim vero agemus apud Serenissimum dominum Ferdinandum Romanorum Vngarie et Bohemie regem vt deinceps ita non duramur. rogabimus quod illius Maiestatem vt Vicesgerentibus suis et Slesie Administratoribus plenum mandatum et comissionem dari faciat. quo possint cum nris Comissariis quando conuenient, certam et definitam subditis vtrimque administrare iusticiam. De quo vti erit posthac S. vras certiores faciemus. Crac. vi aplis Anno domini M D. XXXiij. Regni nri 27.

Sigismundus Rex Polonie
Duci Minsterburgen Henrico.

Illustris Princeps et domine, affinis noster charissime. Accepimus lras vre Illtis quibus nobis significat Consiliarios Illustrium Principum dnorum: Caroli Minsterburgen,

patris sui, et Friderici Legnicen, Ducum, non posse com:
mode pro feria quinta proxima interesse et intendere
una cum Consiliariis nris negotio componendarum differen:
tiarum inter nos et illorum subditos limitaneos exortarum.
nos qz utrumque misezimus iam Consiliarios nros ad com:
planandas et submonendas predictas differentias: Ut primum
tamen ex lris vre Illtis cognovimus negotium istud
impresens confici non posse, scripsimus mr tandem ad
eos lras: per quas illis hoc quod scripsit ad nos vra Illtas
declaravimus. commisimus qz eis ut simul cum Consiliariis
prefatorum dominorum ducum, saltem hoc in presens
conferant et constituant: quo nam alio tempore huic ne:
gotio conficiendo vacare debeant, quod nos fieri et ter:
minari cupimus: prius q ad Lituaniam hinc discedamus.
DE Martino Jdzielski certo nobis persuademus q ille
nunc contra Subditos Serm̄i dni. regis Ferdinandi, quid:
piam hostile non debeat attentare. quandoquidem cer:
tiorem illum fecimus de Induciis a Consiliariis nostris
et prefati Serm̄i Do. Ferdinandi regis constitutis.
intra quas diffidatores utrimque in pace et tranquillitate
permanere debeant. Bene valeat vra Illtas. Datum
Cracoviae XX Aprilis. 1533. Regni nri anno 27.

Sigismundus primus Rex Polonie
Henrico Duci Minsterburgensi.

Illustris Princeps: Accepimus lras vre Illtis, quibus
declarat se, et Ill. do. Fridericum Ducem Legnicensem
velle Comissarios pro festo proximo Sanctorum Petri et
Pauli apostolorum, ad loca in quibus est differentia

pro limitibus inter Bona vra Boleslawer : et Bona
Krewburgk et Pitsschin mittere. si et nos quoque nros
mitteremus. vt simul congressi, finium controversias et
iniuriarum actiones et querimonias videant et audiant,
de illisque vtrimque cognoscant et transigant. Quamvis licet
nos iam antea Comissarios nros frustra descendisse me:
minimus, et nunc in Lituaniam profectionem paramus,
ne tamen vllam occasionem stabiliende in vicinia sub:
ditorum nrorum pacis et quietis pretermittere velle vi:
deamur, contenti sumus designare Comissarios nros
qui ad tempus designatum se in locis ab Illte vra de:
scriptis statuent. et pro offo suo id quod communiter oibus
expediet tractabunt. id enim nos illis in mandatis
dabimus. Bene valeat Illtas vra. Dat Crac
XXX Marcij. Anno domini 1533. Regni nri 27.

Sigismundus Primus Rex Polo^e
Georgio Duci Saxoniae

Illustris princeps et domine affinis noster char^me. Scripseramus pluries ad vram Ill^tem postulantes vt Generoso Georgio Conarski subdito nro, de quodam homine subdito suo, de certa summa pecunie quam pro bobus venditis illi tenetur, iusticiam ministraret. In qua rescripsit quide nobis Ill^tas vra: sed quoniam illius responsum cum querimonia subditi nri non congruit, necessarium fore duximus, vt ipse subditus noster ad Ill^tem vram proficisceretur, aut procuratorem mittat, qui totius iniurie et debiti rationem Ill^ti vre exponat. Quare Ill^tem vram rogamus, vt cu isthuc ad illam is ipse subditus nr venerit, vel procuratorem miserit, et audire illum conquerentem, et ministrare ei iusticiam velit. Nam tot querelis eius fatigati, sustinere non possumus: quin illi hoc quod propter non administrata iusticiam de iure conceditur, admittamus. Factura id Ill^tas vra pro bono mutuo pacis subditorum nostrorum, et pro nra veteri inter nos coniunctione. quod nos pari vicissim gratificatione, referre vre Ill^ti curabimus. Quam esse felicissima et recte incolumem ex ani^o optam. Cracovie prima aprilis 1533. Regni nri 27

In eandem sententiam scripsit rex ad Henricum ducem Saxonie pro eodem Georgio Conarski: vt ei iusticiam faceret de duobus subditis quorum alter Dresdam. alter Friburgum incolunt. pro bobus eis venditis: qui precium partum eid Conarski no soluerat.

Sigismundus primus Rex Poloniae Wratislauiensibus

Famati grate nobis dilecti. Questus est nobis iterum generosus Georgius Conarski: quod ab homine illo quem vos Carcere tentum ad literas Ill. Domini Ducis Saxoniae liberum fecistis, pecuniam pro bobus ei venditis, sibi debitam consequi non posset, Cui iniuriae, cum vos liberatione et dimissione debitoris sui occasionem dedisse censeamini: vos hortamur, vt apud Ill. Do. Ducem agatis, vt de liberato per vos homine, subdito nostro iustitiam ministrare velit. ne non consecuta iustitia, et contra vestros et contra domini Ducis subditos, idem subditus noster quidpiam quod non placeret vel moliri vel facere cogatur. Facturi pro suo erga iustitiam officio. et pro communi vicinitatis tranquillitate.

Idem Rex Wratislauienb[us]

Accepimus literas vestras quibus partim de negotio generosi Georgij Conarski nobis respondetis, partim de Nobili Martino Gydzielski, quem Mercatores vestros graui damno affecisse questi estis, a predatione cohibendo, nobis supplicatis. Nos quod attinet ad Georgium Conarski excusationem vestram admittimus, cum ita vt scribitis causa iudiciale terminata est, de cuius ratione tunc cum ad vos scripsimus, aliter fuit nobis declaratum. De Martino vero Gydzielski reperire non possumus quid agi nunc contra illum possit, cum ex decreto tam Serenissimi domini Ferdinandi Romanorum Hungariae et Bohemiae regis, quam nostrorum commissariorum qui non ita

pridem non longe a Glogonia minorem convenerant, publica illi et ceteris diffidatoribus fides quem salvum conductum vocant data sit. Utrumque tamen est: curabimus nos ut differentie que inter eumipsum Gydelskij et Berka et Misszko subditos Ser.mi Dni regis Ferdinandi breui componantur, damnaque hinc inde illata mutuo sarciantur. quo incole et subditi nri rones ex oi parte tuti, et a depredationibus deinceps liberi utrinque esse possint.
Ceterum in Theloneo exigendo tametsi nos non dubitamus nros exactores a prescripto et instructione nra non discedere, mandabimus illis tamen denuo, ut Thelonei nri talem custodiam habeant, ne et nobis depereat quidq: ex novis mercatoru inventis: quibus Thelonea nra plerumque frandare consueuert. Et mercatores ipsi damnis et incomoditatibus eiusmodi de quibus questi estis non afficiantur. Dat Cracouie die secunda Junij. Anno Dni M.D.XXXiij. Regni nri 27

Sigismundus Rex Polonie
Wratislauiensibus.

Declaravit nobis Melcher Sachtman civis nr Gdanensis q a vobis in iudicium editis vris vocaditis ppter negotium quodda matrimonialis Contractus trahatur. De quo negotio in iudicio competenti, apud Rev.m do. Archiepm nrm Gnesnen est absolutq et cum parte etiam transegit. que res si ita habet, ut ipse retulit non posset nobis nisi molesta esse. quare vos hortam ut subdito nro, in iure vro ad quod non pertinet negotium no farcestatis, neque illum ad parendum iuri vro ad cuiuscunque actoris instantiam astringatis. Nos enim vti dominus eius, omnibusque de se querenti iustitia administrare parati sumus. Facturi pro offo vro. et pro ea que inter vos et regni nostri incolas dudum servata est, bona vicinitate. Dat

Statibus et ordinibus Moravie,
Sigismundus primus Rex Polo[nie]

Reveren[dissi]m[e] in Chr[ist]o pater: Spectabiles et Mag[nifi]ci, sincere nobis di-
lecti. pervenit ad aures n[ost]ras q[uod] Mag[nifi]cus Joannes Sopp
de Fulstein subditus Ser[enissi]mi do[mini] Ferdinandi Ro[manorum] Ung[arie] et Bo-
hemie regis, constituerit in animo decretum n[ost]r[u]m, quod, cu[m]
adhuc Ducatui Opaviensi presideremus, inter Mag[nifi]cos Jo-
annem et Venceslaum Belowski fratres de Fulstein, et
inter Herbortum et Ogirzs de Fulstin, ac Wladimirum
patruos et gentiles de consilio Procerum et Consiliariorum
Curie n[ost]re tulimus, impugnare et illi se opponere. Qua in re
cum advertamus et dignitatem et autoritatem n[ost]ram ledi
posse, postulamus a V[est]ris D. ut pro sua equitate et prudentia
provideant, ne predictum decretum n[ost]r[u]m, quod iam pridem ma-
tura deliberatione n[ost]ra nos fecisse meminimus, et presentibus te-
stificamur, ad cuiusuis hominis instantiam vel conatus, in-
fringatur seu abrogetur. Tanti enim nos in hac re dignitate[m]
et existimationem nostram facimus, ut si de integritate D[omination]um
V[est]rarum satis non confideremus, oratorem seu Nuncium nostru[m]
pro tuendo in Judicio D. V[est]rarum decreto n[ost]ro, mittere nichil
moraremur. quem etiam mittere parati erimus, si id vel
D. V[est]ris necessarium videbi[tur], vel res ipsa postulabit. Facture
in hoc D. V[est]re rem se et Ser[enissi]mo rege suo digna[m], nobisq[ue] plur[imum]
gratam. Que bene valeant et sint felices. Crac[ovie] 17 May 1533.

Inquisicio contra Latrocinia

Sigismundus primus Rex Polo[niae]

Vniversis & singulis Dignitariis. officialibus. et Nobilibus in Capitaneatu Cracoviensi vbilibet constitutis. sincere nobis dilectis: gratiam nostram. Fideles nostri, sincere nobis dilecti. Cognovimus ex querelis quorundam Nobilium, multa Latrocinia, invasiones que et depredationes domorum tam Nobilium quam etiam aliorum hominum per Milites et Rusticos ex Vngaria erumpentes, vestris hominibus permixtos, sub pretextu et occasione presentis belli Vngarici committi. quod facinus, vti perniciosum et indignum, ita nullo modo est nobis ferendum. Et proinde nos eam audaciam et licentiam eorundem rusticorum cohibere volentes, Commisimus Magnificis et generosis. Otto de Choders Cracoviensi. Nicolao Lanczkoronski Sandomiriensi Palatinis. Stanislao Tassyczki Iudici. [...] Maczik subiudici. Crac[oviensi]. et Achatio Iordano de Zakliczin Thesaurario Sandomiriensi, vnius. duorum aut trium absentia non obstante, vt de eisdem rusticis, predonibus. et domorum invasoribus diligenter inquirant per inquisitionem que vulgo Rok dicitur. et damnificatis spoliatisque per illos iustitiam debitam ministrent. omnes que illos qui ex eis de tanto excessu convicti fuerint, merita et condigna animadversione puniant. Quare mandamus vobis severe precipientes et ita omnino habere volentes, vt postquam per predictos Commissarios nostros vocati fueritis, coram illis compareatis, et subditos etiam vestros coram eisdem statuatis. quo commodius ipsi Commissarii nostri et censuram de illis facere et facti veritatem deprehendere. illos que qui culpabiles essent atque etiam qui se propter conscientiam delicti absentaverint facilius pervestigare et punire possint. Volumus autem

et mandamus ut vos Capitanei hoc mandatum nostrum per publicas proclamationes ad universorum Nobilium in locis quibus fuerit oportunum per publicas proclamationes deduci faciatis pro fide vestra et gratia nostra non aliter facturi Datum Cracoviæ feria secunda post festum Sancte Trinitatis Anno domini M.D.XXXiij. Regni vero nostri 27.

Sigismundus primus Rex Poloniæ

Andreæ de Tanczin Comiti Castell^o Cracovien
Otto de Chodecz Palatino Cracoviensi
Nicolao Lanczkorunski Palat^o Sandomiricn
Nicolao Tasziczki Judici Cracoviensi:
Maszik subiudici Cracoviensi.
Achatio Jordan de Zaklicim Theloneatori Sandomiriensi

Mag^ci et generosi sincere nobis dilecti. Delatum est ad nos per quosdam Nobiles et officiales nostros quod sub hac occasione et prætextu belli ungarici, multa furta et homicidia, ac domorum Nobilium et aliorum subditorum nostrorum invasiones, a nonnullis militibus et rusticis Ungaris, subditis ac rusticis ipsorum Nobilium nostrorum commixtis, in terra Cracovien et districtibus eius Sandecen et Biecen committerentur. ita quod ipsi Nobiles. et plerique alii homines nostri, qui aliquibus facultatibus rei suæ familiaris præditi esse noscuntur, non sunt in domibus suis securi. Quare nos eorum securitati et quieti prospicere, et audaciam dictorum invasorum et prædonum cohibere. et ~~prædonum~~ debita animadversione puniri volentes, committimus vobis tenore præsentium mandantes, ut habita inter vos mutua intelligentia, simul in aliquo loco oportuno convenientes quam primum comode poteritis. res enim hec, moram longam non patitur. vocatis quoque ad se successive terrarum prædictarum Nobilibus, in quorum ditione et possessionibus prædicti rustici, insultus et prædonicam exercentes

esse feruntur seu suspirantur: ut coram vobis suos subditos
statuant, et cum illis compareant, de ipsis eorum subditis
qui nam videlicet ex eis ex ipsorum predonum et invasorum nu:
mero essent: diligenter inquiratis, et censuram debitam que
Rugk vulgo dr de ipsis faciatis: et qui pervestigati, et suffici:
entibus testimonijs et delationibus convicti fuerint, illos debita
animadversione pront iusticia et ius violate publice securitatis
et pacis postulaverit puniatis. et alia que ad conservandam
communem pacem expedire videbuntur, autoritate nostra qua vobis
fungi volumus in hac parte faciatis et decernatis. Unius, duorum
aut trium vestrum absencia non obstante. Pro officio vestro commissorio
gratia per nostra non aliter facturi. Datum Cracovie feria secunda
proxima post festum Sancte Trinitatis. 1533. Regni nostri 27.

Sigismundus primus Rex Poloc

Mathie de Drzewicza Archiepo Gnesn. Primati.
Ioanni de Latalice Episcopo Posnaniensi.
Luce de Gorca Castello Posn. Capito maioris poloc
Andree de Gorca eius filio Castello Calissiensi
Stanislao Misskowski Castello et Capito Medzirecen

Rdi in Chro patres et Magci sincere nobis dilecti. Accepimus lras vras quibus consulitis et suadetis nobis. vt de Myssko et Berta Predonibus aliqua racione prouideamus ne sub absencia a regno nra, licenter in subditos nros grassari, in finibus qz regni aliquid turbarum seu contentionis excitare possint. Qua in re tametsi nos sponte nra attenti et diligentes semper fuerimus, neqz vllam occasionem subditos nros a predictis grassatoribus protegendi et liberandi quantum in nobis fuit pretermiserimus: officium tamen vrm quod in dandis nobis et regno nro vtilibus consiliis prebetis: est nobis gratum et acceptum. Ac vt vobis, et ceteris subditis nris, in prospicienda securitate satisfaciamus, misimus Nunctium nrm ad Sermum dnm. Ferdinandum Romanorum. Vngarie et Bohemie regem, postulatum, vt sua Mtas ad concm subditorum nrorum pacem ac quietem serio intendere: atqz Illustri dno Carolo Duci Minsterbergensi, et generali vtriusqz Slesie Capito. aliisqz Consiliariis suis committere velit. vt simul cum nris Comissariis quos illuc denuo designare et mittere volumus autorte Mtis sue et nra interposita, de differentiis inter nros et illius subditos exortis transigant. partibusqz vtrinqz mandent vt quo

sibi equa et iusta videbuntur suscipiant. Quod cum M^tas sua sicut confidimus faciet, proculdubio tranquillitati et quieti subditorum nrorum satis ita consuletur.
Nam quod de servandis contra predones in finibus istic ex publica pecunia militibus scribitis, factu integrum nobis non videtur, partim q in similes milites anno superiore non parva pecunia est impensa: qui ubi militauerint, quid com:modi regno et reipub attulerint, adhuc ignoramus: partim etiam q id quod in vniuersum contribuetur, nominatim ad defensionem tantum terrarum Russie in Conuentu generali est designatum, et idipsum pro illa necessitate non sit suffecturum.
Ceterum quod scribitis vt Consiliarios nros ad limites inter regnum et Marchiam, ac Pomeraniam faciendos sumptibus prouideamus: respondere aliquid certi in presens vobis non possumus. Adhuc enim nescimus an ex prouentibus publicis tantum colligi poterit, vt ex illis sumptus huiusmodi priuati suppeditari queant. Bene valeant. S. V. R. Cracouie Die 9^a Junij. Anno dni 1533. Regni vero nri 27

Sigismundus primus Rex Polonie

Magco et generoso Petro kmite de Wissnicze Castello Sandomiriensi, Marsalco regni nri: ac Cracouiensi generali, Scepusiensi. Premislien. et Colensi Capitaneo. et Severino Bonner Castello Zarnouiensi, Zuppario. Burgrabio. et Magno procurato nro Cracouiensi. Biecensi Zatoriensi. et Osswiecimensi Capito: sincere nobis dilectis gratiam regiam Magce et generose sincere nobis dilecti. Cum conspiciamus Ciuitatem Cracouiensem inter alias omes ciuitates Maioris et Minoris Polonie precipuam et primariam esse, illam qz in pleris qz locis eius, et fere plateis omnibus sic negligenter ac fede prouideri et gubernari, vt nedum nos, verum etiam hospites. sordibus in ipsis plateis collectis quarum magno ~~vis~~ prima et vltima quaqz noctis vigilia ex fenestris funditur, plurimum offendantur: experimentis qz edocti mundiciem ciuitatum et fluminum, cum ad aeris sinceritatem non inficiendam, tum ~~maxime~~ ad hominum salubritatem maxime conducibilem esse: committendum vobis duximus, et committimus per presentes, vt capta temporis oportunitate, vna convenientes: accersitis qz ad se Famatis Proconsule et Consulibus Ciuitatis nre Cracouiensis presidentibus et antiquis, vnacum illis Aquarum defluuia in plateis que Rinstoki vulgo nuncupantur ad purgationes vias reddendas aptata: preterea sentinas et lintres communes que ex fluuiis Platearum aquas et sordes demissas, alio extra Ciuitatem diffundunt: insuper Canalia seu Aqueductus

et fluvium Rodawa, intra et extra ipsam Civitatem Crac.
et presertim in illis locis ubi idem fluvius sordibus la:
trinarum: Cerdonum. et aliorum hominum viciatur et in:
ficitur, et ad Canalia nra sub Arce Cracoviensi sita sic
immundus influit: diligenter collustretis: et horum omnium
predictorum situm, defectus et vicia, debite consideretis.
qualiterque ea ipsa vicia et immundicie tam platearum quam
prefati fluvii Rodawa prohiberi, quibus ve locis et
modis commodius abduci: et quibus etiam locis sentine
ipse et lintres aptius collocari subtus fluvium Rudawa
qua ve racione astrui debeant dispiciatis. et id quod vobis
in premissis expedire. et necessarium fore videbitur ad usus,
opportunitatem et communem commoditatem que private pre:
ferri debet: auctoritate nra constituatis, ac omni cura et
diligencia absolui, et ad debitum robur ac effectum de:
duci a Consulibus et civibus Cracoviensibus precipiatis.
pro prudencia et instituto vestro gratiam que nra. Datum
in Radom feria secunda proxima intra octavas Corporis
Christi. 1533. Regni nri 27.

Commissio propria
S. Regiae Mtis.

Andreas Cricius Eps Ploceñ
Bone regine polonie

Sacra Reginalis Mtas et dña dña mea clementma. humilẽ mei commendationem. Ex multorum lris intellexi dominum Petrum Opalenizki oratorem Mtum vrarum pacem cum Turco egregie confecisse. vnde summam cepi consolationem. Hanc enim vnam super omnia pro virili mea semper et hic et in Vngaria inculcaui. quam si olim Serenmus Ludouicus Rex amplexus fuisset, non fidens eorum promissis qui nuc pacem ipsam indigne mendicant: etiam num viueret: et hanc funestissimam tragediam in vicinia non spectaremus. Iam itaqz Mtes vre possunt in aurem vtramqz dormire, et nos omnes sub alis Mtum vestrarum. Restat solum domesticus ordo reficiendus. quod etiam est sume necessarium, interea dum regia Mtas princeps sanctissimus et felicissimus gratia Dei viget et valet. Non dubito vero, q vre Sacre Mtes pro sua benignitate et prudeñª dignam rationem habiture sint tam vtilis seruicii ipsius dñi. Oratoris, vt alii ad similia prestanda sint alacriores. quod vt facere dignetur ego pro mea paruitate humilr supplico. osculorqz manus vre Mtis. Poltowie 21 Aprilis. M D. XXXiij.

Cricius eps Regi Sigismundo

Etsi vrã Sacra Mtas iuste et clementer gerere se dignetur erga oes subditos suos in causis ipsorum, quia me tamen hic Nobilis rogat vt eius nescio quam causam comendarem vre. S. Mti. humiliter illi supplico, vt ei benignam aurem prebere, et iustas eius preces admittere dignetur, vti Princeps clementissimus. cui me et humillima mea seruicia etiam atqz etiam humiliter comendo. Poltowie XXV. Aprilis 1533.

Andreas Cricius Eps Plocen
Petro Tomiczki Epo Craccouien
et R. Pol. Vicecancellario

Rme in Chro pr et dne, benefactor colenme. Mirandula Capellanus Mtis regie, decreuit se iam Dei seruicio totum mancipare: et hic vnamecum eius diuinam benignitatem pro salute illius Mtis, tum etiam vre Rme Dnis precari. quare commendo ex corde vre Rme Dni hoc eius institutum, et supplico, dignetur illum suo benigno patrocinio adiuuare, vt et clementem a Mte regia absolutionem, et pro suo seruicio consolationem aliquam vel ad minus expectationem alicuius hic Sacerdotii regii obtinere possit. tametsi haud scio an vllum hic sit beneficium regium, quod suum non habeat expectantem. Id totum situm sit in gra vre Rme Dnis. Cui me vnice comendo. Ex Poltowsko. XXV. aprilis. 1533.

Stor. Eps Plocen

Cricius Eps Tomicio Epo

Rme in Chro pr et domine. benefactor colenme. Iste meus Canonicus pluries me rogauit vt negocium eius D. vre Rme comendarem. que tametsi iuste et benigne gerere se consueuit erga omnes citra vllius comendationem. obsecro tamen illam, vt in postulatis eius, que iusta et honesta fuerint, sentiat meam quoque comendationem sibi non obfuisse. Et comendo me etc.

Cricius Eps Plocen
Tomicio Vicecancello

Rme: etc. Presbiter iste Stanislaus de Kiernosia Artium

liberalium Baccalareus: Domini Adami Kiernoski Castellani Gostinensis, mei non vulgaris amici. et vestre Reverendissime Dominationis boni servitoris subditus, eidemque familiariter devinctus, educatus olim apud bonum illum virum Concionatorem Germanum Cracoviensem apud S. Mariam, moribus et virtute eundem ipse referens, initiatus est Sacris ad provisionem Consulum Cracovien: quam vestra Reverendissima Dominatio autoritate sua approbare est dignata. Quiquidem Consules habent in manibus quo illi provideri possit, cum non pauca beneficia conferant. sed impedimento sunt Expectative magnis intercessionibus extorte. quarum cum posterior ratio haberi deberet, quam provisionum: favores tamen magnorum fautorum pervincunt, ut Expectativarum prima habeatur: provisionis vero illius qui nullius adiuvatur intercessione, nullus sit respectus. Itaque ad benignitatem et patrocinium vestre Reverendissime Dominationis confugit, satis superque sibi esse confidens, si solus vestre Reverendissime Dominationis favor et patrocinium sibi non desit. Quam et ego oro, ut eum autoritate sua tuendum et promovendum, quo ad aliquam conditionem se dignam pervenire possit suscipere dignetur. Faciet vestra Reverendissima Dominatio rem sua excelsa virtute dignam. quam et ipse Presbiter orationibus suis, et ego unacum domino Castellano Gostinensi eius patrono, omnibus quibus poterimus obsequiis demereri curabimus. Comendo me gratie vestre Reverendissime Dominationis. Ex Plotzko XII May. 1533.

Cricius Tomicio

Dominus Lasozki bonus amicus meus implicatus difficultatibus, ut et alii plerique Economie terris Masovien. non vulgari que si ita res habet ut michi narravit iniuria et violentia affectus, mittit istuc ad regiam maiestatem. comendo horipsum eius urgorum Dominationi vestre Reverendissime et rogo illam plurimum, ut quod in rebus iustis et honestis facere convenit. patrocinio ex suo non deesse dignetur. quod et ipse dominus Lassoczky et ego cum illo demereri curabimus. Ex plotzko 17 May 1533.

Cricius Eps Bone regina

Sacra Regialis Mtas
mea domina clementmo

Humillimam mei comendationem. Monasterium arcis Plocensis redigitur in Nichilum. dotatio est insignis, monarchi tantum sex. et ex hys alii rapti, alii cesi, alii fugam meditantur, cultusque diuinus quem antecessores Mtum vrarum illic fundarunt versus est in abominationem Dei. Ego debitum meum exequar. modo non impediar hic et Rome. De hiis dicet latius vre S. Mti Carolus Antonius Italus verum opus est vt Mtes vre cogitent de ipsius Monasterii Methamorphosi aliqua, collapso iam penitus ordine et cultu diuino, propter quem est fundatum. nec mea sententia restaurari potest. sed et bona illius in dies magis destruuntur.
Ex Poltowsko iij Aprilis 1533

Andreas Cricius Eps Plocen
Petro Tomicio Epo Crac. vicecancell

Hesterno die accepi simul ternas lras vre Rme Dnis, inter quas hee que relationes Monachorum Plocen continebant, tanta me admiratione de tam impudentibus comentis affecerunt, vt prorsus quid et vre Rme Dni et Mti regie responderem nesciam. Verum rogaui Dominum Misstowski Archidiacom vre Rme Dnis vt virissim ille ostenderet iam non meum, pudet enim ea de hiis neniis scribere, sed Capituli mei in hoc negocio testimonium id si adhuc parum visum fuerit adversus tantam Abbatis fidem, mittam testimonia Inquisicionis tam in Monasterio quam in bonis facte que vbi vra Rma Do videret, non dubito quin viscera eius comouerentur, cognitis tantis sceleribus atque depredationibus hominum patratis: necnon contumeliis que michi illate sunt, et inferuntur quottidie. supplico que Rme Dnj vre

vt saltem vnius actus Capitularis notam, quam ipse d[o]s Misskowski ostendet, perlegere non grauetur. Cum autem me hec molestie Abbatiane paululum remiserint, et rescriba Erasmo Roterodano vt vra R[ma] D[o]. iubet, et Epitaphia Nepotis eius expendam, de meo q[ue] addam aliquid. Na nunc prorsus animum ad hec intendere non possum.

Febris terciana R[me] D.[nis] vre, conterruisset me vehementer nisi succurrisset prouerbium Italicum, Qd ex terciana non sonat Campana. Vnde nit dubitaui illam non solum, non diu duraturam, sed et loco medicine illi hoc tempore futuram. quod ita successisse gaudeo plurimum. et precor Do. deum, vt vram R[mam]. D. seruet nobis et reip[ce] sospitem et incolumem. cuius gratie me ex corde commendo.
Ex Plogho die 18 Maij. M. D. XXXiij[o].

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Luce de gorca Castell posnanien: Capitaneo
Maioris polonie generali.

Mag^ce domine, domine et frater honoran^me. Mirum est profecto et non satis dignum quod nihil confici tot impendiis factis cum dominis Slesitis de iniuriis communium subditorum hactenus potuerit, sed cum hoc sit aprime necessarium ut de illis quandocumque transigatur, Mtas Regia cessare ab incepto suo non vult sed prout consuluit vra M^cia agere serio apud Serenissimum dominum Romanorum Regem decrevit ut tandem pro absolvendis his plenam presidentibus in Slesia suis facultatem faciat, quo cum dominis Commissariis suis possint de omnibus finem facere. Officia et dignitates iam sunt distribute omnes ita ut ex Sceda pntibus inclusa cognoscet vra M. preter Sigillum, quod cum non fuit in preterito Generali Conventu datum, dari nisi in alio generali Conventu non poterit.

Nova optata sunt heri allata que ut plene cognita fiant M^cie vre exemplum literarum domini Opalienski illi cum presentibus mitto et me illius amori benevolencieque fraterne commendo Quam foelicissimam et recte incolumem cum suis omnibus semper esse ex animo opto. Datum Cracovie die sexta Aprilis Anno domini M^o. D^o. XXXiii^o

f. de parte Turcica ad Regem [illegible]

Petrus Tomicius Eps Vicecancell
Alberto Duci Prussie

Illme Princeps et domine etc. Ut volebat Illma Dnatio vra et Commissionum literas et ipsos Commissarios imutari apud Mtem Regiam dominum meum clementissimu obtinui, quas cum presentibus Illme D. vre mitto, quod vero in Comissionibus predictis additi sunt nonnulli de quibus Illma Do. vra mencionem ad me non fecerat, factu est iussu Mtis Regie que pro more veteri expedire putavit ut pmi Consiliarii limitibus qui inter Dominia statuuntur interessent, de reliquis autem rebus quas huc ad Mtem Regiam Illma Do. vra scripsit ex literis sue Mtis omnia cognoscet que et ego pro meo officio perscripsissem si per egritudinem qua ex insperato correptus sum mihi licuisset Commendo me et officia mea obsequentissima Illme Dni vre Quam foelicissimam esse et in multos annos recte sanam et incolumem ex animo opto Dat Cracovie die XXii^a Aprilis Anno domini Mo Do XXXiii^o.

Sigismundus Rex Pol
Gdanensibus

F Amati fideles dilecti. Accepimus literas v̄ras, quibus primum de receptis vobis per confoederatos v̄ros Cives Lubicen cum frumento apud Oppidum Hela Nauibus, ac de facto per eos Holandinis bello, scribitis, petitisq͡z à nobis opem et cōsilium, quo freti, et Naues receptas recuperare et Nauigacionem tutam ac liberam habere possitis. Nos miramur de vobis q͡p de bello isto quod impossibile est quin antea fulmen presciueratis cerciores nos hucusq͡z non feceritis cum enim hoc ipsu bellum fieri nequeat sine damno et iactura vniuersorum subditorum n̄rorum, bene potueratis perpendere q͡p expediebat nobis de illo iampridem cognoscere. Miramur et de Lubecen qui non solum Holandinis hoc bellum forte paru consulto susceptum mouerint, sed eciam alios confoederatos suos lacessere in animum suum induxerint. Non dubitamus autem Caesaream M^tem non defuturam esse Holandinis suis subditis, sed neq͡z nos vobis deerimus, siquidem Lubicen ipi hostilitatem suam contra vos q͡z presefer̄re perrexerint. nunc vero de receptis vobis cum frumento Nauibus non intelligimus quod aliud consilium dare vobis debeamus q͡z vt vos pro hiis foederibus que vobis cum illis intercedunt expectatis ab eis vt à bello desistant, et de iniuriis suis vel iure coram Judice Holandinorum competente agant, vel per viam concordie cum eis transigant. Magnam enī multorum malorum lernam trahit secum sp̄ bellum, quod quisq͡z prudens quoad fieri potest vitare solet et debet. Expetatis preterea ab ipsis Lubecen Naues predictas cum frumento contra q͡z phas est, receptas

ad quos scribimus et nos q3, mittimusq3 vobis cum presenti:
bus literas per quas cohortamur eos, et Navium vobis res:
tituendarum et Sarciendi damni à vobis in hoc perpessi, vtq3
inita vobiscum foedera firmiter ac illibate obseruent et nil
hostile aduersum vos tentare aut preseferre audeant. Pre:
terea vero declaramus illis nos vobis auxilio nrō pro de:
bito nrō non esse defuturos, prout hoc ipsum ex earundē
literarum nostrarum exemplo, quod vobis nunc q3 mitti
mandauimus copiosius intelligere poteritis Vos quoq3 qu
vrā multum referat vt nauigatio q3 hoc bello iam
videtis impeditam libere esse possit, interponatis operā
et consilium vrm̄ quo hec procella belli sedaretur Nos
vero quicquid consilii nostri vobis prestare in hoc pote:
rimus id libenter faciemus dummodo vos significetis no:
bis quid demum facere nos in ea re expediat. Quod deni:
de scribitis de Axisa istis annis necessario diminuta,
forte officiales nostri ex hoc arguunt negligenter illam exi:
gi quod moderno tempore minor summa illius Thesauro nrō
infertur q3 antea inferebatur: Nos vero cum presertim edo:
cti nunc sumus à vobis de causa propter quam diminui illā
oporteat, non dubitamus vos diligenter ac fideliter exigen:
de illi intendere et excusationem vrā quam affertis in eā
partem suscipimus verum tamen hortamur vos, superinte:
datis pro vrō officio vt id totum pecuniē quod de Axisa
ipsa isthic prouenerit ad fiscum nrm̄ tandem proueniat, et
nihil eius in partem subducatur, id quod fidei ac diligē:
ciē vrē committimus.

De Theloneo in Masouia per nos à bobus, Cera et Cutibus
que ex Russia ac Podolia proueniunt instituto, dicte sūt
hic iam satis copiose Mgrō Jacobo nuncio vrō, causē, qui:
bus nos adducti, hoc ipsum theloneum ibi instituerimus

fecimus namq3 id propter devitandas fraudes que in Thelo:
neis nris novis, in finibus Regni solui solitis committeba:
tur, atq3 ita in aliam sentenciam saluis commodis et prove:
tibus nris concedere nullo pacto possumus. Jam quod me:
ministis in literis vris quarundam literarum generalium
quas nos Civibus nris Varschovien et aliis dare debue:
rimus, per quas relaxate sint cauciones soluendorum The:
loneorum à mercibus per vos prestite. Nos eiusmodi lite:
ras illis nunq3 dedimus satis namq3 Thelonatores nri
à nobis instructi sunt, quo pacto Thelonea nra exigere
debeant quibus inter alia id precipuum in mandatis
dedimus vt nihil preter solitum et debitum à quopiam
exigant, in quo mandato nro observando ipsi procul du:
bio officium suum prestare student. Itaq3 literas rela:
xacionis prefatarum à Civibus vris caucionum dari à
nobis non expedit.

De vsu pascuorum per Lanios vros in Districtibus Gneuen et
Slumen ad certos annos, vt scribitis conductorum, scribi:
mus ad Generosum Stanislaum Costka Thesaurarium
terrarum istarum et Castri nri Mariemburgen vt illos
ab eis ipsis pascuis ad condictum tempus non dimoueat
literasq3 de hoc nras mitti vobis iussimus cum presen:
tibus. Datum Cracoviae XXviij^a Aprilis Anno
domini M° D XXXiij Regni
nri XXiij

Sigismundus primus Rex Polonie Lubucensibus.

F Amati grate nobis dilecti, declaratum est nobis, quod non ita multo ante tempore, iussu et opera vestra Ciuium nostrorum Gdanen. septem Naues mercibus onuste vi et manu armata sint in Mari prehense et recepte cuius violenti spolii tametsi nesciamus quam causam vos dature sitis. arbitramur tamen nihil eiusmodi racionis vel cause subesse posse, qua hoc factum violentum vestrum excusare possetis, presertim cum de Gdanensium aduersus vos promeritis nihil vnquam ad nos illorum dominum retuleritis Quare cum hec iniuria non tantum incomodo subditos nostros afficiat, quantum dignitatem et anthoritatem nostram Regiam plurimum offendat, decreuimus apud Caesaream Maiestatem suo tempore vobiscum super hac audacia vestra expostulare, Interim tamen vos hortamur vt Naues cum Mercibus receptas Gdanensibus Ciuibus nostris integre restituatis et nauigationem illis per mare quod liberum omnibus debet esse, non impedietis, nec impedire audeatis cum id nequaquam à vobis ferre poterimus vt illos aperte sine causa spoliare et incommodo atque damno afficere debeatis Datum Cracouie Maij Anno domini M°. D. XXXiij°
Regni nostri anno XXvij°

Sigismundus primus Rex Polonie Clementi Pape septimo.

Sanctissime et Beatissime Pr et domine domine clementissime post humilem mei regniqz et Dominiorum meorum comendacionem et oscula pedum beatorum. Decessit non pridem Rxdus dominus Nicolaus Epus Medmicen in Ducatu meo Lithuanie, ad cuius Epatum sufficiendum putaui Rxndum dominum Georgium Epum Kyowien, quem offero et presento vre Sanctitati persuasum habens eum cum illi Eccle, tum eciam reipublice conducibilem futurum. Supplico enixe vre Sanctitati dignetur eundem dominum Georgium ad Epatum ipsum Medmicen promouere et transferre, et Sacerdocia omnia que habet pariter illi reseruare, propter exiles prouentus ipsius Epatus et Statum talem qualem locus ille requirit commodius et decentius sustinendum, comittereqz velit vra Sanctitas ne in annatis et expedicionibus plus equo emungantur, satis enim superqz grauitatis et impensarum ferunt subditi mei in continuis bellis que gero cum infidelibus. faciet vra Sanctitas rem sua erga me benignitate dignam et mihi longe gratissimam. Quam illi vicissim volo perpetua mea obseruancia et deuocione refferre et demereri. foelicissime valeat vra Sanctitas, et me ac Regnum ac Dominia mea, resqz omnes et negocia mea sua clemencia et fauore complecti dignetur. Cui me etiam atqz etiam qz diligentissime commendo Dat

Sigismundus primus Rex Poloniae Antonio Car[li] Pistorien. Protectori

Rme in Chro Pater, et domine, amice char[me] ac honoran[de]. Vacat in praesens Epatus Mednicen. in Ducatu nro Lithuaniae. ad quem promotum iri cupientes Rndum dominum Georgium Epum Kiiovien. nobis sua virtute et meritis acceptum commendamus cum Sanctissimo domino nro. Vras ciam Rmam. D. ex animo rogamus, agere velit apud eius Sanctitatem quo ipsum dominum Epm Kiiovien. ad eius Epatum qui vacat, provehere, transferre, et confirmare dignetur. Reservatis tamen ei omnibus Sacerdociis quae habet, sine quibus Epatum Mednicen. ut exilem et in finibus Lutheranorum situm, cum dignitate debita sustinere nō posset. Referemus hanc operam vrā Rme. D[m]. omni officio et gratifficatione nrā quacumque poterimus. Cui nos et negocia nrā commendamus et cupimus ut foelicissime valeat Datum Cracoviae die octava Aprilis Anno domini M°. D°. XXXiij°
Regni nostri anno vigesimo septimo

Sigismundus primus Rex Poloniae Clementi septimo Maximo pontifici

Sanctis^me ac beatissime Pater et domine, domine clementissime. Sublato ex humanis Rndo olim domino Nicolao Visgal Epo Medmicen, commendaui et nominaui ad eius Epatum vrae Sanctitati per alias meas literas Rndum dominum Georgium Epm Kiiovien virum virtute et meritis nobis gratum ad eius vero Epatum Kiiovien qui situs est in extremis finibus mei Ducatus Lithuaniae et confiniis Thartarorum et Moscorum proindeque lacer et deuastatus offero et puto vrae Sanctitati Venerabilem Secretarium meum virum dignum et idoneum. Supplicoque illi, dignetur ipsum ad eundem Epatum Kiiovien prouehere ac promouere cum reseruatione tamen suorum sacerdotiorum quae nunc habet, sine quibus nullo pacto sustinere hanc dignitatem posset, dignetur que Santas vra de sua benignitate et habita ratione tam exilis et penitus destructi Epatus facere illi expeditionem gratuito per breue cuius vigore consecrationis munus et Epatus possessionem accipere posset ac vt dispensaretur cum illo vt et alia Sacerdocia quae illi successiue conferentur in posterum obtinere cum ipso Epatu possit. exigit enim locus ille miserrimus et semper predis et excursionibus expositus, vt qui illic agere deberet, possit sibi commode de victu et vita prouidere, faciet vra Sanctitas rem iuxta piam ac mihi gratissimam Quam Christus dominus pro incolumitate rei Christianae et optatis meis, seruet diutissime sanam, sospitem et foelicem, et cui me iterum et mea omnia vti Patri clementissimo ex corde commendo Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Antonio Cardinali pistorien. protectori

Rx

Rme in Chro Pr Te. Commendauimus Sanctissimo domino
nro ad Epatum Medniceñ in Magno Ducatu nro Lituanie
vacantem, Rndum dominum Georgium Epm Kiioniẽn,
ad Kyjonien vero Venerabilem Venceslaum Secreta:
rium nrm virum probum et rei Ecclesiastice ac Regno
et Dominiis meis conducibilem, et Supplicauimus eius Santi
vt quoniam alter horum Epatuum hereticis Luteranis et
Scismaticis alter Scysmaticis et infidelibus vicinus est, vt
illmis Sanctitas ipsos presentatos meos qz celerius confirmare
ac prouehere ac Sacerdocia que obtinent, illis reseruare
dignaretur, vram eciam Rmam D. plurimum rogamus
vt hiis meis postulatis solitum patrocinium apud illmis San:
ctitatem impendere velit, et diligenter agere, vt illmis San:
ctitas Venerabilem Venceslaum Secretarium nrm non
solum sufficere ad Ecclesiam Kiioniẽn, sed eciam Sacerdo:
cia ipsius que pauca admodum obtinet, queqz obtinere in fu:
turum possit vna sibi ad vitam reseruare dignetur, Siquidem
adeo tenues et attriti sunt prouentus eiusdem Epatus Kiio:
nien per continuam illic infidelium incursionem vt absqz
illis nec onera Epalia cum debita dignitate sustinere, nec
ipsi Ecclesie cum sua ac Ducatus mei Lituanie honestate
preesse possit, nec eciam in aliquo sinistro casu qui locis illis
Sp impendet, haberet quo se conferret. Rogamus item vram
Rmam D. facere velit operam suam apud sanctissimum dum
nrm vt illmis Sanctitas, habita racione desolacionis ipsius
Epatus Kiioniẽn gram suam huic nouo Electo facere et

83

expedicionem illi gratuito per breue concedere velit Cuius vigore munus consecrationis et possessionem Epatus accipere valeat Speramus quod Vra Rma . Do. pro sua erga nos beneuolencia et affectu operam in ea re talem qualem cupimus et speramus impendet. Quam illi vicissim pari beneuolencia et gratificatione, nra referemus Valeat foelicissime in longum euum Vra . Rma . Do. et Sanctissimo dno nos frequenter commendet Datum Cracouie die viij Aprilis Anno domini M.o D.o XXXiiij.o Regni vero nostri anno XXVij.o

Sigismundus primus Rex Polonie Clementi septimo. Pontifici Maximo

SAnctissime ac beatissime in Chro Pater et domine, domine clementissime. post humilem mei Regniqz et Dominiorum commendacionem et oscula pedum beatorum. Scripsi iam aliquocies et supplicaui diligentissime Vre Sanctitati, vt Priuilegium, quod in graciam meam ordinariis huius Regni, de liberis collationibus in ipsorum mensibus concessit, in his referere et clarius interpretari dignaretur, in quibus claudicare, et ansam rabulis et turbatoribus hominum adhuc Sacerdocia indignis modis aucupandi prebere videatur, nempe, vt reseruaciones, regressus, Coadiutorie, et alia id genus Sacerdociorum reciacula, non valerent tam in mensibus Vre Sanctitatis, quam eciam in mensibus ordinariorum, nisi quibus, meus, ordinarii qz et Capituli, quibus persone gentis mee cognitiores sunt, consensus accederet, indignum siquidem videtur, vt hec rei Ecclesiastice dehonestamenta, vnde potissimum hominum detestacio manat, precisa in mensibus ordinariorum, in mensibus vero Vre Sanctitatis vnicuiqz libera

esse deberent) supplicaui preterea Vre Sti vt Sacerdocia in Kielcen et Visliccn Collegiatis Ecclesiis asscribere dignaretur Iure patronatus perpetuo duobus Economis seu Capitaneis Rndi domini Epi Cracoviensis pro tempore existentibus, qd expediret non solum huic Sedi, que in loco tocius regni mei principe sita est, sed eciam omnibus aliis Sedibus Pontificalibus habere seculares Officiales talibus Priuilegiis dotatos, quibus et amicis suis viris dignis commodare possent, et ipsi rebus Ecclesiasticis cum ipsis amicis suis essent deuinctiores, has et alias eiusmodi meas preces non priuate mee alicuius rei causa, sed certa pro bono rei Ecclesiastice racione, tociens factas alias cum magna difficultate et impendio impetratas, alias neqz dum a Vra Sante susceptas et concessas, mirarer vehementer planeqz desperare de Vre Stis cura et animo in reficiendo bono Statu Ecclesiastico, et abusibus, qui omnibus offendiculo sunt, resecandis, nisi alias exploratam haberem virtutem et prudenciam singularemqz erga me beniuolenciam Vre Santis vnde potius interpretor meas istas preces vel non perlatas omnes ad Vram Sanctitatem vel inter alias summas illius occupaciones excidisse proinde repetendas illas denuo non dubitaui, supplicoqz Vre Sanctitati eciam atqz eciam, vt ipsas meas preces que merito apud illam magis impetrabiles esse debent, que magis est rei Ecclesiastice benegerende obnoxia tandem admittere et illis annuere dignaretur, neqz rogo, Vra Sanctitas paciatur me amplius hec supplicando repetere presertim tam exigua, tamqz insta et honesta ne fauorem et animum Vre Sanctitatis non solum in me sed eciam in rem Ecclesiasticam remissiorem arbitrari cogar Commendo me rursus regnumqz et Dominia mea in graciam Vre Santis Quam dominus deus seruet semper sospitem et foelicem Dat Crac vi Maij. Mo. Do. XXXiii Regni mei anno XXvij

Sigismundo primo regi Polonie
Cardinali protectori.

RME in Chro Pater etc. Miramur vehementer, quod cum iam antea scripseremus aliquociens Sanctissimo domino nro, magnopere Sti sue supplicantes de Privilegio ordinariis regni nri concesso, in commodiorem formam redigendo et ita reformando, vt nulla peruersa interpretacione labefactari possit, hactenus tamen preces nre non iuste solum, sed eciam necessarie, et rei Ecclesiastice valde vtiles, effectum non sint sortite, presertim cum non priuatam rem nostram agamus, nam hic nobis nihil seritur, neque metitur, sed rei Ecclesiastice, eiusque tranquillitati in regno nro cuperemus ex animo quam optime esse consultum, maxime quod videamus eam ob hoc passim male audire, et ad grauissimas perturbaciones deuenisse quod hominibus indignis per artes indignissimas ad Ecclesiasticas dignitates aditus pateat, bonis viris, qui illarum Arcium ignari sunt, exclusis, nam vt nunc sunt mores et ingenia hominum, per regressus istos Coadiutorias, et alias id genus techna, non solum illaqueant et vexant Sacerdocia, sed inuris quibusdam inuentis nonnulli veluti successionem hereditariam in eis sibi parant et struunt, neque alia quam hec commodior via est perueniendi hominibus indignis ad capessendas functiones Ecclesiasticas que cum in mensibus ordinariorum sit preclusa magna cum vtilitate et honestate Ecclesiastica, minime nobis dignum videretur, vt in mensibus Pontificiis, cui inprimis Ecclesie dignitas cure esse debet, in eumque fere solum inclinata recidit, patere debeat, proinde nos rebus istis obuiantes supplicauimus

uimus iam alias, et nunc qz suplicationem nram repetendam duximus Sanctissimo domino nro, vt Priuilegium istud ita emēdare, et commoda interpretacione in locis necessariis sua Santas illustrare dignaretur, vt iam in posterum ab Innersorum interpretacione sit exemptum, vtqz nullo dehinc fucco, nulla arte inuentoqz eciam si forte aliqua in illo contineantur que in supplicatione originali non videantur esse expressa deprauari possit, abrogatis regressibus et coadiutoriis ac reseruacionibus quibusuis tam in mensibus Pontificiis qz ordinariorum, que nro ordinarii et Capituli consensu non essent approbate.

) Scribimus item Sanctitati sue petentes ab illa, vt dignitates ac Canonicatus et prebendas apud Ecclesias Collegiatas videlicet Kielcen et Vislicien duobus Æconomis seu Capitaneis pro tempore existentibus Rndi Pris domini Epi Cracouien perpetuo Iurepatronatus ascribere dignaretur, existimātes et rem esse impetrabilem, et ex vsu rei Ecclesiastice, vt huiusmodi Priuilegiis et donacionibus homines seculares Ecclesie deuinctiores reddantur, quod cum omnibus aliis Cathedralibus Ecclesiis, tum huic Sedi principe in loco regni nri site, multum expedire censemus. Itaqz rogamus plurimum Rmam D. vram, vt apud eius Sanctitatem preces nostras sententia nra iustissimas opera sua adiuuare dignetur, quo tandem a sua Sanctitate benigne illis annuatur. foelicissime valeat Rma. Do. vra et nos, quod facit, diligat, habeatqz commendatos. Dat Cracouie via Maij Anno domini Mo. Do. XXXiijo

SIgismundus primus Rex Pol Hyppolito Cardinali.

1

RME Dne Etsi nulla inter nos noticia, vel amicicie officia hactenus intercesserint, tamen cum audiamus de Rma Dne Vra bona omnia predicari, multisqz illam ob egregias eius do: tes ab omnibus commendari, animum induximus vltro illam ad amiciciam nostram inuitandam, sperantes Rme D. Vra ami: ciciam nostram ingratam futuram, nobisqz vicissim in amore responsuram. nam quod ad nos attinet, curabimus vt omnibus in rebus, amicis officiis et benemeritis ei placeamus. quod, cum aliqua idonea occasio data fuerit, re ipsa pocius qz verbis decla: rabimus. Coeterum scripsimus et supplicauimus Sanctissimo domino nro diligentissime vt Priuilegium ordinariis Regni mei concessum, de libera in mensibus eorum collacione, ita Stas sua reficere et interpretari in locis vbi claudicaret, dignaretur, vt rabulis et Ecclesiastice tranquillitatis turbatoribus omnis ansa illud inuertendi, et Sacerdocia indignis modis aucupa: di in posterum sit adempta, et vt regressus, Coadiutorie, re: seruaciones et alia id genus inuenta, quibus beneficia irretiri solent, tam in mensibus Stis sue, qz ordinariorum, nihil va: lerent nisi quibus noster, Epi, et Capituli, consensus acce: deret, maxime enim e re Ecclesiastica esse censemus omnem viam indignis precludi intercipiendorum Sacerdociorum, quod non alia racione moderna Ecclesie pestis magis orbem contur: bat, ea vero fenestra qua indigni homines sese ad Ecclesias ingerunt, cum in mensibus Ordinariorum sit preclusa, haud quaqz dignum videretur, vt in mensibus Pontificis Summi Ecclesie Dei Principis patere debeat. Supplicauimus preterea

eius S^{ti} vt dignitates Canonicatus et prebendas Ecclesiarum Collegiatarum Kielcen et Visticen perpetuo Iurepatronatus ascribere dignaretur duobus Æconomis seu Capitaneis Rdi domini Epi Cracouien, quam rem tanto facilius impetrabilē credidimus, quanto magis expedit non huic solum Sedi que Principem in Regno nro locum obtinet, sed aliis omnibus Ecclesiis Cathedralibus homines seculares huiusmodi Priuilegiis esse dotatos, quo et amicis suis viris bonis et idoneis commodare possint, et ipsi vna cum ipsis amicis suis rei Ecclesiastice eam ob rem reddantur obstrictiores. Atq3 hec cum non priuatē rei nrē causa, sed studio commoditatis et tranquillitatis Ecclesiastice à Sanctitate sua petamus, miramur vehementer, quam ob rem ea in re eius Sanctitatē non perinde, vti sperabamus, facilem experimur, tametsi de Sanctitatis sue erga nos animo multis aliis argumentis nobis compertissimo nihil aduersi suspicari possumus. Proinde rogamus plurimum Rmam. D. vram vt pro sua qua apud Sanctitatem suam multum valet gracia, nrās istas preces eius Sanctitati comendatas efficere, et quo tandē illis annuat, authoritate sua adiuuare dignetur. Quod illam pro virtute sua speramus facturam, ostensuramq3 q3 et amicitiam nrām, nostramq3 hanc primam peticionem acceptam habeat. Cui nos ex animo commendamus Rogamusq3 vt nos mutuo diligat valeatq3 foelicissime Dat Crac vi^a Maij Anno domini M°. D°. xxxiij°

Sigismundus primus Rex Polonie Clementi septimo pontifici Maximo.

Sanctissime etc. Supplicaui antea Santi vre pro Rndo Patre domino Hieronimo Episcopo Vigorniensi Camere Sanctitatis vre auditore, non priuata aliqua affectione, sed amore virtutis eius et celebri fama adductus, et quod intelligebam Sanctitati vre hominem gratum esse et benemeritum. Nunc vero quia dignitas illius valde mihi est cordi iterum commendatum Santi vre efficere volui, oroque vt quem ego, quem alii omnes, ordine Cardinalicio dignum arbitrantur vra Sanctitas, cui preterea addictus est et meritus, illum hoc honore non dedignaretur quod Sanctitatem vram pro sua prudencia, et solita erga me benignitate facturam non dubito. Cuius gracie me Regnumque et Dominia mea eciam atque eciam commendo. cupiens vt sit diutissime sospes incolumis et foelix. Dat. 3 VII

Sigismundus Rex Poloe Cardinali protectori

RME etc. Quamuis iam antea commendauimus Sanctissimo dno nro Rndum patrem dominum Hieronimum Episcopum Vigorniensem Camere Sanctitatis sue auditorem, supplicantes vt eum sua Sanctitas Sacro Cardinalium numero ascribere dignaretur nec dubitamus quin preces nre locum et pondus apud Sanctitatem suam sint habiture, vt qui hominem optimum, et comuni omnium commendacione hoc honore dignissimum, eundemque Sanctitati sue benemeritum ei commendauerimus, tamen et nunc iterum apud Sanctitatem suam vt vel inde intelligat dignitatem viri illius.

nobis cure esse supplicacionem nr̃am repetimus, non ducti pri:
uato aliquo affectu qui nobis fortasse imponere posset, sed cō:
stanti fama hominēs, quam sibi vir ille egregiam apud om:
nes comparauit, permoti, persuasum habentes illum et Sacro
vr̃o ordini, et nobis amicis suis dedecori non futurum, cuiq̃
Rm̃e. D. vr̃ae ex animo commendamus, et rogamus plu:
rimum, vt hanc ipsam supplicacionem nr̃am patrocinio et
suffragiis suis apud ipsum Sanctissimum dominū nr̃m
adiuuare dignetur. Deuinciet sibi perpetuo Rm̃a. Dō.
vr̃a virum, vti persuasum habemus optimum, et nos q̃ ma:
gno beniuolencie nexu obstringet Que valeat foelicissime
Dat

SIgismundus Primus Rex Polonie Georgio Marchioni Brandeburgensi Opoliensi et Ratiborien Duci.

Ill: Princeps et domine Nepos charme. Ab immemorabili et
multo retroacto tempore soluitur Sancte Sedi Apostolice in
Regno nr̃o et tota prouincia Gnesnen denarius Sancti Petri
ab omnibus bona quadam racione sic cognominatus, Quod exi:
guum et piūm tributum in Ducatu quoq̃ Opolien colligi sine
vlla controuersia ab antiquo consueuerat. At nunc quando
Illtas vr̃a possessionem eiusdem Ducatus adepta est, et quando
nos à Summo Pontifice in subsidium extruendorum et repa:
randorum in finibus infidelium Castrorum denarium predi:
ctum à Sede Apostolica impetrauimus, homines presertim vero
Nobiles prestacioni huic contrauenirunt, ab illiusq̃ solucione lō:
go vsu approbata subditos suos vi eripere contendunt, prohi:
bentes sub interminacione grauium poenarum Parochis et
Plebanis suis, ne illos pro eo ipso denario Sancti Petri monere

aut illum ab eis exigere audeant Quequidem res cum et mali sit exempli et plurimum a religione Chriana et nra etiam et Illtis vre necessitudine abhorreat postulamus ab eadem Illte vra vt que maiores nri. nobis pro Iure et debito quodam, proqz officio reliquerunt, ea abrogare et ab vsu atqz obser:uacione Christifidelium tollere non permittat, quin potius pro boni et Chriani Principis officio mandare velit vt ab omni:bus integre sicuti solitum est, denarius predictus extradatur et vt illum Parrochi ex vsu veteri citra vllum impedimen:tum et probibicionem dominorum et patronorum suorum exi:gere possint, in quo rem nobis gratam et sua professione no:mineqz dignam faciet Illtas vra hominibusqz pietate Chris:tiana deuinctis non vulgariter factum suum commendabit bene valeat Illtas vra et sit semper foelix Datum Craco:uie xij Maij Anno domini M° . D° . XXXiij°
Regni nostri anno XXvii°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Ioanni Dantisco Epo Culmensi .

Rme in Chro Pr et domine frater et amice honorandme.
Gaudeo plurimum consumatam esse iam ad plenum in D. vra Rma diuinam promissionem et gratulor illi quod tra:ctacioni diuinorum manus admouerit, Et gras ago quod post Reges, mei eciam, in commemoracione sua, ad deum non sit oblita .
Domini Czema Castellani Gedanen negocio cum tractabitur adero libenter quantum iusticia et equitas paciétur, et tanto id libentius quanto illi in rebus omnibus gratifficari soleo et vt D. vre desiderio et commendationi satisffaciam

In negocio Oppidanorum Graudnicen qui contra D. vram excesserunt, mandata Regia dedi ad Conuentum istarum terrarum proxime futurum vt istic de hoc cognoscatur et noxii pena debita puniantur.

Magnopere sum consolatus q de successione in Episcopatum Varmien inter D. vram Rmam et illius amicos condiciones proponuntur spes enim bona est vbi condicionibus agitur rem esse pro voto successuram, in quo negocio et tractando et contractu certo transigendo et confirmando D. vra Rma primum sibi non desit postea eciam ego que reliqua erunt cum Mte Regia conficere curabo.

Lazarus blasphemus si penitet, venia dignus videtur, sin minus D. vre Rme id arbitrio submitto, vt illum adhuc in carcere teneat quoad resipiscat et redeat ad penitenciam, adhuc me domi contineo, valeo tamen deo sit gra melius solito, Commendo me beniuolencie et amori fraterno vre Rme Dnis Quam foelicissimam esse atq semper incolumem ex animo opto. Dat Cracouie die va Maij Anno Mo Do XXXiiijo

IOANNES Episcopus Viennensis.
Sigismundo primo regi Polonie.

S. D. Licet sane potentissime Rex paulo remotius à
Germanie tractu Regia vrã Celsitudo absit, tamen in:
terea nulla penitus ratione fieri potest, quin quecumqꝫ
inibi aut gerantur, aut eueniant, cum literis tum nun:
cijs multorum, subinde certior reddatur, hec quum ita
habeant iam inde in eiusmodi persuasionem adducor, vt faci:
le credam Regiam celsitudinem vrãm eciam libros meos
quos abhinc annis non paucis, partim in infinitarum Sectarum
deploratissimi nri saeculi confusionem, partim in fidei nrae
orthodoxe assertionem aedidi: lectitasse. aut si ne id qd,
at saltim de titulis audiuisse. Porro quum ipse inter cete:
ros errores, etiam hunc multo impijssimum, quo pleriqꝫ Sa:
crosanctum Eucharistie Sacramentum è medio tollere
moliuntur. paulatim instar callidissimi illius serpentis ir:
repere animaduerterem inde hoc quicquid operis extitit,
non sine labore scribere, non item citra sudorem praedi:
care, ac tandem quod foelix faustumqꝫ sit Christiano orbi
in publicum dare institui, inscriptum vero ac dedicatum
Regie Celsitudinis vrae filio vnigenito Sigismundo Au:
gusto, heredi, nemo est profecto omnium, qui non recte iuxta
ac sapienter factum esse hodie clamittet. Siquidem solus
ille ex omnibus (quorum nomina teneo) Principibus, Du:
cibus, Regibusqꝫ vere Christianissimi Regis Titulum pro
hac aetate vsurpare debebit, audireqꝫ condigne meretur,
vtpote qui ab ineunte aetate selectissimis sub praeceptoribus
hactenus militans, non nisi ea imbiberit, que simul et ani:
ma

mam beent, animum perpoliant, ingenium excolant, vni:
uerse demiqz vite curriculum ex innocentissimis moribus,
ceu pulcherimo Coronide imposito exornent, suisqz numeris
egregie absoluant, Quantum itaqz ad pietatem attinet, quod
illi plane nihil desit, nolui tamen et ego sponte currenti cal:
caria subdere, vt qui semel iter sit recte ingressus, nunqz
non caute ambulet in via domini, nec aliquando sinistror:
sum aberret, Quare à Regia vrã Mte, si quid vnqz hoc
certe impetratum iri cupiam, vt hunc animum meū, sicuti
est vere candidus: pro sua ingenerata clemencia ac bo:
nitate, gratiose amplecti, ac in sinu (quod aiunt) inti:
mo constanter fouere dignetur, ita fiet, vt in posterum
modo innam, illis ipsis tum plura, tum potiora sim in me:
dium forsan daturus. Et quanqz Epatus mei fortunas
impressio Thurcorum vsqz adeo attenuatas, vel rectius
deploratas effecerit, vt ægre tantillum supersit, vnde
me meosqz amanuenses Scriptores alere queam Nichi:
lominus tamen, quòd erat facultatis mee, cum vidua
illa Euangelica, non potui non duo æra minuta in Ga:
zophilatium Polonie mittere, vnde si non ærario aliqd
accrescat, at certe ingenia legentium, cognitione scriptu:
rarum consequuta cumulatissime locupletabuntur. His
me vrã Regie Serenitati, et eiusdem optime spei filio
humilime comendo. Quem vtrunqz deus optimus Max.
q3dmitissime sospitet atqz conseruet Dat Vienne Au:
strie 18 Aprilis Anno à nato Chrõ M.° D. XXXiij°

Ioannes Episcopus Viennen
Petro Tomicio Epo Craccouiensi
& Regni Polo[e] Vicecancell[o]

SAlutem et omne gratificandi studium Rme in Chro Pr domine, domine obseruanme. In mediis horum temporum tumultibus, quibus hæresum Coryphæi sacra prophanis, coelumqz terræ, pro sua desultoria, non tam leuitate, qz temeritate commiscuerunt, quos labores exantlarim, quas molestias deuorarim cuiusmodi inuidiam apud plerosqz mihi conflarim, quas vigilias obierim quoties rerum mearum iacturã perpessus sim, qz præsenti animo caput meum mille periclis obiecerim, in summa, dum nefarios eorum conatus infringo, qualem me herculem semper præstiterim, hominem qui ignoret, arbitror esse neminem. Siquidem palestram disputacionum nunqz detrectaui, Prædicando dei verbum dei, omni virium contencione incubui, libros scribendo, ædendoqz, veluti murum ahenenm pro Hierusalem fortissime me opposui. Et quum tanta diligencia his malis, huc usqz occursum sit tamen hodie non desunt quidam Philistei, qui non per rectũ ostium, sed aliunde in Sancta sanctorum surrepentes, hoc acuratè student, vt non modo Manna supercelestè, sed et totã Archam dei subuertant, ad quorum abominabilem impietatem, diutius conniuendum, indignum ego, imo consaientiæ meæ intollerabile ratus, opus præsens pro sacrosancta Eucharistia scripsi, ac multis de causis Sigismundo Augusto Regi Polonie tanqz Christianissimo Principi dedicaui. Quoniã verò et Rmam D. vraz in orthodoxam fidem pio zelo affectam, iampridem cognoui, Hinc est, quod eidem munus hoc chartaceum candidè et liberaliter impartire volui, hoc solũ

orans, quatenus istud aequi boniqz facere ac pro sua auctori:
tate, tum reuerencia, vndecunqz ornare velit. Ita fiet dijs
beneuolentibus vt propediem alia quae in praesenciarum par:
turio, reipublice Christiane aeque profutura sim publicatu:
rus. his me totum commendo Rme Pti vrae quam
bene valere precor Datum Vienne xviij Aprilis
Anno domini Mo Do XXXiiio

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Romanorum Vngarie Bohemie Regi Archiduci Austriae.

Serenissime Princeps et domine D. Nobilis et Strenuus Franciscus de Horn eques auratus, Aulicus noster, pertesus diuturne controuersie quam cum Conciuibus Norenbergen nomine suo habuit, vt se litibus exsoluere potuisset, compromisit simul cum ipsis Norembergen de tota lite et actione sua in Consulatum Ciuitatis Wratislauien illorumque sentenciae se et actionem suam submisit. Confidens illos ex Juris et equitatis racionibus negocium expensuros et diiudicaturos qui quoniam nunc lata contra illum et pro Norembergen sentencia videtur sibi contra equitatem et consilia sentenciasque magnorum Jurisperitorum quas ipse habet iudicium fecisse, vellet ipsos Jure de male iudicato in Judicio Maiestatis vestrae domini superioris conuenire quod vt facilius et maiori tam sua quam Ciuium Vratislauien commoditate facere queat Maiestatem vestram rogamus committere eius negocii et causae cognicionem et Judicium velit Illustri Principi domino Carolo Duci Monsterbergen et vtriusque Slesie Capitaneo generali, affini nostro charissimo, vt Illustritas sua vocatibus partibus quod iustum et aequum videbitur decernat et aulico nostro predicto ex Juris racionibus cum Vratislauien Maiestatis vestrae Serenissime subditis iusticiam ministret. Insuper rogamus vt Maiestas vestra literas suas ad Valerium Zuppinum qui Vratislauien scriba illo tempore cum hec causa tractabatur fuerat dare velit, mandareque illi vt istuc ad Maiestatem vestram veniat et illam de progressu cause Aulici nostri et simul de Vratislauien ipsorum Judicio certiorem

faciat tum enim ipsa M^tas v^ra cognoscere poterit quam equum et iustum decretum contra Aulicum m^rm pro Ciuibus Noremberge^n promulgauerint, quo rem nobis gratam, se dignam, et Aulico m^ro necessariam M^tas v^ra Ser^ma faciet, quam vicissim m^ra mutua gratificatione referre illi semper curabimus quod reliquum est Nos amori et beniuolencie fraterne M^tis v^re Ser^me commendamus illamq^z recte sanam et semper foelicissimam ex animo semper optamus Datum Cracouie die XXV^a Maij Anno domini M^o. D. XXXiij^o

Sigismundus primus Rex Pol. Ferdinando Romanor. Vng. Bohem. regi

S.M. Ser^me Princeps etc. Multocies et litteris et nunccijs apud v^ram Serenissimam intercessimus pro Nobili Venceslao proczek Aulico m^ro vt de hoc quod sibi in regno Bohemie deberi asserit et literis probat, iusticiam ei ministrari facere voluisset, qua in re cum per longum tempus nichil efficere intercessionem m^ram videremus, decreueramus quidem M^ti v^re negocium deinceps hanc ob rem non facere, verum cum nuper M^tas v^ra Ser^ma per Aulicum nostrum Nicolaum Nipczic ad nos scripserit prioribus scriptis m^ris respondens, quod velit dicti Venceslai Proczek Aulici m^ri negocium consiliarijs Iudicio Regni Bohemie presidentibus cognoscendum et deffiniendum committere, nos vt eius responsionis M^tis v^re grati esse agnoscamur pro illa ei agimus gracias et simul rogamus, vt quemadmodum M^tas v^ra litteris nobis significare voluit, facto eciam adimplere dignetur

gnetur ut predictus Aulicus me intelligat meam interces:
sionem apud Mtem Vram non fuisse vulgarem quo Mtas
Vra Serenissima rem nobis gratam faciet quam illi vicis:
sim mutuis gratifficandi officiis refferre curabimus comen:
damus amori et beneuolencie fraterne Mtis Vre Serme
et ex animo optamus ut deus omnipotens illam seruet sp
foelicissimam et in multos annos sanam et incolumem Datu
Cracouie die xxvi Maij Anno domini Mo. Do. xxxiiio
Regni nri xxvijo

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Luce de Gorca Castell. Posnanien Capito
Maioris Polonie generali.

MAgce domine, domine et frater honorandissime. Egi quod voluit Mgcia Vra diligenter apud Mtem Regiam ut Priuilegium conseruacionis ad vitam in possessione villarum regalium Sgierz et Ratarc illi concedere dignaretur, et ut predicto Priuilegio tam Mgcie Vre qz filio eius domino Castellano Calissien ita prouideretur, ne et aliis quibuscumqz hominibus et ipsi Mti Regie liceat Mgciam Vram et dominum Castellanum Calissien vita illarum durante de villis predictis eximere, et facile quidem hoc impetraui ut nulli Mgciam Vram et dominum Calissien eximere relinquatur potestas.

Sed quod ad solam Mtem Regiam attinet impetrare non potui, vult enim hoc sibi et successoribus suis liberum fore ut pro mensa sua redimi ville predicte et quelibet alia bona sua possint Quod cum ita sit Mgcia Vra me faciet cer:
ciorem an literas in hanc sentenciam concessas pro se et Mgco domino Calissien confici velit cum enim cognita erit mihi illius

voluntas et scribi et ad Mgciam vram transmitti literas ipsas curabo, adducor ego facile vt credam Mtem Regiam solam ad eximendas villas predictas animum non adiecturam cum multa alia bona sua oppignorata habeat ex quibus annui redditus multi proueniunt. hec enim si posset meo iudicio libentius redimeret, quam villas predictas que absque bonis aliis exiguum commodum Mti sue facere istic possent

Mtem suam a profectione quam ante festa Pentecostes in Lituaniam instituerat remoratus est dolor quidam pedis sinistri, qui vt subito et ex insperato Mti sue obtigit ita rursus speratur quod breui euanescere debeat, iam enim ex vniuerso pede ad vertebram inferiorem materia peccans defluxit et locum illum modice exulcerauit quam vlcerationem medici emplastris curant et solidant, et pollicentur Mtem suam mox post festa Pentecostes posse hinc sanam versus Lithuaniam discedere quod foelix sit et faustum Mti sue Commendo me amori et beniuolentie fraterne Mgcie vre Quam cum suis omnibus sanam saluam et semper foelicissimam esse ex animo opto Datum Cracouie die xxvij Maij Anno domini M°. D° xxxiij°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Hieronymo Auditori Cameræ Appostolicæ

Gratissime mihi fuerunt Rme. D. vræ literæ iiia Mensis Marcii datæ, ex eo potissimum quod per eas inter eius amicos me D. vram annumerasse cognoui. Quod autem Rdus Dns Stanislaus Basilice Sancti Petri de Vrbe penitenciarius meus frater amantissimus, ex sua humanitate Rme. D. vræ significauerit, libenti animo me Sermi istius Regis communis domini et Rme. Dnis vræ negocia amplecti, dum in hoc animum meum declarare conatus est, verum certe attestatum fuisse non abnego, sed si hoc ad opera refferre voluerit id eius benignitati tribuo qua voluit mihi Regie istius Mtis et Rme. D. vræ gratiam iam diu (ut ipse nouit) desideratam conciliare, quod vero D. vra Rma ab ista Serma Mte tum ad Caesaream Mtem et Rmum dominum Cardinalem de Medicis, tum ad Sanctissimum D. nrm in mei commendacionem literas impetrare dignata sit, et prefato domino Stanislao eius rei primo ut Rma D. vra attestatur promotori et D. vræ Rme quæ id ad effectum perduxit multum debere certe fateor et attestor, ut quantum propterea Regis istius Mti sim obnoxius ommittam, qui non ut pro amico aut seruo sed certe ut pro filio scripserit prout suæ Mtis literæ attestantur. Cum autem non paciatur paruitas mea ut non solum Regiæ Mti sed me eciam D. vræ Rme aut D. Stanislao valeam gras refferre statui saltem eas habere et agere eo animo et intencione ut de Coetero non solum inter ipsius Regiæ Mtis et Rme. D. vræ at

prefati domini Stanislai negocia sed eciam omnium Polonorum et mea discrimen aliquod modo aliquo non sui facturus immo ea pro vere meis omnino sui habiturus et tracta: turus. Quod vt ad effectum perducere valeam et D. Sta: nislaum hic coram et Mtem Regiam per organum D. vræ Rme et ipsa. D. v per has literas rogo, obsecro et obtestor vt occasionem mihi ad id dare dignetur eis significans quod beneficiorum in me collatorum numerum per maxime ex hoc auctum censebo/ bene et foeliciter valeat D. vrá Rma Quam et supplex exoro vt quod mihi pre absencia non licet ipsa dignetur facere Sacra: tissimas Sacræ Regie Mtis manus meo nomine osculari, ego autem omnipotentem deum rogo vt suam Mtem et D. vram Rmam nobis diu incolumem et foelicem seruet pro tocius Christiane reipublice com: modo et ornamento Ex Vrbe die xviij Maij Anno domini M° . D°. xxxiij

Cricius Tomicio.

RME in Chro Pater et domine benefactor colenme. Profe: cturus isthuc Cracouiam dominus Castellanus Ripinensis, rogauit me, vt eum cum quodam negocio suo, vræ R. D. commendarem. et si ita est vt narrauit, videtur mihi iustum, et non indignum patrocinio Rme. D. vræ, cui plu: rimum supplico, intercedere dignetur, vt apud Mtem Re: giam benignam expedicionem habere posset, et comendo me etiam atque etiam gracie vræ Rme Dnis Quam dominus deus seruet semper sospité letam et foelicem Ex Ploczka xxvi Maij Anno domini M° . D°. xxxiij

Sigismundus Rex Polonie
Ferdinando Roman. vngaꝛe regi

Exme Princeps et domine etc. Mittimus isthuc per pntem Aulicum nostrum ad Mtem vram Serenissimam adolescentem Nobilem filium Mgci Martini Mischkowski Castellani Vielunen et Consiliarii nri sincere nobis dilecti, quem Mti vre Serme commendamus et ab illa postulamus vt illum in numerum servitorum et Cubiculariorum suorum nra causa recipere et gracia sua complecti velit vt et Consiliarius predictus et filius eius cognoscant intercessionem apud Mtem vram non vulgarem fore Nos vero vicissim pari officio Mti vre in similibus respondere et satisfacere per omnem occasionem curabimus, commendamus nos amori et benevolencie frne Mtis vre Serme cui precamur omne bonum et optamus ex animo vt sit recte sana et semper foelicissima Datū Crac. prima Junij Anno domini M° D° XXXiij°

Sigismundus Rex Polonie
Regi Ferdinando.

Exme Princeps etc. Mittimus in presens ad Mtem vram Sermam Nobilem Vencesłaum Proczek Aulicum nrm cui nonnulla vt Mti vre nomine nro referat dedimus in mandatis quare Mtem vram Sermam rogamus vt in hiis que nomine nro dixerit fidem illi adhibere velit nihil enim dicturus est nisi quod de mente et expressa voluntate nra accepit, hoc enim quod in exaudiendo illo attencionis et benivolencie prestiterit nos vicissim Mti vre Serme pari

gratifficandi officio refferre arcabimus cuius amori et be:
neuolencie nos commendamus ex animoqz optamus vt illam
deus omnipotens sanam et foelicissimam in multa tempora
conseruet Datum Cracouie iiii^a Junij Anno domini
M^o D^o XXXiii^o Regni nri
Anno XXvii^o

Soleman Soltan Turcorum Imperator Sigismundo primo Regi Polonie

CVM gracia et auxilio excelsi et summi dei, et cum autho:
ritate et ductu Prophetarum, demqz cum adiumento Mach:
meth Mustaffa, et cum gracia quatuor Consiliariorum Pro:
phete mei Ebubeker, Omer, Ossman, Ali, quibus omni:
bus deus sit propicius, supra omnia tamen Sanctis suis
et Prophetis. Ego sum Imperator Imperatorum, et dator
Coronarum et Statuum Principibus per me super terra
constitutis, et amplius sum ego vmbra dei super terra et
dominus Albi Maris et Nigri, Grecie, Ethologie, Ca:
ramanie et prouincie Rum, Durgadir, et Dyarbek,
Jorgiane, Edinbaissan, Adziamia, Allepi, Damasci, Al:
chairi, Meche, Medie, et Hierusalem et relique tocius
Arabie, et prouincie Geme, et amplius omnium prouin:
ciarum à maioribus antecessoribusqz meis, quesitarum et
à me lucenti ense subiugatarum. Ego Sultan, Baiazit
filius, qui fuit Sultani SElimi filius, sum Suleyman Sach
Imperator. Tu qui inter Principes Christiane fidei maior es
Rex Polonie
Inpresens vr̃ dilectus et fidelis Or̃ quem huc ad excelsum mee
porte Solium misistis cui loco coeteri magnates et Pricipes

deserunt et vos qz hominem vrm et filius vr misistis Qui filius omnibus est Principibus Christianis fortunatior, quem vos in Regnum locum vrm suffecistis et eius causa egistis vt ad amiciciam quam cum excelsa porta nra longo tempore tenuistis, inter filios eciam nros descenden observandam et firmandam Capitula vobis inscripta daremus Quaobrem propter vos qui estis persona et multe experienciae et provecte aetatis et propter observatam longo tempore inter nos amiciciam et benevolenciam mutuam sunt preterito tempore fecimus retribuimus. Quod vero attinet ad filios et descenden quorum meministis, si ipsi filii erunt boni et sequentur vestigia patrum, eciam sibi ipsis bene consulent, Quod vero postulastis, vt inter nos et filium vrm presentem amicicia et benivolencia recipiatur ob amorem vrm sumus contenti hoc facere.

Preterea potentissimus Imperator Thartarorum ex nomine Sachepkiereikan qui in feliciissima Aula nra crevit, in miliciaqz et operacionibus nris asuevit, est hic nobis loco filii, ei diximus, vt cum contracta inter nos et vos sit amicicia, ipse etiam prestet se vobis amicum, necesse tamen erit, vt vos vicissim in amicicia ei respondeatis, et in hunc modum vos exhibeatis ne Thartari seu cognati qui predicto Imperatori non obediunt ab illo fugien receptum apud vos habeant Neqz auxilium quod apud vos pecierint obtineant. Quin eciam et advenien illos, a Regno vro arceatis et persequamini.

DE Chara Bogdano et Valachis, qui sunt servi et Tributarii nri si illorum aliquis ex timore provinciam et Domicilium deserat ad vosqz pro receptu confugiat vobis dicimus ne illos recipere nec ad vos admittere velitis, imo preciden illis eiusmodi spe

et occasionem asperum vos erga illos exhibebitis vt non habeat causam istiusmodi consilia amplectendi, Insuper si quis sua: dente Diabolo in animum sibi inducat aduersum nos ini: micitie agere ad vosq pro conducendis gentibus et compa: rando armoru apparatu, vel sollicitandis consiliis inimici: cias aduersum nos praeseferrentibus eam vos et similes emulos nros à Consiliis vris et omni eoru conatu prohi: bebitis, et haben charam amiciciam nram, eritis semper amicus amico et inimico inimicus. Quoniam ex parte nra amicicia erit semper custodita et obseruata per eum solu verumq deum, qui coelum et terram creauit et per anima patrum et antecessorum nrorum affirmamus q ex parte nra erit semper et firme obseruata amicicia, et bona pax Orator vr finita legacione sua cum nra licencia discessit

Soleiman Soltan Imperator Turchoru Sigismundus primo regi Polonie

...iski attulit ...as lras

Ja iesth Czessarz wielki wschitkim ludziem droga vkazu: aczi á vmnie iesth Kostrzenona Corona i Stolicz iego, pod niebem i naziemi iesthem czien bozi Bialego Morza Czarnego Morza Rumelskiei, Anatolskiei, Caramanskiei Rumskiei, Dulcadirskiei, Dyarbekierskiei, Kirdistan: skiei, Vahadirbadzianskiei, Adzamskiei, Schamskiey Habepskiei Missirskiei, Miekkierskiei Medznskei, Kos: thy, i wschistkiei Arabskiei y Niemieczkiei itich wschis: tkich ziem ktore mogi przotkowie wziali glodem y po: them mora wielka Schablia ogmistha iam wzial tich wschistkich ziem pan Sulthan iego sin Sultan Selina iego sin ia Sulthan Suleiman cham

Thi iestes Polskiei ziemie ithich ziemi ktore się ku polszcze tobie
poddali pan Nomesiiasowci wiecze starszi Crol Zigmunth
Oznaimuiemi vam iako niedawno przed thim poslaliszcie
do mogich wielkich dzrzwi posla swego zlistem y sprziaczielstkim
pozdrowieniem naktorem liszcie zadaliszcie abi miedzi
namij y miedzi wami przijasn i przimierze bilo, alie vi
wieczie dobrze zesmi mi dawno zwami przijasn zachowali
ktora przijasn i teraz tesch miecz i zachowac swami chczemi,
à poki zwaschei stroni ta przijasn niebądzie narussona,
od naschei stroni tesch narussona niebądzie i sta rzecza
wasszego pierwszkiego Posla i zlistem naschim do wazesmi bili
tak odprawili, isch iesli bisie wam listh nasch y pissanie
nasche o przimierzu i oprzijazni podobalo izbiscie wi tesch
them obijczaiem listh swoi okolo tei przijazni do nas poslalij
wiecz wi znamienithem panem sina wasszego ochmistrzem
panem Opalenskim poslaliszcie listh sktorim listem gdi
do nas przijachal i przithim liszcie niektore rzeczi dobrze
sprawial, mi thim wschisthkim rzeczam ktore miedzi
nami à miedzi wami on iednal dobrzesmi wrozumieli
bo tak iesth isch poki wij à mij bedziemi zijwij a zwaschei
stroni ta przijazn niebądzie poruschona isch ia na boga
wschechmogaczego ktori zziwich marthwe czini i ktori
zniczego swiath stworzil y na iego Vielmoznoscz przisiegami
i na naschego Proroka Machmetha Mustapha
ktori iesth dwu swiathu slonczie i na iego duscha i na iego
cztherech thowarzissow i naich dussa tesch przisiegami, thezesmi
listh nasch bili poslalij, okolo tego przimierza i przijazni
naschei, wktorim liszcie czo kolwie iesth znaschei i zwaschei
stroni napissano abiscie themu wierzili, aizbi znak
przijazni naschei iaki bil potrzeb iest abi Kupczi zobudwu
stron naschi i waschi dobrowolnie poziemiach naschich
i waschich iezdzili i swe rzeczi bespiecznie sprawowali

bes kazdego ich duschę i ciała obrażenia, aczo bilo nathimże liscie pierwei spomiono, izbi miedzi gimi takasch przijazn i przimierze bilo iesli Sinowie benda dobrzi, a beda oicow swich nasladowacz tak sie tesch miedzi soba bada zachowiwacz i dobrze miecz iako y mi mamy, a wschakze czo sie stanie abo iako sie bedzie wthich rzeczach gim potim wedlo to pan bog sam a nigd ynschi wiedziecz badzie alie iesli bada oyczow sluchacz nadzieia iest isch sia bada dobrze miecz iako y mi mamy, bo ta przijazn ktora iesth miedzi nami a miedzi wamy pokismi zivi nigdi sie nieporussi, a streczesmi waschego posla ktori iest pissarzem waschem wielkiem ziwego y zdrowego otprawili, oczim abisczie wi tak wiedzieli pissan po Machometowi smierczi Miesiacza Czerwcza liatha po Machomethowi smierczi dziewiathsethnego czteridziesthnego a pissan iest ten listh wmiescie Constantinopolim

Imbrahim Bassa Sigismundo regi Polonie

oriski attulit bas lras

Pan bog iesth wielki ktori zwielkosczi swoiei uczinil Proroka miedzi gimimi Prorokj starschim tak wibranim iako kamien drogi Zimroth miedzi ynimi kamieniami, ktorego zowia Machmeth Mustapha, iego czudem i tich czterech iego przijacielow ktore zowia Abubakier, Omer, Ossman, Ali ktorich dussam panie boze dawaj milosczi, y spomoczą wssitkich swiathich, Czessarz wielki boguthi y madri bialego Morza czarnego Morza &c

Jam iesth iego sluga ktoremu iest wschitko od niego poruczono i naderwschitkiemi iego slugami iestem pierwschi przelozoni

Imbraimbascha à wi iestescie Polskiei ziemie itich ziem kto sa
ku Polsze poddane Crol starschi miedzi wschitkiemi Chrzes:
czijanskiemi Crolmi w Mesijaschowei wierze nayimia Sigmunth
Crol M. znaschei strom klaniam sie waschei M.a i czolem
biemi. A potim naschim czolem biezim, bischie raczili wiedziec
isch nasch Czessarz iesth bogathi, ktorego pan bog uczinil
na swieczie wielkim, do ktorego wielkosczi possel od was
ochmistrz Opalenski bil poslan i listh wasch sprzijaznia i zdo:
brem slowem przimosl ktori possel od naschego tesch Czes:
sarza takiegosch listhu y przijazni zadal y prosil, a nasch
Czessarz na iego prozba iemu listh przimierza y przijazni
i wschisthich dobrich rzeczi napissac kazal, y do was ta
przezen poslal a isch w waschem lisczie napisano tesch bilo
do Czessarza naschego abi przimierze y przijazn nascha
tesch sia na Czessarza Przekopskiego Sabebkiereichan scia:
gala Czessarz aczkolwie na tego Czarza Przekopskiego iesth
Laskaw y ma go sobie za sina Alie ysch nadnim roskazo:
wania nie ma, bo on ma ossobna ziemia y panstwo w:
ktorim roskaznie niechczial tego wlisczie swogim napissac
ani sia zan obwiazacz bonw sie to niegodzilo, wschakze gdi
wie Przekopski Czarz isch miedzi wamy a miedzi Czessarze
naschem iesth przijazn y przimierze, niebadzie sia wam za: 1536
chowal, a mi tesch do niego othim listh napissemy, bo on na:
schego Czessarza dlia tego iesth sinem iz go na Czarstwie
posadzil, a isch Czessarz nasch niewatpi isch on z wamy da:
libog bedzie sia w przijazni zachowiwal, radbi widzial
abisczie wi tesch s nim sia w przijazni y wzgodzie zacho:
waly, wiaczei waschei M.a pissac niemozemy ieno. v. M.a
czolem biiemi

Petrus Opalenizki Castell. Landen. legatus
Sigismundo primo Regi Polonie.

POST multa pericula redeo tandem confectis ex gracia dei opti:
me rebus omnibus Vrae Mtis, quibus labore fide, operaque
omni quod meum fuit non defui.

Pax est inprimis inter Mtem vram, et Caesarem, ad tempora
vitae Caesaris, ad tempora vitae filii sui, futurique Caesaris
ad tempora vitae Vrae Mtis, ad tempora vitae filii vrae
Mtis, domini et Regis mei Serm̄i

In eam pacem adiunctus est Thartarorum Caesar Sadakierey
tanque Caesaris subditus, qui hic praesens existens, ad omnia
consensit.

In eam pacem Ducatus Baren., et omnia quecumque vrae Mtis
Dominia inclusa sunt vbicumque existencia.

Valachiae Palatino autem, tanque suo subdito, literis et nuncio
Caesar significauit, pacem inter se et vram Mtem. Man:
dauitque ne ille tanque subditus, contrauenire audeat paci
huic, atque vt caueat ne quid hostile deinceps per eum fiat
contra Poloniae Regnum sub colli et bonorum amissione
si secus egerit.

Apud Palatinum Multaniae eciam fui, cum quo per honestas
occasiones egi, et cum Consiliariis suis conclusi, quod deinceps
non solum non adesse debent Valacho, ita vt ipse se ia:
ctitat, sed Palatinus vrae Mti, atque eius filio Sermo
seruitoris et filii loco se futurum pollicetur. Domini autē
eius omni obsequio vrae Mti se non defuturos polliciti
sunt atque ad vram Mtem Orēs suos mittent quod hoc cō:
firment

Nunctiis, Mercatoribus, liber erit vbiqz per Dominia quecumqz transitus, Theloneis tamen vtrinqz saluis

Insuper Coesar in quacumqz vrae Mtis necessitate contra quē:cumqz hostem, omni ope adesse debebit vrae Mti Sex me, quod de facto iam Imbraimbasche, vt id fiat, vbi opus sit, comisit Coesar, hoc propter Valachos ex re mihi fieri visum est, effeciqz mox ꝙ nunctii illius id scirent, atqz propterea sibi caueant

Vicissim verò vrā Mtās, nulla ope, nulla assistencia, nullo prē:sidio erit obligata adesse Coesari, contra quemcunqz eius hostem. Hoc tantum expresso, ꝙ deinceps contra Coesarem vrā Mtās iuuare non debet illius hostes, nec secrete, nec publice, vel sub:ditis, vel milite, vel pecuniis suis, quòd hostile est penitus

De incursionibus Cosakorum Bialogrodensium, cum Thartaris simul, atqz de pascuis ouium in regno Mtis vrae, ne temere depascantur per Thurcos, iam Coesar lrās ad loca illa dari, et illuc Officialibus mitti iussit, ne id deinceps fiat, nisi ex composito et assensu subditorum vrae Mtis.

Literae vnē Arabicē, aliē Italicē sunt datē, quas ego videre nō potui, quia more veteri obsignatas mihi reddiderunt, Sed Bascha verbo pollicitus est, non aliter esse scriptas.

Iuramentum quòd ego preter morem, importune, et magisqz opor:tuit exegi, effeciqz vtiqz ꝙ lrē Iuramentum continentes secundū legem eorum, diu repugnante Coesare et Bassa datē sunt, verba enim ipsa Coesaris tanqz oracula, et iuramenti loco apud se re:putant.

Legationem etiam non coram Bassis, sed coram Coesare ipso egi. Coe:sarqz orio proprio, quòd nūqz fecit antea, mihi respondit ad

multa, et de Rege meo Ser^mo^ iuuene me interrogauit, et mul:
ta foelicissima V̄ris M^tibus precatus est

Iam diu me absoluisset Cesar, sed vbi intellexit ad se venire Ser^mi^ Ferdinandi Regis nuncium, de pace tractaturum, voluit omnino ne abirem, atq illi agenti ibi adessem.

Inter Caesarem Thurcorum et Ser^mum^ Ferdinandum iam fere conclusa sunt omnia, et arma vtrimq sublata.

Inter Caesarem Chrianum et Imperatorem Thurcorum, de pa:
ce eciam tentatum, nondum tamen conclusum, cuius illic est nunctius secretus / de Morea, Coron, Harlona reddenda au:
ditur.

Isti tractatus de pace fiunt per Oratorem Ser^mi^ Regis Ferdi:
nandi ad quos ego per Imbahimbassam, Caesare, ita volente male lubens vocatus sum tanq Or V̄rae M^tis^. hoc ipsum eciam de pace hac agens, atq aliquando illis dissidentibus turpiterq contendentibus, et Judicis, et interpretis sui loco Vassilo Thurcice, me Germanice rursus verba interpre:
tante.

Summus Pontifex presensit fortasse ista, in tempore sibi cauet, et rem suam apud Caesarem secreto curat.

Paulo ante eciam Ser^mi^ Regis Franciae Orator, cum Impera:
tore Thurcorum, iterum pacem antea factam, ad longissima tempora confirmauit.

De Lutheranis taceo, qui si apud Caesarem res Chrianas infici:
unt, non Catholice agunt, hec ad me non attinent.

Haec ego V̄rae M^ti^ scribo propterea, vt perpendere dignetur, quid spei forte sict, debellandi nunc Caesarem, ita dissidentibus Chris:
tianis, et omnibus rem suam apud eum agentibus. Nihil est

certe quod Vrae Mti iuste impingere possint, quae in faucibus ferme est hostium, si iam remoti, potentes, et Christianissimi Reges sibi atque suis cavent in tempore.

Haec et alia, quae scire mihi ex re videbantur, ego didici, maxime ex Venetorum, Florentinorum, Januensium, Suorum Oratoribus, cum quibus per secretos internuncios mihi fuit commercium. Qui omnes Vrae Mti optime esse cupiunt, atque de illa singularissime sunt persuasi, nihil illis est spei quod contra Thurcum aliquid nunc fieri possit, postquam ista occasio praetermissa est, nunc in Almania, vbi parva manu facile debellari potuit Caesar.

Caeterum Serme Rex. Scire Mtas vra dignetur, quod in Aula Caesaris certo rescivi, quod antequam ex Cracovia abiissem, iam Palatinus Valachiae praesenserat meam profectionem ad Thurcum, qui volens pacem istam impedire, ducentos equos ex Castris Transsiluaniae, quae illic habet, misit, qui me vel caperent, vel perderent in aliquo loco subdito Regi Ferdinando, vt sibi excusatio non defuisset apud Caesarem, caedem non in sua dicione esse factam, haec res et Caesari et Bassae cognita est.

In reditu, vbi apud dominum Palatinum Multaniae essem, hora tercia noctis, me secreto ad se vocavit, et in secreto mihi dixit vt mihi caverem, dixitque, quod Palatinus Valachiae misit ad eum ternas literas, et tres nunctios, multis modis persuadens, et rogans, vt me redeuntem ad vram Mtem, iuberet vel capere, vel ad se mittere, vel occidere, et res omnes auferre. promittens si id faceret se illi cum beniuolencia eam operam relaturum: Si enim ego (inquit) istum Oratorem habebo qui est Mgr Curiae, scit Regis secreta: et à Basscha scit, quid de te? et de me futurum est? omnia sciemus. et ego quando sciam regis secreta, et captiuos, et Tormenta bellica restituet rex, et ad concordiam facile perueniam. Voluit

autem vt hoc fieret in Montibus Braschouiensibus Transilua:
nie, Multanie, Valachie, Ceculie contiguis, hisqz admodum
durissimis transitu.

Postqz in Braschouiam veni, iam à Multanis liber factus domi:
nus Iudex et Praefectus Braschouien, cum dominis Consiliariis
mihi etiam secreto dixerunt. Ceculienses per Palatinum Vala:
chie instructos et ordinatos, vt me redeuntem ad vram
Mtem depredarentur, et ad se mitterent. vel si aliter esse nequit
saltem quocumqz modo me perderent. Promittens vnicuiqz
ex illis cuiuscumqz sit ordinis nominatam summam pecunie,
eamqz plurimam: si me vel viuum, vel mortuum illi afferrent.
Hec passim publica hic sunt omnibus. audio illum agere de
pace cum vra Mte, sed incepta ista eius, que audit, hostilitatem
non concordiam preseferunt. hactenus Serme Rex consului
securitati mee, atqz vre Mtis indignitati. Quid postea
erit mecum in dei est manibus.

Veni postea in Megessch, vbi reperi aliquot millia Valachorum
instructorum, ex Castris Petri Vainode per vias Montes om:
nes, qua mihi iter erat vt me caperent, atqz ad illum dedu:
cerent: Habet enim hic tria Castra optima Kikellewar, Czi:
czul et Balwam, et Bistriciam Ciuitatem, ex eis locis omnes
congessit contra me. Ego vbi vidi absentes esse et Palatinum
et Vicepalatinum terre, neqz esset qui tuto me conduceret,
mansi hic in Megesch fere in obsidione octo dies, itaqz minus
tuti et meos et Ciuitatem obseruabant et sibi et mihi consu:
lentes. Postea vero Mgcus dominus Emericbalasch. Capita:
neus Illmi domini gubernatoris et Mgcus dominus Michael
Kesserius Comes in Bolkowar olim condiscipulus meus
Bononien, accurrerunt numeroso equitatu, iuncti cum Megesche:
sibus, comitati sunt me vsqz ad Kelu cum quinqz centis eqs

Qui volentes parare sibi graciam vrē Mtis, neqʒ labori, neqʒ
impensis pepercerunt vt indignitati vrē Mtis et meo periculo
providerent. Et merito certe Sacra vrā Mtas gratia sua quo
illis non deesse dignabitur.

Interim aliud est, quod magis mihi terrori est, quoniam Palatinus
Sermus Rex Joannes, atqʒ eius Mtis Consiliarii, vbi intelle:
xerunt me cum Sermi Ferdinandi Regis Oratore apud Coe:
sarem vna fuisse, suspicantur me illuc missum vt res Regis
Joannis inficiam: et rebus Regis Ferdinandi nomine Mtis
vrē opitularer. Inde ego mihi ne aliquid id genus arte mihi
accidat, quod ego minime sum promeritus. Sed deus et iusticia
vrē Mtis me adiuvabunt.

Coetera Sacrē Mti vrē refferet Aulicus vrē Mtis dominus
Palatinides Radzicionien, non ignarus omnium. Supplico di:
gnetur Serma vrā Mtas tanqʒ clementissimus dominus eius
servicia humillima in gracia sua Regia commendata habere
Ego autem antiqua et inveterata iam servicia mea etiam co:
mendo Serme vrē Mti tanqʒ domino meo clementissimo. Que
et diu et foelix foelicissime valeat Dat in Celn XX Mar:
cii Anno domini Mº. Dº. XXXiijº

Petrus Opaleniczki Castell: Landen: legatus Sigismundo primo Regi Polonie

Ser^me Rex etc. Non dubito mirari V[est]ram Sacram M[aiesta]tem de tam longo et tardo meo ad se reditu, qui aliter esse nequit volente ita domino Palatino Valachie hoste V[estr]ae M[aiesta]tis ab octo enim fere septimanis, per Thurcorum Imperatorem ex Constantinopoli expeditus sum. Iamq[ue] diu Cracovie essem nisi me impedissent insidie maxime, quas mihi et eunti et redeunti Palatinus Valachie et in Moldavia, et in Ungaria, et in Transsilvania, per se, et per submissas personas solicitissime paraverat, et parant nunc maxime, ut me vel vivum, vel mortuum apud se habere possit.

Scire imprimis dignetur V[est]ra Sacra M[aies]tas, q[uod] Thurcorum Imperator et Imbrahimbascha certissimo edocti sunt, atq[ue] ego simul, q[uod] contra me euntem ad Caesarem Voievoda in certis locis ex castris suis, que in Transsilvania habet, aliquot centum equites instruxerat, ut me euntem vel caperent, vel occiderent, idq[ue] curarent maxime, ut me vivum ad se deducerent, volens hoc pacto negocia V[estr]ae M[aiesta]tis cum Caesare interrumpere: has insidias ego ex dei gratia commode nimis effugi, salvusq[ue] ad Constantinopolim veni.

Iterum in Constantinopoli denuo precaverunt me et certo retulerunt mihi iterum redeunti, et in Multania, et in Ungaria easdem et maiores insidias esse structas, maximeq[ue] in Montibus Thurcis Balcham Valachie contiguis, per quos me conduxerunt Thurci usq[ue] ad Nicopolim. Ex Nicopoli recta profectus sum ad Palatinum Multanie Wladinoievodam, cum quo multa negocia egi, quibus peractis, misit ad me postea

cupiens, vt mecum nocte conuenire possit, vel apud se, vel in hospi:
cio meo, ego me ad illum iterum obtuli, et ivi secrete tercia hora
noctis, significauerat mihi, quod rem secretam, et maximi momenti
mecum esset dicturus, veni sine candela ad stubam inueni
met secundum tantum sedentem cum Bulawa et Zabla cora
eo iacente cum duobus caniculis, Incepit dicere video vos esse
Regis Polonie Nunctium tractantem pacem comunem, et
hominem bonum, volo ad fidem vram secretum vobis dicere
quod nemo sciat: quia tangit vitam vram: postquam iam debeo
vinere in bona vicinitate, cum Rege vro, sicut volo, iam
volo incipere recte et fideliter me gerere erga illum, et prouide:
re vro periculo et Regis leuitati.

Palatinus Bogdan Valachie, misit ad me cum tercijs literis
tres nunctios, multis modis mihi persuadens, et me petens
vt ego vos per viam euntem meis subditis committerem per:
dere et occidere, offerens se mihi id omni amicicia referre, di:
cens, quod hoc mihi eciam esset necessarium, sicuti sibi, dicens
hoc posse esse ita secrete, quod nullus sciet quorsum venit. Dixitque
ego hoc vobis reuelo in secreto et confessione, in meo Dominio
estis tutus, sed alibi sitis de vra securitate sollicitus, qua
ego iuuabo vbi possum. Voluit vt perlegerem literas Va:
lachi, sed nesciui legere, quia fuerunt ruthenice. Ego dno
Palatino egi gras nomine vre Mtis: dixique eum hoc pro:
pterea persuasisse sue dominationi, vt quod ipse facere non
fuit ausus propter Cesarem, vt istum dominum Palatinum
in hoc periculum induceret, atque ad odium Cesaris, ad hos:
tilitatem Regie Mtis induceret, quam solus timet: et re:
liqua id genus de perfidia hominis presidio itaque Mgn domini
Woladinoieuode securus pertransiui Multamam vsque ad fi:
nes Hungarie

Veni postea in Transiluaniam vbi inueni Czakloss Valachos, et omnes subditos Palatini Moldauie ex Castris, que in Trã: siluania habet paratos et instructos et armatos esse per om: nes quascumqz vias, vbicuqz me diuertere deberem, vt me vel caperent, vel occiderent, et negocia vrã Mtis Regie impedirent, Quas ego insidias fugiendo, veni vsqz ad Me: gesch Ciuitatem, in qua vbi me ipse intellexit, aliquot millia hominum mox misit, vt me circumcirca Ciuitatem vbi nūc sum diligenter obseruarent, et mox vbi exirem vt me vel caperent vel occiderent. Insuper omnibus et suis et ali: enis subditis pollicitus est munera maxima quicuqz me vel viuum vel mortuum ad eum deferret, itaqz circumdatus istis hominibus sum hic in ista Ciuitate Megesch ab octo iam diebus per modum obsidionis quod nusqz tute egredi pos: sim et nec Ciues propter me, vellent quidem mihi liben: tissime adesse domini Megéeschenses sed non sufficiunt tot hominibus resistere quos instructos et paratos esse vident et maxime timent insidias eciam maiores ex parte Colossvar Sciunt enim per omnia loca istas insidias mihi esse paratas Ciues autem non modo mihi, sed et ipsismet timent in om: nem euentum, itaqz volui eam rem significare vrã Mti Sermę siue perueniant litere, siue non de quibus mihi scri: benti dubium est, si autem peruenient in manus vrã Mtis Sermę, humillime supplico. retinere apud se velit Nun: cios Palatini Moldauie quos istic audio, vsqz ad meum ad se reditum. Audio apud Sermum Regem Joannem alios eciam eius esse nuncios pro quibus agam eciam apud Suã Mtem vt retineantur quod si forte minus prospere mecum cederet, vt hic et illic mei in loco recompensa non desit vris Mtibus dabo tamen ego operam, ne quid ex dei grã et vrã Mte indignum accidit et vite mee periculo tute prouidere possit

De negociis que apud Thurcum egi in istis literis nihil audeo scribere que nescio si in manus Vrae Mtis vel Petri Voievode deuenient qui me et nuncios euntes obseruat. hoc tn Mti Vrae significare volui confectam esse pacem inter Thurcorum Imperatorem et Vram Mtem ad tempora vite Caesaris, ad tempora Mtis Vrae vita, ad tempora vite filii Vrae Mtis domini et Regis mei Serini. In eandem pacem Vrarum Mtum inclusus et adiunctus est Thartarorum Imperator qui presencialiter ad omnia consensit.

De pace inter Sermos Ferdinandum et Joannem Reges quid apud Thurcum factum sit si veniam aliquando ex me sciet Mtas Vra. fuit apud Caesarem Sermi Regis Ferdinandi Orator de pace tractans quibus aliquando tractantibus et turpiter contendentibus aliquando Oratoris, aliquando interpretis fui loco et Caesare et Bascha, ita volente valeat felicissime Vra Sacra Mtas et me seruicia commendata habeat Dat in Megesch XIIIIa Marcii Anno Mo. Do. XXXIIIIo

Reddite sunt per literas. Regie Mti Sabato ante Palmarum die va Aprilis eodem die nuncii Caesaris Thartarorum. Aslam Soltani, venientes ad Regem gras Regi egerunt nomine Aslami, q illum ex orda per Patruum pulsum, in suis Dominiis habitare permisit, q illum victu et amictu et eius Comites prouidit, q nudum illum vestiuit, esurientem pauit, et q illum in recuperanda Sede et dominio suis viribus iuuerit, et in Sede eius collocarit et hoc nomine multum Regi vt Patri suo debere, velleqz se fore et amicum Regi et filium obsequentem nulla hostilitate aduersus Regem, et eius Dominia vtiquin semper se paratum ad debellandos hostes, Regis quandocuqz et quotiescumqz et vbicumqz Rex iussisset etc

Sigismundus primus Rex Polonie
Solimano ~~Soltano~~ Cæsari Turcoꝝ

Consiliariis regni

Magce sincere nobis dilecte. Ante aliquot dies rediit Orator nr Generosus Petrus Opaleniczki Castellanus Landen et Mgr Curie Sermi filii nri quem in negocio ad pacem et tranquillitatem reipublice Regni et Dominiorum nrorum necessario ad Imperatore Thurcorum miseramus. Is attulit nobis responsum et literas Imperatoris humanitatis et beniuolencie plenas cercioresqz nos fecit omnia que ad commodum nrm et pro temporum necessitate desiderabamus, recte et ex animi nri sentencia cum Imperatore ipso Thurcorum constituta, transacta et firmata esse. Quarum rerum agnicionem cum ad Mgciam vram tanqz Consiliarium nrm pertinere sciamus exemplum literarum ex Arabica in Polonica primum deinde in latina verba translatum Mgcie vre mittimus. Cui nihil dubitamus grata et iucunda ea omnia que littere continent esse futura. Declarauit eciam nobis idem Orator nr, multa alia, Imperatoris nomine amiciciam singularem et affectum illius erga nos pre se ferencia ex quibus hec sunt precipua q Valacho hosti nro quem seruum et Tributarium suum vocat, mandasse se sub ammissione capitis et bonorum omnium declarauit, ne quid hostile contra nos et Dominia nra vel agat vel moliatur. It q promittat ipse Imperator nobis contra quemcuqz hostem nrm auxilia facere concedens, vt vicissim nos contra illius hostes auxilia ipsi prestare non simus obligati, sed tantummodo ne hostibus eius palam vel occulte subsidium prebeamus, subditosqz nros contra illum ire non permittamus. Adduxit eciam secum Orator nr Nuncium Vaiuode Transalpinen hominem militarem et discretum, qui declarauit ipsum Vaiuodam cupere beneuolenciam nram peciitqz à nobis vt et loco pris illi esse et illud

illum in filium recipere nobis non gravaremur, promittens se omni genere obsequii et officiorum ubique et ad omnem occasionem bene mereri de nobis, nullaque auxilia hosti nro Vaivode Moldavien et quibuscumque aliis hostibus nris adversum nos prestare velle. hec sunt que ad presens Mgtie vre significare voluimus quam bene valere et foelicem esse optamus Datum Cracovie

Sigismundus primus Rex Polonie Solimanno Soltan Caesari Turcorum

Sigismundus dei gra Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie Russie, Prussie, Masovie etc dominus et haeres. SErmo ac potentissimo Principi domino Sultan Suleiman Sach, eadem gratia Imperatori maximo Constantinopolitano: Asiae et Europe: Persarum. Arabum. Sirieque ac Egipti domino etc fratri amico et vicino nro charmo. Salutem et omnis foelicitatis continuum incrementum. Serme ac potentissime Princeps et domine frater, amice, et vicine nr charme. Mittimus in presens hunc Nobilem Joannem Ocziesski Aulicum nrm isthuc in Aulam Mtis vre Serme. Cui cum nonnulla dedimus in mandatis, que Mti vre SErme referre nomine nro debeat, illam rogamus, ut in omnibus fidem illi indubiam dare: et pro mutua amicicia et benevolencia nra attente audire et exaudire illum velit. Quod reliquum est, ex animo optamus, ut et valeat recte Mtas vra Serma et nos diligat. Dat Cracovie die sexta Mensis Maij Anno domini M°. D°. XXXiii° Regni nri anno XXvii°

Sigismundus primus Rex Polonie Imbrahim Bassæ.

Sigismundus dei grã Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie, Masouie etc dominus et hæres. Illris et Mgce domine amice sincere nobis dilecte. Mittimus ad Sermum et potentissimum Imperatorem Thurcorum presentium Nunctuim Nobilem Joannem Oczieski Aulicum nostrum cui commisimus etiam nonnulla cum Illte vrã conferre et tractare Quam plurimum rogamus, vt in omnibus que ei retulerit et cum illa nostro nomine egerit et tractauerit, illi non secus ac nobis ipsis plenam et indubiam fidem adhibere velit valeatque foelicissime Dat Craconie die sexta Mensis Maij Anno domini M° D XXXiij Regni nostri anno XXVij°

Sigismundus primus Rex Polonie
Luce de gorca Castell^o Posnanien Capit^o
Maioris polonie generali.

Mag^ce sincere nobis dilecte. Accepimus literas S^tis tue quibus de sale externo probibendo diligenciam et officium suum nobis testa: tur, cuius nos grati sumus, et hortamur S. tuam vt salem predi: ctum in posterum ne in Regnum nostrum inuehatur per hos qui: bus nos ista sola causa stipendium quotannis soluimus probiberi curet, quod vero ad salem ex Zuppis nris Russie a nobis sup: peditandum attinet, dabimus operam vt per omnem datam demitte: di potestatem copia illius subministretur.

Exemplum litterarum Sermi domini Regis Ferdinandi quas cri: psit domino Joachimo Malczan mittemus per primum nuncium ad Illmum dominum Ducem in Prussia, cuius refert scire quid de Banno Imperialo contra se decreto sperare debeat. bene va: leat tua S. Dat^e Cracouie die ij^a Junii Anno domini M^o D^o XXXiij^o. Regni nri anno XXvij^o

Spectabiles et famati domini amici charissimi. Ad postulacione D. vrarum operam fecimus diligentem vt in bis rebus quas ad Mtem Regiam scripserunt, illorum desideriis satisfiat, quod quo pacto effecerimus ex litteris Mtis sue cognoscent, nibil enim est quod pro bono communi D. vrarum et sue Ciuitatis comodo prestari possit quod nos non libenter pro facultate nra facere: mus quod quidem studium nrm retinere et D. vris in omni

genere gratificandi satisfacere pro virili nra deinceps etiam
curabimus Quos bene valere et foelices esse omnes optamus
Dat Cracouie die ij^a Junii Anno M^o. D^o. XXXiij^o

Sigismundus primus Rex Polonie Statibus ac ordinibus Morauie

SPectabiles et Mg^ci sincere nobis dilecti. Retulit ad nos Igna:
cius Morski Aulicus et subditus nr fidelis dilectus mortuam
esse Caterinam Zabska vxoris sue sororem istic in Marchi:
onatu Morauie post cuius mortem cum vxorem suam pro
medietate in hæreditatem demortue succedere sciat eius noie
repetitum hanc ipsam hereditatis partem legitimum suum et
vxoris sue Procuratorem Joannem Twardawi de Lhota consti:
tuit et ordinauit Qua in re vt audiri et iustitiam celerius obti:
nere possit nostram intercessionem ad Sinceritates Vras postu:
lauit Quod quoniam æquum nobis videbatur concedendum illi
duximus Et proinde a Sinceritatibus vris postulamus vt sub:
dito nro predicto fauere et quantum Jus et æquitas suadent
de Judicio suo illi tribuere velint vt et consequi qd suum
est et sine magno negocio in istis Judiciis rem transigere
possit Quo Sinceritates Vræ rem nobis gratam et suo officio
conuenientem facient quas bene valere et foelices esse opta:
mus Dat Cracouie die ix^a Junii Anno domini
M^o. D^o. XXXiij^o Regni nostri anno XXVij^o

Sigismundus primus Rex Polo(nie)
Joanni Cola de Daleioff, Castell(an)o Halicien(si)
Mercenariorum militum in Russia Capitaneo.

Generose fidelis dilecte. Habentes cognitam virtutem et dexteritatem tue Fi(deli)t(ati)s quam exhibuit et declaravit hoc transacto tempore in Prefectura Militum nrorum Mercenariorum in terris nris Russie nobis ac reipublice Regni nri militancium eandem tuam F. in ea ipsa Prefectura reliquimus eamq(ue) illi committimus ad annum p(rese)ntem sperantes q(uod) tua F. se in ea Prefectura ita geret prout se hactenus gessit et prout raciones nre et necessitates reipublice Regni nri postulare videbuntur nos vero omnem curam et diligenciam quam tua F. in hoc comisso sibi per nos prefecture officio prestiterit gracia et liberalitate nra illi referamus Dat(um) in Radom feria tercia intra octavam festi Corporis Chri anno a Nativitate eiusdem M° D° XXXiij°

Sigismundus primus Rex Polonie
Rotmagistris et militibus mercenariis
in Russia.

Generosi Strenui ac Nobiles fideles dilecti. Haben(tes) cognitam virtutem et dexteritatem Generosi Joannis Cola de Daliciow Castellani Halicien(sis) quam exhibuit et declaravit hoc transacto tempore quo gessit Prefecturam vri sibi per nos commissam, ipsum in eadem Prefectura ad annum q(ue) p(rese)ntem relinquendum censuimus et reliquimus, non dubitan(tes) q(uod) se in ea ita geret prout hactenus gessit et prout raciones nre ac reipublice regni nri postulare videbuntur. Quare mandamus vobis ut illi pareatis ac obediatis et una cum eo hostes a finibus regni

nostri arcealis pro debito vro et gracia vra facturi Dat.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ottoni de Chodecz Palat. Cracouiensi.

Magce domine amice charissime ac honoran. Doleo ex animo eam differenciam que suborta est propter Judeos inter vram Mgciam ac dominum Petrum Kmita Marschalcum Regni Capitaneum Cracouien. Consulatumqz Ciuitatis Cracouien. cupio enim vt vra Mgcia tanqz dominus in terra ista Cracouien Primarius ab omnibus diligatur, nihilqz authoritati eius a quopiam detrahatur. ex altera autem parte expedire existimo vt homines malefactores coerceantur et quominus scelerum suorum poenas luant legittimas freti suffragio cuiuspiam non elabantur, vtcumqz autem sit scripsi Mti Regie ita vt postulauit vra Mgcia rogans vt sua Mtas ad quam relatum est totum eius differencie negocium Jurisdicionem vre Mgcie ac Priuilegium Judeorum in suo robore conseruare dignaretur, nihilqz dubito facturam esse suam Mtem in eo ipso negocio id quod equitatis ratio postulare videbitur, contra Consules vero Cracouien non videtur mihi quod aliquid facere nunc debeat vra Mgcia absente presertim a Regno Regia Mte qui vti homines cauti forte racionem facti sui legittimam refferent, non scripserunt michi quicqz de hac sua et vre Mgcie differencia verum si scribent postea, sciam quo pacto et quatenus scriptis illorum fidem dare debeam. Coeterum gratissimum est mihi id quod significauit mihi vra Mgcia scriptum sibi a Vicecapitaneo suo Leopolien. perturbauerat enim me hic plurimum huc veniens dominus Suchodolski, qui retulerat dominum Jazlowieczki per Thartaros esse ad internicionem vsqz profligatum, cum autem secus nunc

de hac re intelligam ex vra Mgcia sum plurimum consolatus.
agoqz et habeo vre Mgcie pro hac iucundiore significacione gras.
Scatulam cum literis Sororis vre Mgcie reliqui isthic Cracovie
scribo vero nunc domino Doctori Bork Canonico istius Ecclesie
mee Cracovien. vt illam tradat in manus vre Mgcie, locumqz
in quo inuenire eam debeat illi descripsi. Valeat foelix et sospes
vra Mgcia meqz solito amore suo prosequatur. Dat. in Sando:
miria XX Julii Anno domini M°. D. XXXiij°

Petrus Tomicius Eps Crac.
Rafaeli Abbati in Vachoczko

Venerabilis domine fr in Chro charissime. Fuit apud nos Closina
Minerratrix vra que exposuit nobis q Minerator qui habet Ne:
ptem ipsius, vxorem, et quem vti accepimus vos eciam a Minera
alienastis, est adeo magnus bonorum profusor et dilapidator vt
omnia que habuit turpiter iam absumpserit, vxoremqz suam pre:
ter causam et racionem vllam verberaret ac pessime tractaret.
Quoniam vero vti didicimus poni ei debet pecunia pro die Domi:
nico dedicacionis Ecclesie in Vachoczko. hortamur vos postea qz
ponetur ei ea ipsa pecunia, provideatis q illi ad manus non tra:
datis, si enim illa potiretur facile eam absumeret quemadmodu
et alia que habuit iam absumpsit, atqz ita non esset quo se cum
vxore sua sustentaret, consulcius igitur est vt ea ipsa pecunia po:
natur in bona aliqua, de quibus se ambo sustentare possent. Jube:
atis etiam eidem Mineratori vt vestes vxoris sue quas habet
eidem vxori sine omni dilacione restituat, si enim illas diucius
retineret proculdubio turpiter eas absumeret, preterea vt is ipse
Minerator ad officium et meliorem frugem reduci aliquando possit
precludatis ei probibicione vra in oppido vro et alias in bonis
vestris potestatem versandi, potacioneqz ac ocio tempus absumendi

quod cum feceritis speramus fore q se ad ipsam Illmam una cum uxore conferet illicqz in Minera laborem una cum aliis exerceat immo ut illuc vadat vos illi persuadeatis et mandetis bene valete Dat Anno domini M° D° XXXiij°

Rex ex Cracovia X^a Iunii discessit

Rex ex Radom XVii^a Iunii discessit in Lithuaniam cum Regina

Cricius Eps
Bone reginae

Sacra Mtas et domina, domina mea clementissima humillimam mei commendacionem. Erat meum institutum discedentibus ex Regno vris Mtibus alicubi occurrere, illasqz inuisere et manus osculari, sed quia vrae Sacrae Mtes celerius qz fama fuit Cracouia discesserunt, et ego in Ploczka existens Ecclesie causa, tam cito huc accurrere non potui, coactus sum officium hoc negligere. Proinde humiliter supplico vrae Sacrae Mti, vt hanc meam negligenciam boni consulere, et me humilem Capellanum suum, meamqz Ecclesiam in gratia sua retinere dignetur. Ego vero interim cum vniuerso Clero meo dominum deum iugiter precabor, vt vrae Sacrae Mtes cito ad nos incolumes et rebus omnibus ex sentencia sua confectis redeant eciam atqz eciam commendo meam debitã seruitutem vrae Sacrae Mti Poltouie XXI Junij Anno domini M° . D° . XXXiij°

Supplicationes ad Deum pro Rege.

PETRVS Deigra Epus Cracouien et Regni Polonie Vicecancellarius. Vniuersis et singulis dominis Abbatibus et tam nrae Cathedralis Cracouien qz Collegiatarum, Conuentualiumqz Ecclesiarum Prelatis Canonicis, Prioribus, Ministris, Guardianis, et Parrochialium Ecclesiarum Rectoribus, eorumqz vices gerentibus. Altaristis, Viccariis, Prebendariis, Mansionariis ceterisqz presbiteris beneficiatis, et non beneficiatis, et personis Ecclesiasticis, ac quorumuis ordinum regularibus Prelatis fribusqz

religiosis, exemptis et non exemptis per et infra Diocesim nram Cracovien et presertim in Archidiaconatu et Decanatu
vbilibet constitutis, nobis in Chro dilectis. Salutem in dno
Cum Regia Mtas, dominus nr clementissimus discesserit e Regno non satis firme valitudinis existens, et salus, prospe:raqz et diuturna valetudo Mtis sue, sit salus et foelicitas rei:publice nre, et omnium nrm, equum esse censemus, vt funda:mus omnes preces nras ad deum iugiter et deuote, pro incolu:mitate et foelicitate Mtis sue, et vniverse domus sue Regie
Et proinde vobis omnibus et singulis predictis non exemptis in virtute sancte obediencie, et sub excomunicationis poena mandamus, vos vero exemptos requirimus in domino et hortamur vt in omnibus precationibus, orationibus, et concionibus vris faciatis memoriam Mtis sue, oretisqz, oratomnes: at singulos Chri:fideles orare faciatis diligenter, pro sanitate proqz bono et tranquillo statu, ac foelici regimine Mtis sue, et reipublice re:gni sui, et in omnibus missis vris, collectas infrascriptas in:ponatis, videlicet, Quesumus omnipotens deus, vt famulus tuus Rex nr etc et deus qui conteris bella, et impugnato:res inte sperancium potencia tue defensionis expugnas etc. vsqz ad foelicem Mtis sue in hoc Regnum eius reditum.
De quo mandato nro ne aliquis vrm, suam ignoranciam pre:tendat. volumus et mandamus, sub predicta excomunicacionis poena, q quilibet Plebanus, presentem processum nrm ad aliud Plebanum sibi viciniorem, qz primum transmittere curet et trans:mittat, vltimus vero illum Officiali nro representet. Datum in Arce nra Bodzanczinen, die lune, vltima mensis Junij Anno domini Mo . Do . XXXiijo Nostro sub Sigillo

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Abbatibus infrascriptis.

Venerabiles et relligiosi fratres in Chro dilecti. Nosse vos ex multis argumentis putamus qua hominum invidia quove odio nunc flagret passim ordo nr Ecclesiasticus, et qz iniquis frequenter oppugnetur conatibus, non casu certe ad hoc aliquo vel errore hominum deductus, sed qp gravissimis reatibus et offensionibus nris. hanc nunc deus optimus Maximus punicionem et vindictam iudicet esse convenientem, non puniens nos scilicet pro delicti magnitudine, sed ut misericors Pr et dominus istiusmodi persecutionis terroribus minechis, premonens nos atqz interpellans ne ita officii et pietatis nre obliti, precipites dilabamur in perniciem. In qua rern cum nos Epale officium usqz adeo haberet sollicitos ne forte silencio nro insolencior hec nrorum efficiatur vita, visum nobis est utile et necessariu, ut vos paterne exhortemur atqz moneamus ut diligenti studio et circa munus vrm obeatis divini cultus primam et potissima rationem habeatis vivatis ex prescripto vro ac in officio honestatis et charitatis fraterne vos contineatis, ne soluti et vagi, dei nobis omnipotentis indignacionem pariatis, et ad obtrectandum nobis, occasionem hominibus ex vobis prebeatis. Quare iterum atqz iterum hortamur vos et monemus, ut invigiletis sedulo circa officium vrm et sollicitam in exorando placandoqz nobis dno deo curam habeatis, Imprimis autem pro incolumitate Serm D. Regis nri diuturna et foelicissimis ipsius quibusqz successibus divinam clemenciam imploretis, et ut in consultacionibus coeterisqz publice habend actionibus in futuro generali Conventu, concordes et fraterna benevolencia coniuncte fiant omnium ordinum regni voluntates, utqz status ab impiis quibusqz conatibus servetur integer atqz incolumis valete in dno

foeliciter et nos in vestris oracionibus habeatis commendatos
Datum etc.

Venerabilibus et religiosis Patribus Priori et fratribus Conuentus Sancte Trinitatis Cracouien ordinis Sancti dominici, fratribus in Christo dilectis.

Venerabilibus et Religiosis Patribus Ministro, Gwardiano et fratribus Conuentus Sancti Bernardini Cracouien ordinis beati Francisci de obseruancia. fratribus in Christo dilectis.

Venerabilibus et religiosis patribus Priori, et fratribus Conuentus Sancte Catherine ordinis Beati Augustini Heremitatis in Cazimiria fratribus in Christo dilectis

Venerabilibus et Religiosis Patribus Priori et fratribus Conuentus Sancti Stanislai in Rupella ordinis beati Pauli primi Heremite, fratribus in Christo dilectis.

Venerabilibus et religiosis Patribus fratri Marco à Thureri Veneto prouinciali et Commissario necnon Gwardiano et fratribus Conuentus Sancti Francisci Crac ordinis fratrum minorum Conuentualium. fratribus in Christo dilectis

Venerabilibus et religiosis Patribus, Priori et fratribus Conuentus Sancti Marci Crac ordinis beati Augustini de penitencia fratribus in Christo dilectis.

Venerabilibus et religiosis Patribus, Priori et fratribus Conuentus Sancte Marie in Arena Cracouien ordinis fratrum Carmelitarum fratribus in Christo dilectis

Venerabilibus et Religiosis Patribus, Gwardiano et fratribus Conuentus Radomien, ordinis beati Francisci de obseruancia fratribus in Christo dilectis

Venerabilibus et religiosis Patribus Priori et fratribus Conven:
tus Sancti Jacobi Sandomirien ordinis Beati Dominici fribus
in Chro dilectis.

Venerabilibus et religiosis Patribus Priori prouinciali et fribus
Conuentus Czastochouien in claro monte ordinis Beati Pauli
primi heremite fratribus in Chro dilectis

Rndo Pri domino Raphaeli Abbati Monasterii Vacho:
cen ordinis fratri in Chro char^mo

Rndo Patri domino Stanislao Abbati Monasterii Andrze:
iouien ordinis fratri in Chro charissimo

Rndo Patri domino Clementi Abbati Monasterii Sancte Cru:
cis in caluo monte ordinis beati Benedicti fri in Chro char^mo

Sigismundus Rex Polo etc.
~~Gen~~ Georgio Marchioni Brandeburgen

Illus Princeps et domine Nepos char^mo. Questi sunt nobis
quidam subditi nri, q Prefectus Illtis vre in Castro Tho:
schek certum annuum censum ex Villa seu pago Visnicze
ab antiquo solui solitum dare et pendere illis recuset, quare
cum subditi nri et incommodo et preiudicio afficiuntur. Illtem
vram rogamus mandare velit Prefecto suo, vt quod veteri
iure vel possessione ad subditos nros et Ecclesiarum ministros
pertinet illis sine vlla difficultate et impedimento dissoluat, et in
posterum pendere curet. rem in hoc equam et nobis gratam Illtas
vra factura quam bene valere et foelicem esse optamus Dat
in Radom feria tercia intra octauam Corporis Chri 1.5.3.3

Tomicius
Petro Dluski Capit° Slawkouien

Pame Dluski isch zamek nasch Siewierski ktori powdnei stro:
nie barzo sia nachilil potrzebuie oprawi, ktorei wi dosiecz vczi:
nicz niemozeczie dlia ginich spraw waschich; a iednak tess ta
rzatko biwaczie ku sprawam ziemskim, ktorich tam biwa
dosiecz, poruczilismi zamek ten tam i krastwo ono Siewierskie
ku sprawie Wlodarczowi naschemu Crakowskiemu, bo on
bedzie tam mogl y budowacz y sprawam a sadom ziemie onei
ktorich iesth dobrze swiadom dosiecz vczinicz, ani wasz iusch
wipusczami thim naschim listem sprzisiagi ktorasczie wo Ca:
pitulie naschei Crakowskiei vczinili, gdismi wam Starosth:
wo Siewierskie poruczali i dawali) gdi sia wam traphi
ktora Sarna, posilaiczie ie do Cracowa Crolewnie sadwi:
dze iei milosczi, Zona tesch wascha Siostra nascha niechai
posila kiedi moze Caplumi tluste i Curi mlode iey milosczi
bo iei milosczi wschistko Curi thargowe a chude iada, vczi:
niczie nam wtim rzecz wdziaczna, sami sia thess Crolewnie
iei M^ci^ zachowaczie, tak iakosczie sia pierwei Crolewnie
Halsczie iei milosczi takowa poslugą i thim spossobem zacho:
wiwali Dat ex Arce Slczensi XXij Iunij Anno
domini M° D° XXXiij°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Stanislao Borek D. D. Cantori Crac.

Venerabilis domine fr in Chro charissime. Rogamus vos significetis nobis quo animo et vultu exceperit dominus Dluski suam à Capitaneatu Siewierien alienationem à quo nos amonimus illum non alia certe causa qz quod sciebamus illum actionibus et oneribus illi incumbentibus satisfacere non posse. accedit quod dudum constituimus in animo nro instaurare Castrum nostrum Siewior propter futuros euentus ad cuius instauracionem D.s Dluski nempe aliis curis districtus suam presenciam et diligenciam adhibere non potuit. Quare si forte expostulauerit vobiscum de hac sua amocione à Capitaneatu illo excusetis factum nrm, et dicatis ei quibus racionibus nos impulsi id fecerimus et bene valete Dat XXij Iunij Anno M.o D.o XXXiij.

PETRVS Dei gra, Epus Cracouiensis, Regni Polonie Vicecancellarius, et Dux Siewieriensis.

Vniuersis et singulis Officialibus Militaribus, Nobilibus, coeterisqz subditis Ducatus nostri Siewierien fidelibus dilectis. Salute et graciam nostram Generosi, Nobiles, Famati, et Prouidi fideles dilecti. Mittimus ad vos Venerabilem dominum Stanislaw Borek Decretorum Doctorem et Canonicum Lancicien, Custodē Sandomirien et Canonicum Ecclesie nre Crac Cui commisimus declarare vobis senténciam et voluntatem nram de preficiendo vobis alio Capitaneo videlicet Generoso Iacobo Sliatkowski Wladario

nro Craconien hortamurqz nos vt eidem domino Doctori Borek
in omnibus que retulerit nomine nro plenam fidem adhibeatis
vt nobis ipsis coram loquentibus et Capitaneo nro quem ille
vobis designauerit et prefecerit pareatis et obediatis pro fide
et debito vro Dat in Arce nra Isszen XXij Iunij
Anno domini M° D° XXXiiii°

Tomicius Doctori Borek

Venerabilis domine fr in Chro char^me. Hesterno die rediit ad
nos Slupski seruitor noster et integre reddidit literas vras
et res per eum missas. Imprimis autem gratum est nobis, q
grauati non fuistis ire in Sieuior, et constituere illic Capita-
neum nomine nro Wladarium nrm Craconien, quem nichil
dubitamus Arcem et Ducatum illum cum nra dignitate et
vtilitate esse administraturum, experti iam pridem eius fidem,
et in rebus nris curandis et prouidendis singularem diligen-
ciam. Est et id qz nobis gratum q Joannes Maria Padwanus
constituerit in animo suo ire in Hungariam et eligere pulchru
Marmor pro Sacrario fabricando, cui nos literas Regias mit-
timus cum presentibus vt citra vllum impedimentum Marmor
quod sibi delegerit excidere, et abducere illinc possit. Si dns
Bothwezinski nichil conclusit cum R^li Mte de agro suo que
habet liberum in Villa nra Zabirow, et vobis, ac Wladario
nro Craconien visum fuerit, vt nos eundem agrum ab illo
aliquo censu annuo ad eius vitam constituendo et inscribendo re-
dimamus permittimus id arbitrio vro et eiusdem Wladarii nri
vt cum eo fiat de hoc tractatus, sed ea lege si ille non fecit certam
promissionem R^li Mti de resignando illi eodem agro suo alio-
qui nollemus inire hoc certamen cum Mte sua R^li, nolle-
mus etiam hamo aureo piscari, hoc est plus dare qz accipere,

verum equam condicionem suscipere non abnuimus, vt grauem nobis et subditis nris vicinum in bonis nris non habeamus.

Legimus literas Joannis Fisser Norenbergen, quas vobis remittimus, volumusqz vt illi mittatis Arma et insigne domus nre que curate vt depingat fr Stanislaus de mogila, Nam ille ea melius et pulchrius qz quiuis alter pictor depingere solet. Textum qui intra Cornices Cratis sculpi deberet mittemus ad vos postea, cuperemus tamen scire quot littere et verba sculpi et cōprebendi possint intra eosdem cornices, Quod autem attinet ad mittendos illi Centum florenos, quos dari sibi nunc postulat de hoc consulatis cum domino Zupparió, et id quod illi et vobis videbitur in ea re faciatis.

de Crati ad Capellam domini

Secessimus huc in Zlotha paulisper, vt videamus regimen et hospitalitatem huius Capitanei, quem cognoscimus nimis graue subditis nris, et similiter Petrum Bilina Capitaneum Biscupicen, die vero crastina redibimus in Sandomiriam et ibi vitam et mores cleri illius dissolutissimi emendare aliisqz Ecclesie illius defectibus prouidere pro virili nrá curabimus

Apparet iterum nouus Cometes, consulatis Astrologos Gimnasii Cracouien quid mali nobis, et Regno huic nró portendat. Si sanus iam Galeacius Barbitonsor nr faciatis vt veniat ad nos in Kielcze ad primam diem Mensis Augusti.

Mandauimus Capitaneo nró Kielcen, vt mittat ad vos aliquot libras Lazuri electi Chaczmien, certoqz nobis persuademus qz iam illud ad vos miserit, vos igitur curate, vt illo ac eciam auro Capp nrá sufficienter et non parce exornetur. Et bene valete Dat in Zlotha feria quinta post diuisionis Apostolorum proxima Anno domini M°. D°. XXXiii°

Petrus Tomic. eps. Vicecancell
Sta° Borek Doctori Cantori Cracc

Venerabilis domine fr in Chro charissime. Stanislaus Dambrowa qui fuit quondam Viceaduocatus Ciuitatis Crac, vno aut duobus diebus ante nrm isthinc discessum, non quidem in presencia nra, sed in domo nra, coram multis hominibus dominum Jostum Ludouicum multis probrosis ac contumeliosis verbis affecit, Qui cum tanta lingue sue petulancia nobis q° non parum sit iniuriatus, eo q ausus est Consulem Crac Secretarium et Officialem Regium in domo nra verbis inhonestis infamare, dignus est vt bene castigetur. Quare cum idem dominus Jostus Ludouicus querelam contra illum deponere coram Consulatu Crac, et pro sua iniuria cum illo agere voluerit vos comitatis Wladario nro Crac vt cum illo vadat ad pretoriu eiqz assistat et agat diligenter nomine nro, vt nimia hominis illius audacia seuera animaduersione puniatur et coherceatur. Detulissemus nos ipsi hanc re ad Mtem Regiam sed propter celerem Mtis sue isthinc discessum facere id commode non potuimus bene valete
Dat etc

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Josto Ludouico Decio Consuli Cracc.

Nobilis domine amice charissime. Cum nobis grauis et molesta esset iniuria qua vos contumeliose et incontinenter Stanislaus Dambrowa in domo nrā affecit, pro tanto illius excessu et simul pro nrā erga vos beneuolencia, non potuimus animo ante quiescere qz ex illius petulancia poena sumeretur, sicut hoc iam vobis cognitum est. Quaquidem poena etsi nos vindicatum esse satis in illo domus nrē contemptum putamus, vobis tn liberum erit pro vrā qz iniuria aduersus eum iure agere vt vtrinqz coheratus et castigatus sciat in posterum meliorē honestatis cuiusqz racionem habere. Coeterum mittimus denuo mandatum Regiē Mtis ad Cives de nono foro, ita vt dominus Georgius Hegel et vos optastis. Quod reliquum est optamus vt foelicissime valeatis. Dat ex Bodzanczin die viij Julii Anno domini M°. D°. XXXiij°

Petrus Tomicius Eps Cracc. Vicecancell
ottoni de Chodecz Palat° Cracc. Leopolien
Halicien. Colomien. Statinen. Lubaczowien Capit°

Magce domine amice charme ac honoran. Ita est vt scripsit ad me vrā Mgciā q Stanislaus Dambrowa Procurator in domo mea ad nimiam lingue sue petulanciam, pro more suo resolutus dominum Jostum Ludouicum conuiciis et turpibus verbis affecit non habita racione et domus meē in qua facere id ausus est et persone domini Josti Secretarii Officialisqz Regiē Mtis nemo vero debet nec potest factum hoc Consulu Cracouien reprehendere opus est enim vt homines isti vanissimi

qui ad illatrandum bonorum famam et honorem proiecti et fa:
ciles coerceantur, et ab hac tanta licencia retrahantur dignaqz
animaduersione puniantur. Cum vero Vrā Mgcia pro eodem
Dambrowa ad me intercedat, scripsi ad dominos Consules
Cracovien vt illum ad caucionem fideiussoriam dimittant, id
quod facio ad intercessionem Vrē Mgcie, cui alias semper
morem gerere et gratificari soleo et semper volo, foelicissia
sit vrā Mgcia, meqz solito amore et beneuolencia sua
prosequatur. Datū in Arce nrā Bodzanczinen xxij^a
Junij Anno domini M°. D°. XXXiij

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Consulibus Craccouien

Famati domini amici charmi. Gratum est nobis, q Stanislaw
Dambrowa Procuratorem, qui ausus est dominum Jostum Ludo:
uicum Secretarium Regium consiliiqz vri Collegam ni do:
mo nrā verbis asperis et contumeliosis afficere et infamare,
in correctionem et animaduersionem vrām recepistis, expedit
namqz vt homines isti, qui lingue sue libertatem concedunt
et bonorum famam petulancia sua proscindunt coerceātur.
quo et ipsi ad officium redigantur et coeteri eorum exēplo
raciones rectius exhibende vite sue ineant. Quoniam
autem Mgcus dominus Palatinus Cracovien et nonnulli
alii domini pro eodem Dambrowa ad nos intercessionem
faciunt rogantqz nos vt dimitti illum faciamus, postula:
mus à vobis vt cum in eum pro excessu ipsius poena car:
ceris per vos tam animaduersum sit, illum ex eo ipso car:
cere dimitti iubeatis ea tamen lege vt ipse fideiussores
homines isthic possessionatos de sistendo se coram nobis pos:
teaqz deo dante isthuc Cracouiam reuenienmus, prius sta:
tuat

tuat hoc vero q domini Josti College vri famam et bonam exis:
timacionem turpibus verbis insectari ausus est, eo modo qui
nobis et ipsi domino Josto conueniens ac sufficiens videbitur
cumprimum dimissus exit expiet et deprecetur Bene valete
Dat in Arce mea Bodzanczinen XXij Junij Anno
domini M° . D° . XXXiij

Petrus Tomiczki: Eps: Vicecancell
Joanni regi Vngarie.

S Erme Princeps et domine, domine clementissime post humilem ser:
tutis et oracionum mearum commendacionem . Tametsi sciam
Mtem Regiam et alios eius Regni Consiliarios non parue autho:
ritatis apud vram Mtem pro Nicolao Sczzignierski inter:
cedere quorum singulorum intercessio ad impetrandum id quod
iustum est sufficere posset ego tamen pietate erga adolescenté
predictum permotus volui meam intercessionem cum aliorum
intercessionibus coniungere. Quare Mti vre Serme suplico
vt adolescenti predicto Nicolao Sczzignierski benignam et cle:
mentem se in soluenda pecunia patri eius pro stipendio mi:
litari debita prestare velit, et in hoc declarare quantum et
Mtis Regie domini mei clementissimi intercessio et nostrum
reliquorum suplices peticiones apud se ea in re valeant fa:
ciatque in hoc Mtas vra rem et piam et se suaqz equitate
dignam Quam ego cum Nicolao predicto benemereri semper
Mti vre Serme curabo Cuius gracie me et seruitutem
meam diligenter commendo et dominum deum precor vt
illam in multa foelicitate diutissime sanam et incolumem
seruare dignetur Dat ex Arce mea Jlzen die XXiija
Junij Anno domini M° . D° . XXXiii

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Sigismundo primo Regi Polonie

Sacra Regia Mtas domine et domine clementissime. Post perpetue servitutis et oracionum mearum humilem commendacionem. Reviderunt iam Commissarii Mtis vre locum prope Civitatem Leopolien in quo Rmus dominus Archiepus Leopolien sumptu suo Pontem edificare vellet, qui cum ad sui edificacionem et conservacionem non modica impensa indigeat suplicat ipse Ds Archiepus Leopolien et ego cum eo dignetur Mtas vra Sexma et Pontem in eo ipso loco qui iam revisus est edificari permittere, et tale Theloneum Pontale in eo statuere, quo et Mercatores ac vectores per illum transeuntes non nimium gravarentur, et dominus Archiepus seu Sacerdotes ad quorum sustentacioné et usum eundem Pontem ille edificare decrevit sustinere illum, ne destruatur et instaurare semper possit, faciet in hoc Mtas vra Sexma rem sua benignitate suaqz in augendum et conservandum cultum divinum propensione dignam et domino Archiepo ac eius Ecclesie aprime utilem et necessariam Commendo me iterum atqz iterum gratie Mtis vre Sexme, Quam Chrus dominus servet cum suis omnibus qz diutissie sanam sospitem et foelicem Dat in Slza feria quarta intra octavam corporis Chri Anno M°. D°. XXXiij

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Bernardino Archiepo Leopoliensi.

Rme in Chro Pr et domine amice charissime ac honoran. Quando venit huc is servitor et Nepos D. vrae Rme cum literis eius et dominorum Commissariorum quos Mtas Regia ad conspiciendum locum Palustrem in quo Pons fertur esse necessarius, deputaverat, tametsi non eram tum iam simul cum sua Mte, miseram tamen ad dominum Maczieiowski Canonicum Ecclesie mee et sue Mtis Secretarium quem adhuc Mtem suam sequi ultra mandaveram, literas ipsorum dominorum Comissariorum de necessitate extruendi Pontis predicti, Mtem suam informantium, commiseramque illi vt negocium hoc concedende facultatis D. vrae Rme de extruendo eo ipso Ponte, simul et de Theloneo instituendo apud suam Mtem conficiendum curaret. quod dum ille fecisset, Mtas sua per eum significare mihi dignata est se facultatem edificandi dicti pontis D. vrae Rme concessisse, et ab vno quoque equo currum Mercibus oneratum trahente Theloneum sex denariorum instituisse committens vt eius rei literas scribi mandarem easque traderem D. vrae Rme, quas dum iam scribi mandaveram, declaravit mihi is servitor et Nepos D. vrae Rme sibi ab illa idque in commissis datum esse vt nisi tantum Theloneum instituetur quantum D. vra Rma optabat et nisi eciam condiciones per dominacionem vram Rmam in scedula adnotate et postulate admitterentur literas scribi non facerem asserens quod frustra scriberentur vram enim D. Rmam illas secus quam vt optaret habere nolle Quare diverti a proposito scribendarum ipsarum litterarum quas libenter scripsissem et misissem D. vrae Rme et consulerem ei vt hoc institutum Theloneum quod meo et

aliorum iudicio non exile esse videtur, suscipere non remoue:
ret, non dubito eum quin suscipiatur ab aliquo alio vbi D.
vra Rma illud abiecerit, id tamen repono in voluntate
et arbitrio D. vre Rme. De domino Cunath Mecher
efficere potui in presens, propterea quod vt dixi non eram iam
simul cum Regia Mte quando mihi littere D. vre Rme
sunt reddite, et dominus Lubranski consensum Mtis Regie
iam obtinuerat literasque desuper editas receperat consulo
tamen vt dominus Cunath posteaque citabitur ad tollendas
pecuniarum summas quas habet in bonis Regalibus inscrip:
tas appellet Regiam Mtem a qua habet literas conserua:
cionis ad vite sue tempora, spero namque quod sua Mtas illum
iuxta eas ipsas literas conseruare dignabitur quandoquidem
non ipsa pecuniis suis eum de bonis suis redimat foelicis:
sima sit. Do vra Rma meque solito amore suo prose:
quatur Dat

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Georgio de Baisen Palatino Marienburgen

MAgce domine amice charissime ac honoran. Priusque accur:
rit huc seruitor domini Achacii Czeme Castellani Gda:
nen. miseramus iam illi per dominum Castellanum Culmen. lras
decreti quod sua Mtas ferre et promulgare dignata est ex
deposicionibus testium ad se missis super bonis Rehoff et
feno in pratis Vuserwicz per dominum Stanislaum Costka
recepto mandauitque ipsi domino Costka vt se deinceps de pre:
dictis bonis Reoff vtpote que ad Castrum Schtumen. per:
tinent non intromittat ac damnum recepcione feni in pratis
Vuserwic illarum domino Czeme debito modo faciat

Quod vero attinet aliam differenciam inter eos super bonis Kul: born recens exortam commendauimus Mti sue negocium dni Czeme per nras litteras eo q ipsi iam à sua Mtate absumus et non dubitamus q sua Mtas declarare dignabitur bona Kulborn predicta ad Christburgk pertinere q qz in literis desuper aeditis errore Notarii Kilenbergk scriptum fue: rat De Nauigacione preclusa et impedita per Ciues Lu: bucen fuit iam ante perlatum ad suam Mtem que scri: pserat ad ipsos Lubucen in ea re suas literas / quid vero posthac sit consecutum hactenus et sua Mtas et nos hic omnes ignoramus scimus autem illam omnia libenter esse facturam quecumqz vobis dominus terrarum istarum Con: siliariis et Ciuibus Gedanen factu necessaria ac oppor: tuna fore videbuntur, foelicissime valeat vra Mgcia meqz solita beneuolencia sua prosequatur Dat ut in Arce nra Ilzen xx Junij Anno Mo . Do . XXXiij

Petrus Tomiczki eps Sigismundo regi Polo

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime post hu: milem seruitutis et oracionum mearum commendacionem. Nunctius quem istuc ad Mtem vram dominus Achatzius Czema Castellanus Gedanen mittit iussu domini sui ex itinere ad me diuertit, et literas ab illo mihi reddidit, qui: bus ad me scribit quod dominus Costka Thezaurarius Margemburgen vltra illa que dudum ab illius Capitane: atu Stumensi abstulerat, nunc denuo villam quandam ad Cristbergk ab antiquo pertinentem auferre et ex eius pos: sessione illum eijcere nitatur subinde petens vt ad Mtem vram intercedam quo his de rebus quas dominus Costka

240

non vt Mti vrae commodo aliquo prodesset, sed vt illi irritacione et molestia obesset suscitat, Mtas vra Serma illi consulat, et lacessere illum iniuria deinceps non permittat Quorum etsi illud quod in priori controuersia de Reoff, inter illum et dominum Costkam fuerat, est per Mtem vram absolutum et decisum, egoque iam lras pro mandato et voluntate Mtis vrae Sermae ea de re ad illos dedi, hoc tamen quod recens in disceptacionem et contencionem dominus Costka cum ipso domino Czema prouocat, facile inter illos simultatem et odium quo se inuicem prosequantur accendere, et nisi authoritate Mtis vrae componatur, aliquem pessimi exempli quod deus auertat casum inducere, posset, Quare ego pro meo officio id negligere nolens quod Mti vrae et reipublicae incommodare posset, illi supplico dignetur suo prudentissimo consilio nouam istam controuersiam absque mora inter illos componere et definire, mandareque vt absente Mte vra nihil controuersiarum inter se excitare presumant et dominus Czema libere ea villa que ab antiquo ad Cristburg pertinet vtatur.

Coeterum etiam supplico vt Mtas vra Serma capiat aliquod consilium quo Nauigationis libertas, que nunc per Ciues Lubicen non sine magno incommodo subditorum Mtis vrae interclusa est, in priorem integrum vsum et Statum restituatur, Nam domini Consiliarii terrarum Prussie id a Mte vra plurimis contendunt precibus et ipsi quantum in se est dant operam ne hec negociationis impedimenta ac insecuritas Nauigationis diuturna illis fiat, faciet in hoc Mtas vra Serma rem prudencia et pietate sua dignam et tam Regno quam terris suis Prussie magnopere commodam et vtilem. Commendo me rursus et seruitutem meam in gram Mtis vrae Sermae et a deo precor vt illam cum suis omnibus diutissime sanam et semper foelicissimam nobis seruet Dat ixa Junii Anno M° D° XXXiij

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.o
Seuerino Boner castell.o Zarnouien. Zuppario.

Generose domine amice charissime. Agimus et habemus D. V.rae magnas gras pro ea cura et diligencia quam facit et fecit in negociis nris, cum alias sepius tum nouissime conueniens Joanne Mariam Lapicidam Padwanum ad Sacrarium faciendum ex Marmore rubro Hungarico in Ecclesia nra Cathedrali Cracoviensi, ac etiam Pictorem ad Sacellum nostrum depingendum vtcumqz. autem dominus Doctor Borgk censeat magnum esse nimis precium quod postulat Lapicida, nos tamen cupientes Sacrarium fieri pulchrum firmum ac solidum, malumus edifficari illud ex Marmore Hungarico, suscipereqz hoc quicquid est maius impendii qz vt sit extructum ex aliquo alio lapide aut ~~internallo~~ metallo infirmo ac frugali Quare. D. vra non dubitet iam promittere prefato Lapicide nro nomine eam summa pecunie quam postulat hoc est florenos quingentos et quinquaginta in moneta quos daturos nos illi recipimus ita tamen vt nos de nullo alio impendio preter hanc summam illi promissam iam sciamus, ipseqz reliqua omnia impense onera subeat, et faciat opus egregium ac spectandum et quod. D. vra ac dno Doctori Borgk placuerit id enim nos vtriusqz vestrum prudencie et in hisce rebus eminenti industrie committimus, eam aute operam et diligenciam. D. vra gratificatione nra per omne occasionem refferre eidem semper studebimus Cui pro rebus nouis de quibus ad nos scripsit ingentes gras agimus et habemus et illam foelicissime valere optamus, rogamusqz vt nos solita beneuolencia sua prosequatur Dat. xvii.a Junii Ano domini M.o D.o XXXiii.o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. vicecancell
Sigismundo primo Regi Polonie

SAcra Regia Mtas et domine, domine clementissime. post humile
seruitutis et oracionum mearum comendacionem. Tametsi
nihil habeam quod necessario nunc scribam Mti vrę Sermę ne
tamen dominum Grziwam qui se opportunum nuncium mihi ob:
tulit vacuum meis ad illam literis dimitterem, pręsentes scribe:
re et illi ferendas dare volui, Quibus viso et saluto Mtem V.
SErmam, pro qua hic indignus cum vniuerso Clero mihi sub:
iecto supplicationes precesqꝫ assiduas ad deum omnipotentem
facio, vt illam cum tota augustissima domo longo æuo in recta
valetudine et summa quauis optata foelicitate seruare nobis
et Regno huic suo dignetur. In nouis nihil est hic post disces:
sum Mtis vrę Sermę innouatum, nisi quod Thartaros ad
prędam instructos prope fines Regni Mtis vrę Sermę Castra
posuisse multi nobis nunciant. quod ipsum Astrologi ex appa:
ritione Cometis ita esse affirmant et de damnis aliquibus
suscipiendis metum nobis faciunt. Quę res tametsi sollicitos
et pauore perculsos animos nros reddat, foelicitas tn Mtis
vrę Sermę et presidia in terras Russię missa, in spem nos
erigunt, quod cum auxilio dei et damna euitabunt homines et
hostes nullius rei potiti in fugam conuertentur. Commendo
me rursus et perpetuam seruitutem meam in gratiam Mtis
vrę Sermę, et tota mente cupio et opto, deumqꝫ seruatorem
nrm precor, vt multis adhuc annis nobis imperans iucun:
dissima vita cum summa foelicitate coniuncta Mtas vra
fruatur. Datum in Sandomiria xiiija Julii Anno dni
Mo . Do . xxxiiio

Petrus Tomiczki Eps Cracc.
Bonae Reginae Poloniae.

Sacra Rlis Mtas et domina, domina clementissima. Post humi:
lem seruitutis et oracionum mearum commendacionem. Mirifice
me consolarunt Mtis vrae Serme litterae ex quibus intellexi
Sermos Reges et ipsam Mtem vram longinquo itinere perfe:
cto saluos et incolumes in istam insignem Urbem suam perue:
nisse, de qua re quod me certiorem facere Mtas vra dignata
est immensas illi ago et habeo gras, ac sane quidem ego cum
omni cetu mihi subiectorum Sacerdotum continuis precationi:
bus diuinam imploro clementiam, vt Sermi Reges vna cu
Mte vra Serma quamdiu isthic erunt optata valetudine
fruantur, et rebus istius Ducatus recte constitutis incolumes
cito ad nos reuertantur. Venit huc ad me Italus natione,
Neapolitanus, is cum dixisset mihi se habere literas ad Mtem
vram Sermam ab illius quodam Agato Principe, modum aut
quo illas perferret non habere, equum illi et pecuniam pro vi:
atico dedi in hoc et illius inopie et mei erga Mtem vram offi:
tii et obseruacie rationem habens quod existimo Mti vre Serme
non ingratum futurum cuius me gracie et seruitutem meam
rursus commendo et eam foelicissimam esse semper atque in mul:
tos annos cum suis omnibus perque optime sanam et incolume
ex animo desidero Dat

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Paulo Crasowski Canco Cracouiensi

VEnerabilis domine fr in Chro charissime. Post vestrum à nobis discessum ternas à vobis accepimus literas, quibus quod nobis publica simul et priuata accurate perscripsistis agimus et habemus vobis magnas gracias, et commendamus in hoc vrm erga nos officium et obsequium. Quodsi et deinceps idem feceritis gratitudo meá id vobis refferret acceptum. Scribatis autē nobis copiose de rebus omnibus et à preceptione heri vri in hoc non discedatis, habent enim suam et hec que humilia sunt sicuti et que maxima in legendo atqz cognoscendo voluptatē et nos qui desiderio dominorum et amicorum meorum in Siluis habitantes distinemur, recreare non modice solent Cupimus autem vos bene et foeliciter valere Dat in Kielcze

Thomas Lubbranski
Bone Regine Polonie.

Sacra et Ser^ma Regiis M^tas domina mea clementissima. Post meorum seruiciorum humillimam commendacionem. Sciat V^ra Sacra Regiis M^tas, quod locutus sum vt mihi V^ra Sacra M^tas mandauit cum domino Crino Epo Plocen vt concordaret cum vxore dominum Pallatinum Plocen, qui mihi respondit, se, cum esset in Ploczko ad preces amicorum domine Palatine iam id egisse, sed quod dominus Palatinus respondit se vxori sue nullam hostilitatem nullamque iniuriam exhibere, cum maneat cum illa, et seruet illam ita honeste vt prius, prout ita est, et ego ipse vidi, verum quantum cognoui non libenter se in hoc negocium dnus Epus intromittit, nam hoc factum maxime ei displicet et dolet vicem domini Palatini quem diligit, quem dixit esse in maxima animi angustia ob istud factum ex domo sua, quod et ego ipse cognoui ex domino Palatino, tamen pro voto V^re M^tis exeunt omnia, et domina Palatina vsque ad sydera gras agit V^re M^ti pro tanta clemencia in eam, optaretque valde dominus Epus, vt tam crudele facinus in mulierculam Nobilem patratum, non transiret impunitum, Nam si iste clandestine cedes tolerabuntur, nemo erit eciam ex summis hominibus securus, talesque carnifices impunitate multiplicabuntur.

Dominus Nicolaus Russoczki Castellanus Biechonien, multas mibi difficultates facit, et dicit se omnia facere ex consilio Mg^ci domini Andree de Thanczin Castellani Cracouien. Supplico itaque vt V^ra Sacra M^tas Regiis dignaretur ei scribere, ne me impediret in mea clara insticia, vel eciam loqui cum domino Petro Kmita

[right margin: sibi hominis in iure versutissimi et turbulenti]

de Visnicze Marschalco Curie vt eum admoneret per literas quia dominus Castellanus Cracouien plus mihi est obligatus, et tota domus de Thanczin, qz domino Biechouiensi.

Meus frater Gregorius non procreauit filium, sed pro re certa dictum est mihi, qp habuit vtriusqz sexus genitale, sed foemineum magis erat notorium qz masculinum, et vxorem eius viduam esse adhuc virginem. Me recomendo ala vra Mta, e asemior re giowene, e asemiora mia bella Isabella infanta, T degra preco non me lassale de gra sua, et me adiuuate in che kosa polita, per che io sum bon seruitor de vra Mta assai choshe deuerie sciuer ala vra Mta ma non ho adesse tepo esser pagto. Dat in Pultosko quarta die mensis Julij Anno domini M° . D° . XXXiij .

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Ciuibus Lublinen[sibus]

Famati domini amici nobis dilecti. Fuit hic apud nos Prepositus Sanctimonialium Monasterii istius Sancte Brigitte Lublinen[sis] et exposuit nobis suo sororumque suarum nominibus, quod non paruo dano et iactura affecti sint per concordiam super aque ductu per bona eorum ad Ciuitatem istam dirigendo vobiscum initam, ortos namque et prata ipsorum ex quibus vtilitates suas habuerunt, adempta et occuppata eis per vos esse, hoc vero amplius vos domunculas eciam ipsorum ex quibus eis census annui dependuntur submouere velle, asserens idem Prepositus se dictasque Sorores suas fauere quidem commoda queque isti Ciuitati, sed quatenus id citra dispendium et iacturam vtilitatum suarum fieret, quibus multum accisum esset per eam ipsam concordiam quam ait ab ipsis Sororibus parum considerate pertractatam esse, vtpote que conclusę seruitutique diuine addicte ac eiusmodi rerum agendarum prorsus imperite essent, Quare cum saluis consciencijs vris nihil ab isto ipso Monasterio cum eius damno et iactura per nos alienari posse existimemus. hortamur vos vt vos saltem à predictis domunculis dimouendis contineatis neque illas attingatis vsque ad reditum Mtis Regie ex Lithuania, presertim cum alioqui stantibus eisdem domunculis aque ductum iam habeatis, ita vt non videatur necessarium illas dimoueri. Cum vero deo dante redibit Mtas sua ex Lithuania curabitur à nobis quod mittere dignabitur Commissarios suos, nosque eciam cum illis mittemus nros, qui simul rem omnem oculis subiciant, et quod citra incommodum vestrum ac Monasterii predicti fore videbitur in vtramque partem constituant, bene valete ex Bodzanczin xa octaua Julii Anno domini Mo Do XXXiijo

Sigismundus primus Rex Polonie
Civibus Lublinen~

Sacra Mtas et domina, domina mea clementissima humillima
mei commendacionem. Ad mandatum vre Sacre Mtis,
quo apud me nihil maioris est ponderis, curaui vt aulicus
iste vrarum Mtum et cito probeqz curaretur et omnem in domo
mea commoditatem in omnibus haberet supplicoqz vre Sacre Mti
vt semper mihi mandare dignetur quicquid intelligit servicii me
eidem vre Sacre Mti vnqz prestare posse nihil mihi erit gra-
tius, cui me eciam atqz eciam humiliter commendo Poltonie
xiij Julii Anno domini M°. D°. XXXiij°

Sacra Mtas, petit nonnullam rem exiguam meo nomine Ds
Mathias Notarius Mtis vre que quidem res non adeo in
meum aut meorum quam in servitoris Mtis vre comodum
spectat. supplico humiliter dignetur id facere quod eius erit
arbitrii et gracie, contra quam nihil nedum in istis leniori-
bus sed ne in maximis quibusuis hiscere vellem

SAcra Regia Mtas et domine domine clementissime Post hu:
milem seruitutis et oracionum mearum commendacionem. Cum
proxime Oppidum Skrzin infoelix incendii casus absumpsisset,
scripsit ad me dominus Abbas Sulecioniensis cuius idipsum erat
oppidum, ut ad Mtem vram Sermam intercederem quo mise:
ris loci illius Oppidanis quibus vniuersa rerum substancia et
domestica suppellex conflagratione disperiit, à soluendis pub:
licis contribucionibus immunitatem concedere dignaretur. Cu:
ius ego iusto et honesto desiderio annuens et calamitati dam:
na passorum compaciens supplico humiliter vrae Sermae
Mti dignetur pro sua clemencia Regia angustie et egestati mi:
serorum succurrere, libertatemque illis à soluendis coeteris,
publicis contribucionibus plurimum annorum, à Contribucione
verò Czoporwe et Podwodarum prestacione quibus precipue
grauantur ad aliquot nominatim annos concedere, namque et
ipsi propter longinquitatem aduehendorum comparandorumque
roborum longi temporis internallo edifficia sua instaurare
non poterunt, quo rem piam et liberalitate sua Regia dignam
faciet Mtas vra Serma, quam miseri et afflicti Ciues cum
domino Abbate et fratribus Monasterii Sulecioniensis per:
petua seruitute et deuotis ad deum oracionibus Mti vrae,
Sermae mereri curabimus. Commendo me rursus et seruitutem
meam integram Mtis vrae Sermae quam dominus deus in
optata foelicitate rerumque omnium affluentia seruare nobis
et Regno huic incolumem multo tempore dignetur Datum
ex Sandomiria XX Julii Anno Mo. Do. XXXiijo

Petrus Tomiczki Eps Craccouien Vicecancell
Ioanni Choienski Epo Praemisliensi

RME in Chro Pr et domine, frater et amice charissime et honorand. Dedi ad Mtem Regiam literas quibus intercedo et supplico apud Mtem suam vt incolis Oppidi Skrzin, quod nuper cum vniuersa illorum supellectili conflagrauit, immunitatem a publicis contribucionibus concedere dignetur. In qua peticione vt ego et dns Abbas Suleonien cuius hoc est oppidum, et qui etiam ad Mtem suam scribit commodius exaudiamur. D. vram rogo operam suam facere velit, et ita miseris oppidanis predictis patrocinari curet, vt longiorem qz dari oppidis non muratis consueuit, immunitatem consequantur facturam in hoc. Do vra Rma re officio suo et pietate Chriana dignam et mihi apprime grata. Cuius me amori et beneuolencie fraterne commendo et opto illam esse incolumem et semper foelicem Datt Sandomirie die XX Julii Anno domini Mo . Do. XXiijo

Tomicius Eps: Bonae Reginae

SACRA Rlis Mtas et domina, domina clementissima Post humilem mei et oracionum mearum commendacionem. Declaratum est mihi Citatos esse filios olim Nobilis Olanczki vt de administratis per parentem bonis rationem faciant et Priuilegia que ad bona hereditaria haberent exhiberent. Qua in re tametsi non dubito coeteros fratres mandato et citacioni parituros, quia tamen vnus qui apud me est, et quem ad Rmum . D. Epum Ploc. cen in certis meis negociis non pridem misi ad prefinitum tepus

comparere non poterit Mti vrae primum supplico vt illum excu:
satum habere, deinde vt de omnibus negociis cum fratribus illius
gratiose et secundum aequitatem transigi mandare dignetur quod
ego cum seruitore meo Mti vrae officiose mereri semper cura:
bo Cuius gratiae me et seruitutem meam iterum atq iterum
commendo et a deo optimo Maximo precor vt Mtas vra cum
Serenissimis Coniuge et filio ac filia dominis meis clementissimis va:
leat, et ad nos cito incolumis reuertatur Datum in Bodza:
egin die XXIX^a Julii Anno Mo Do XXXiiio

Sigismundus Rex
Consiliariis regni

Magnifice sincere nobis dilecte. Venerunt huc ad nos noui istius
Imperatoris Precopen Nuncii, qui exposita Principis sui in ami:
ciciam nobiscum ineundam propensione veterem Cantilenam auribus
nostris occinunt eaq munera, quae olim magno dominiorum nos:
trorum detrimento Thartaris dabantur exposcunt et pene exi:
gunt, ponen ob oculos, quantis conatibus et promissis hostes nri
Valachus et Moschkus, eos sibi adiungere satagant ad quo:
rum partes vbi inconsolatos absq subsidio dimitteremus conce:
dere cogentur, Inito itaq cum Senatoribus huius Ducatus nri
consilio, Cum imminens periculum, quod ex gencium istarum con:
iunctione Dominiis nris euenire posset, aliter auertere non
possemus, visum est nobis salubrius consilium, vt necessitati po:
cius aliquid in presens concedamus, qz postea, contra tot hostium
agmina, in vnum coacta armis decertare deberemus. Statuimus
itaq cum Imperatore Precopen, misso ad eum nunctio nro tra:
ctare, vt acceptis pannis et aliis rebus, quae hic mille Sexagenis
emi et apud eos tribus millibus et amplius estimari possent, atq

trecentis florenis in auro in singulos annos pro stipendio, hunc Ducatum meum ab incursionibus hominum Campestrium quos Kozaki vocant, securum faciat, et insuper si necessitate aliqua (quod deus avertat) compulsi indiguerimus Thartarico subsidio, teneatur ex pactis presentibus Imperator ipse tot millia hominum, contra hostes quoscumque nros quotquot postulaverimus, nobis ad medium annu militatura mittere quorum stipendium pro qualibet persona ultra unum aureum ascendere non deberet, et quot homines nobis militarent, tot florenos in auro pro stipendiis illis numeraremus. Eademque racione Polonie Regnum ab incursionibus Thartarorum liberare vellemus, oblato illis simili stipendio, ex Regno quotannis in panno soluen, ubi et illi, que oblaturi sumus acceptarent, et hec racio constituende cum illis pacis probaretur Regni nri Primoribus, et S. tue cuius in hac re consilium expectamus, quod per hunc Tabellarium nobis perscribere pro fide et officio suo non negligat.

Palatinus Valachie misso uno et altero ad nos Nunctio modestioribus quidem verbis de pace agit, et obsequia offert verum Pokuchie à nobis petit, et Nunctios ex consilio suo ad nos mittere promittit, pro quibus Saluum Conductum à nobis postulavit, et obtinuit. Proinde S. tua significabit eciam nobis, quemadmodum gerendum agendum censuerit, cum homine isto, ubi missis Oratoribus, reiectisque solitis suis peticionibus pacis foedera vel simpliciter vel iuxta priora pacta nobiscum inire voluerit Cuius fides, ut non potest non esse semper suspecta, ita aperta hostilitas non omnino sit contemnenda, Quia vero Saluum Conductum Oratoribus ipsius eo ita postulante hac condicione dedimus ut infra tres menses ad eum redire possent, Et proinde necessarium putauimus antequam veniant Nunctii ipsi capere consilium à S. tua Que bene valeat Dat. Vilne XXV.a Julij Anno M.o D.o XXX

Petrus Tomiczki Eps Cracc. vicecancell
Mathie de Drzewicza Archiepo Gnesnensi

Rme in Chro Pater et domine maior honorandissime. Magnas ago et habeo. D. Vrae Rme gras quod et litteris suis humanissimis et honesto nunctio domi mee me visere dignata est que illius singularis erga me beneuolencia est mihi summopere grata et illam omni studio opera et facultate mea erga. D. Vram Rmam referre semper curabo.

In finibus Russie tranquilla esse omnia nunciantur Mtas eciam Regia dominus nr deo sit gra cum suis omnibus bene valet prout hoc et alia scitu digna ex exemplo literarum. Ds Crasowski quod cum presentibus mitto. Do. Vra Rma intelliget.

Dominus Jacobus Trczieschowski Canonicus et officialis Ecclesie mee homo pius ac religiosus feria secunda post festum Sancti Jacobi sicut domino placuit mortuus est morte quidem qua coeteri mortales vitam suam finire solent, sed ex causa mortis eiusmodi, quam antehac alicui apud nos obtigisse huiusque nemo legit vel audiuit, paucis ante diebus habuit ventrem valde strictum et cupiens illum fieri paulo solutiorem nemine in consilia adhibito inseruit sibi stipulam seu pocius calamum Arthemesie in anum sed id saluo honore sit dictum, cum is nihil promouisset imposuit et secundum calamum, volens educere priorem que res illi infoelicissime cessit calamus enim calamum tanquam clauus clauum pepulit et vterque in corpore hesit, alter tandem egre extractus est, alter peruenit ad intestina, quae, vt dicitur lesit, et ex ea lesione extinctus est, post cuius mortem cum altare collacionis. D. Vrae Rme in Ecclesia mea vacet pro quo. D. Vrae Rme. D. Macziciowski gentilis illius per literas supplicat nihil dubito illud. D. Vram Rmam collaturam hoc enim tempore suplu

edificiorum exhaustus subsidio eget et de D. vra Rme gra multum sibi pollicetur.
Domini Doctoris Rzeczicza negocia. D. vra Rme singulariter comendo et rogo illam plurimum vt in Sacerdociis Diocesis sue que nuper in Vrbe impetrauit, tueri et deffendere illum dignetur, nam et ille dignus est qui adiuuetur, et ad liberalitatem D. vre Rme pertinet vt eius officia que in Vrbe ferme omnibus nobis suma diligencia et fide prestat vel hoc protectionis genere remunerentur.
Preterea commendo D. vre Rme Ecclesiam meam Collegiatam Sandomirien et ab illa rogo quod aliis literis per dominum Strambosch datis rogaui, dignetur litteras et processus conseruatoris a Sede Aplica ipsi Ecclesie concessi in sua Diocesi suscipi et exequi mandare vt ille Clerus commodius prouentus suos quorum maiorem partem in ista D. vra Diocesi habet exigens eum nunc esse Archiepm gratuletur, quem antea apud se cantorem fuisse gaudebat. Cetera is D. vre Rme nunctius verbis illi declarabit commendo me amori et beneuolencie D. vre Rme quam diutissime sanam atqz semper foelicissimam esse ex animo opto Dat in Kielcze prima die Augusti Anno domini M° D° XXXiij°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Luce de Gorca Castellano Posn: Capitaneo
Maioris polonie generali.

Magce domine, domine et frater honorandme. Cum non pridem ante Mgcia vra ad me scripserat postulatum à se esse vt filia olim domini Palatini Posnanien de Lubranietz filio domini Andree Oparowski Palatini Lancicien despondere vellet, ego ignorans conditionem ignorans facultatem eorum à quibus longo interuallo disiunctus essem: arbitrio Mgcie vre id detuleram, vt illa faceret et concluderet que puelle mee curationi commisse et eius domui atque familie magis expedire iudicaret. Quod tametsi nunc quoque non muto, quia tamen Mgcia vra aliam hoc tempore pro puella predicta conditionem oblatam esse scribit que illi probatur ego quoque de hoc meam sentenciam cum illius coniungo iudicio, ita tamen vt sine voluntate et consensu puelle et eius matris Palatine que de priore filia preter voluntatem suam nupta queritur, nihil in Matrimonio constituatur. Spero tamen quod mee et Mgcie voluntati non repugnabit. Heri accepi ex Cracouia literas domini Prepositi Gnesnen quibus declarat et scribit mihi, fuisse apud se nuper nunctium dominorum Ducum Bauarie qui ante paucos dies Budam reliquit, et retulisse sibi quod pridie quam illinc discessisset, venisset Budam filius domini Gritti nomine Oratoris à Caesare Thurcarum ad Regem Joannem, publiceque Regie illi Mti longa oratione se presente et audiente retulisset pacem iam per Thurcarum Caesarem inter suam Mtem et Sermum Ferdinandum Regem confectam esse, ac presentibus illic tam Caesaris mei Romani quoque eciam ipsius Sermi Ferdinandi Regis Oratoribus atque assencientibus eciam, in eum modum publicatam, vt totum Regnum Hungarie quantum est, maneat apud Joanem

Regem id actum esse in fine Junij modum tamen sarciendorum su:
plium Sermo Ferdinando Regi suspensum esse Budam ad aduen:
tum illuc aliorum Oratorum Thureci hec vt ad me scripta sunt
volui significare vre Mgcie. Cuius ego me amori et beneuole
cie fraterne commendo et foelicissimam cum suis omnibus esse
atqz recte et qz longissimo tempore sanam et incolumem ex animo
opto Datum in Kielcze iiij^a Augusti Anno domini
M^o D^o XXXiij^o

Tomicius Eps Vicecancell.
Andree de gorca Castell. posnan.

Mag^ce domine frater char^mi. In negocio de quo Pater Mgcie
vre mihi scripsit respondi per literas Mgcie sue ex quibus
litteris vra qz ipsa Mgcia intelligere sentenciam meam pote:
rit et cognoscere quod non aliud hac in re arcem vel proui:
deam qz vt curationis offitium quod mihi cum parente Mgcie
vre commune est ad bone administrationis laudem et effectu
perducatur vtqz in eo necessariis et gentilibus meis comendemus
Quod restat opto ex animo vt Mgcia vra cum parente et reli:
quis charis amicis suis diu et foelicissima viuat sitqz recte
sana ac incolumis Datum in Kielcze die iiij^a Augusti
Anno domini M^o D^o XXXiij^o

Petrus Tomiczki eps. Crac. Vicecancell. proconsulibus et consulib. Wratislavien.

F

Amati domini amici nri dilecti. Accepimus litteras vras quibus studium et diligenciam vram nobis declaratis, quam in pacificando ad offitiumqz revocando Jacobo Mischka prestitistis pro quo commun nomine publice pacis et tranquillitatis conservande agimus vobis gras. Quod vero ad institutum ipsius Jacobi Mischka attinet quod nobis in sceda perscriptum misistis, tametsi nobis iniquam peticionis et desiderii sui racionem habere videtur, reijcere tamen vel accipere condicionem hanc ad presens non potuimus, cum dominus Leonardus Fogelweder adversarius illius nunc a regno absit sitqz in Lithuaniam ad Sermum dominum nrm in certis suis negociis profectus Quare anferendam hanc rem ad reditum illius censuimus vos autem rogamus, vt more nre aliquantisper indulgeatis, vt primum enim redierit tractabimus cum illo de tota hac negocij racione et quidquid vel ille susceperit vel nobis ex republica videbitur, ad vos perscribere curabimus Interea damus vobis facultatem temporis longioris prenominato Mischce publica fide prorogandi, quo vel agere apud nos contra adversarium vel cum illo transigere commode possit Cupimus vos foelices esse omnes et bene salvos ac incolumes. Datt Cracovie xiiij^a Augusti Anno domini M^o. D^o. XXXiij^o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Seuerino Bonero Castell. Zarnouiensi &
Zuppario ac Magno procuratori Cracouien

Generose domine amice charissime. Declarauit mihi Wladarius meus Cracouien magnam se sustinere incommoditatem in conuehendis lignis aliisque rebus ad Curiam Epalem mea comportandis, ob deiectum Pontem super fluuio Rudawka ante portam Ciuitatis, qua itur ad foerale et Vislam. Quare rogo plurimum D. Vram ut Pontem preter necessitate deiectum iterum extrui faciat, vel ut eum meus Wladarius pro mea et multorum hominum commoditate extruat permittat, communis enim multorum vtilitas vel incomodum pluris est faciendum, quam parua in lignis Regiis iactura, que alia racione quam meo et popularium damno atque incomodo vitari potest, hoc est si pro suo officio D. Vra custodiam potius adhibere, quam libertatem et vsum Pontis longo tempore sine querela ad communem vtilitatem obseruatum intercipere curauerit. Preterea a D. Vra rogo quemadmodum et prius rogaui vt me certiorem facere velit quam summam census anni ex Salinis habituri sunt Sacerdotes in Sacello Regie Mtis diuinis procurandis instituendi vt scire possim quo pacto littere erectionis sint conficiende quas confectas et scriptas Mtas Regia ad se Vilnam mitti mandauit. Quod reliquum est, D. Vram magnopere rogo si quid rerum nouarum habet vndecunque, perscribere ad me non grauetur et valeat foelicissime Vra D.o meque habeat charum et commendatum. Datum in oppido meo Kielcze die xxi.a Augusti Anno M.o D.o XXXiij.o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Josto Decio Consuli Cracouiensi

Nobilis domine amice charissime. Mittimus cum presentibus in manus vras litteras quibus nos et dominus Epus Plocen Ne: pos me Erasmo Rotherodamo respondemus, quas vt ad ipsum Erasmum certo alicui et fido homini perferendas tradatis à vobis magnopere rogamus. Coeterum opus habemus paprio peregrina bona solida et candida, minoris comunis, et maio: ris quod rogale vocant folii, Quare rogamus plurimum à vobis vt vtriusqz aduehi nobis duas Resas vndecunqz faciatis, Nam ad literas que Regio et nro nomine ad Reges et Pri: cipes scribi solent Crac paprius plane non valet, hanc enim cum aduecta fuerit libenter soluemus, et operam vram bene: uolencia et gratifficatione nra refferemus, bene valeatis et foelix semper sitis Dat in Kielcze die xxi^a Augusti Anno domini M^o. D^o. xxxiij

Cricius Regine.

Sacra Mtas et domina, domina mea clementissima. humillimam mei comendacionem. Pretereuntem hac patrem Commissarium diligenter rogaui vt et manum osculareture meo nomine vre Sacre Mti et me illius gratie commendaret, quod illum spero factu: rum, spero item vram Sacram Mtem fore mihi semper domi: nam clementissimam qui ei et fui semper et ero dum viuam fi: delis seruitor. quod aliud scribam ex hoc loco non habeo, nisi me iterum gratie vre Sacre Mtis humiliter commendo Polthouie xxvij^a Augusti Anno domini M^o. D^o. xxxiij^o

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Ioanni Choienski Epo Premisliensi

RME in Chro Pr et domine frater et amice charissime ac honoran. Mitto cum presentibus alias quas in Urbem conscripsi in manus D. vra Rme litteras, quam rogo plurimum ut illas manu Regie Mtis subscribi curet, et subscriptas huc ad me vel Crac in manus domini Zupparii seu Doctoris Borek per primum qui occurreret nunctium transmittat. In quibus litteris cum sine ulla Commissione Regie Mtis de prorogatione Jubilei ad istam Vilnen Ecclesiam adscripsi. Do. vra Rma explorari à Mte sua poterit, velit necne, simul cum Jubilei ad Ecclesiam Plocen prorogatione quam dominus Epus Plocen sollicitat peti adhuc et expedivi hac enim in re arbitrio Mtis sue meam submitto sentenciam valeat et sit foelix vra Rma Do. et me diligat Datum in Kielcze XXVII Augusti Anno domini M° D° XXXIII°

Petrus Tomiczki Eps Craccouien Vicecancell.
petro Kmite de Vissnicze Marsalco regni

Mag^ce domine amice et affinis charissime ac honoran. Fuit hic apud me dominus Andreas de Thanczin Castellanus Crac cum iter hac via faceret ad dominam Thesaurariam sororē suam in Rithuam egrotantem, declaravitq mihi cum magna animi amaritudine et acerbitate Mgciam vram violenciam domini sue quam habet in Castro Crac et nescio cui servitori suo fecisse pro qua hactenus sibi non esset satisfactum et preterea obstaculum in flumine Rudawa seu Nieczecha admi:

iniuriam suam deiecisse aut deici mandasse cum id facere neqz honestas suaderet neqz decretum quod nuper Mtas Regia tulit inter Moniales de Swierzimecz et alios qui aquam illius fluminis ad se et vsum suum deriuarunt et deduxerunt admittebat, simul postulans vt Mgcie vre persuaderem, ne absqz causa istiusmodi non amicis factis secum in contencionem venire velit, que res quomodo se habeat tametsi est mihi incognitum Cum tamen siue hoc siue aliomodo fiat mihi tanti momenti esse non videatur vt per illam Mgtia vra cum domino Castellano in dissidium animorum venire debeat, plurimum rogo vram Mgciam, vt nihil preter equitatem et decreti dispositionem contra ipsum dominum Castellanum hac in re facere velit, ne putet sibi ista in contumeliam à Mgcia vra adornari et fieri, neue non necessaria litigia inter se et Mgciam vram suscitari ex composito existimet, faciet in hoc Mgcia vra rem prudencia sua dignam et mihi admodum gratam cuius beneuolencie et amori fraterno me comendo illaqz semper foelicissimam et recte cum domina Coniuge sua sanam et incolumem esse ex animo opto Dat

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell Bernardinis in Capitulo Radomien coggatis.

Venerandi ac Religiosi Patres, fratres in Chro charissimi. Religiosa Rosa Strzeschowska in tercia regula spiritualis Soror vra iam ab aliquo retro tempore summis precibus à nobis flagitauit, vt intercessione nra impetraremus à vobis quo posset domicilium circa Claustrum Sancte Catherine ordinis vri in Heremo sibi constituere et ibi solitariam vitam complexa, vitam in oracionibus et ocio sancto transigere. Cuius pio desiderio et voluntati nos deesse nolentes rogamus P. Vras, vt illius

precum in hac parte rationem habere velint. Verum cum nos ignoramus à quo illi victus illic subministrari debeat id illarum considerationi et iudicio expendendum committimus et si consultum hoc factu videri debeat arbitrio relinquimus, Nos enim parati sumus domuncula illi in qua habitet extrui facere Quód reliquum est commendamus nos oracionibus P. vrarum et vt bene foeliciterqz valeant omnes ex animo optamus Dat

Petrus Tomiczki eps Crac Vicecancell.
Georgio Marchioni Brandeburgensi.

Illme Princeps et domine colendissime. post mei et officiorum meorum commendacionem. Martinus Baschcat subditus meus de Oppido Illza qui presentes Illme D. vra reddere per se vel per alium curabit. Questus est mihi de quodam in Ducatu Opolien ferrarie fabrice Mgro, quód illi certam peccunie sumaz debeat eamqz dissoluere illi minime curet, Qui cum sit subditus Illme D. vre ab illa plurimum rogo vt solutionem illi precipere et meo subdito iusticiam ministrari mandare dignetur, Quo rem mihi gratam et sua equitate dignam Illma D. vra prestare dignabitur, quam ego in similibus pari officio illi et subditis illius referre curabo Cuius beneuolencie me et officium omne meu commendo illamqz foelicissimá semper esse, et recte incolumem ex animo opto et à deo precor Dat in Kielze die vi^a Septembris Anno dni M^o. D^o. XXXiij^o

Sigismundus Rex Polonie
Ferdinando Regi Ro. vng. Bohem.

Serme Princeps etc. Nunciatur persepe ad nos qz non equa ser:
uetur vicinitas a subditis Mtis vrę Sermę in finibus qui Sle:
siam à Regno nrō dirimunt. Non solum enim in illis locis quę
non sunt per Commissarios Mtis vrę Sermę et nrōs reuisa
et dispertita, queruntur subditi nri, se iniuriis affici, sed in
hiis eciam in quibus communes Commissarii proxime certos fi:
nium terminos declararunt et positis signis confirmarunt. Quę
res est nobis vt debet non mediocriter molesta et grauis, preser:
tim cum id preter voluntatem Mtis vrę Sermę ex sola domino:
rum de Rachemberg curiositate et subornatione accidere per:
spiciamus. Quare Mtem vram Sermam plurimum rogamus
vt Illri domino Carolo Duci Minsterbergen Capitaneo Du:
catus Glogonię committere dignetur ne finium iura et consti:
tuciones proxime factas violare permittat: sed ita illos conser:
uari et tueri nomine Mtis vrę precipiat, vt et honos vtriusqz
nrm et bone vicinitatis leges postulare videntur, de his autem
locis quę reuisione adhuc indigent constituere idem quod de
prioribus Mtas vrā dignabitur, ne diutius in ista incerti:
tudine subditi nri hereant et se contumeliis et iniuriis nō
necessariis lacerent, in quo Mtas vrā non minus nobis rem
gratam qz illius confinibus locis et populis necessariam et vtilem
faciet. quam nos vicissim fraterno amore et amicis officiis refer:
re semper Mti vrę curabimus, cuius nos beneuolentissimo
animo sicut solemus diligenter commendamus, et foelicissimam
esse semper atqz diu saluam et incolumem esse optamus Dat.
Cracouię XXI Septembris Anno domini M.D.XXXiij.
Regni vero nostri anno XXiiij

vw

Sigismundus primus Rex Polonie
Vlado Voievode Multanie.

SPectabilis et Mg^ce domine, sincere nobis dilecte. Is Orator Vrae Mgciae Exposuit nobis singula prudenter et modeste quae a Mgcia Vra in mandatis de amiciciae et propensionis oblacione acceperat, Cuius quidem propensionis et amiciciae q3 nos grati sumus, ipse coram verbis exponet, Nam illi ad singula quae locutus est verbis vicissim responderi fecimus, et a Mgcia Vra postulamus vt quae nomine nro refferret grata et accepta habere velit. Quam bene valere et foelicem esse optamus semper. Dat

Legatio a Voievoda Valachie: ad Joannem ex Ducibus Litua. Epm Vilnen: quam nuctius Voievodae in scripto: epo obtulit.

Litteris ac rebus omnibus, quas Vra D. domino meo scripsit per servitorem suum Stanislaum Conarzerovski dominus meus sufficienter intellexit.

Primum quod scripsit Vra D. domino meo quomodo sollicitare et interponere non pretermittit D. Vra partes suas vt inter Sacram Regiam Mtem, et dominum meum concordiam componere posset. dominus meus pro hoc D. Vre magnas agit gras, et grato id ab ea suscipit animo, vti ab amico bono et vicino suo propinquo

Jtem scripsit Vra D. quomodo miratur exinde plurimum, quod ex priori Legatione domini mei nihil D. Vra intelligere potuit, quod tendere posset ad concordiam ineundam vel Inducias pacis suscipiendas cum Sacra Regia Mte vnde habere voluit Vra D. vt dominus meus id Vre D. quod ante intimaverat apercius significaret.

Dominus meus postpositis ad presens rebus maioribus breviter id Vre D. perscribit et intimat.

Quod petit D. Vra concordiam et Inducias ad decursum vnius anni vt interea inter Sacram Regiam Mtem et dominum meum Oratores in vtramque partem venire possint. Ad hoc ita dignetur scire D. Vra, preteritis his temporibus venerat ad dominum meum vnus Nuncius a Bielograd a terra Hungarie cum rebus ac litteris Sermi domini Regis Sigismundi, similiterque peciit Inducias ad vnum annum vt Regno Regie Mtis ex dominio domini mei ita tandem non essent offendicula et quod ex vtraque parte inter se nuncios mittere liceat, Dominus meus tametsi tunc lras

illas Mtis sue ab eo Nuncio non acceptaverat nec acceptavit vt ad tenendum cum Mte sua Inducias aliquas teneretur Tamen vsqз ad hoc tempus dominus meus Regno Mtis sue nullam perturbacionem fecit, et in omnibus se erga dominium Mtis sue continentem gessit Nunc qua de re opus esset ad annu vel ad aliquod aliud tempus Inducias ipsas accipere. Siquidem apud nos suscipiendi huiusmodi terminos Induciarum consuetudo non est, Verum si vult Regia Mtas cum domino meo vti pace et concordia, vtatur Mtas sua prout Mti sue melius videbitur, sive ad annum, sive vltra, sive vt Mti sue visum fuerit dominus meus ad id consentit, nec vllum offendiculum Regno Mtis sue facere vult imo in omnibus pacem servabit tamdiu donec forte Mti sue Regie melior deliberacio supervenerit componere pocius cum domino meo pacem perpetuam ne sanguis Christianorum amplius effunderetur.

Deinde scripsit D. vra vt dominus meus ad Sacram Regiam Mtem Nuncios suos mitteret. Sciat D. vra quod eos dominus meus, nequaqз mittere vult nec mittet, donec prius Sacra Regia Mtas ita vt dominus meus ante scripsit, non miserit suos Nuncios ad Camieniecz, et dominus meus suos Nuncios ad Choczim, hoc donec factum non fuerit, dominus meus Consiliarios suos ad Regiam Mtem mittere in Legatione non potest, Scit enim D. vra quod antequam inter quosqз Principes maiores Oratores veniunt, leniores premittuntur vt maioribus securitatem obtineant

Neqз eciam convenit Rme domine quod dominus meus prius nuncios suos ad Regiam Mtem mittere incipere debeat, Siquidem ipse a Regia Mte profligatus, spoliatus, et dampnificatus est hacqз iniuria accepta quod Inducias adhuc ipse

querere debeat hoc illi facere non licet. verum dignum et hone-
stum quod Mtas Regia prior presens nuncios suos ad dominum meum
transmittat et eum reconciliet quod eum profligauerit.

Non superbiat Sacra Mtas Regia quod dominum meum profligaue-
rit, id enim non potencia Mtis sue verum fortuna Mtis sue fa-
ctum est, que eciam vices suas sepius mutat, non sua Mtas, verum
deus. is dominum meum castigare voluit eo quod eciam superbus fuit,
Mtas sua si se ex hoc iactauerit idem illi accidere poterit. Ta-
men quia et Mtas sua et dominus meus domini Catholici sunt.
satius est vt pacem perpetuam ineant, ne sanguis Christianus
decetero effundatur ad quod D. vra singularem operam
suam quum eciam dominus Christianus est interponere digne-
tur.

Si sacra Regia Mtas Rme domine mittet Nuncios suos ad do-
minum meum propter concordiam et pacem si cum quinquaginta
aut centum et plus equitibus venerint dominus meus vult
hos nuncios Mtis sue grato animo suscipere honorifficare
in Legacionibus exaudire et tractare cum omnique quo decet
honore iterum liberos ad Sacram Regiam Mtem remittere
hec dominus meus intimauit Dni vre. Dat ex Curia ipsius
Pallatini dicta Czussi die XVII Marcii Anno domini
M° . D° . XXXIII

Responsum a rege Sigismundo primo datum nuncio Petri Voievode Valachorum.

Poselsthwo ktores przed Crolem iego M^ia^ od pana swego Voiewodi Valaskiego powiedzial y napismies ie dal, ten skutek wsobie zamikalo.

Przodkiem zadales malego podarza, to iesth Pokuczia panu swemu, przithim abi Crol iego M^c^ opissal listhem swim, ktorim sie obiczaiem iednacz chcze spanem thwogim. Zandales thesch o glieith wielkim Poslom abi daliei trzech Miesianczi dzierzem niebili. Powiedziales przithim isch sie pan twoi niemoze iednacz ginaczei ieno izbi mu Pokuczie dano bilo.

A tak nati rzeczi Crol iego M^c^ kazalczi powiedziecz, isch bil tei nadzieie izesch mial sginakschim Possellstwem przieechac, gdiss natakowe prozbi i posellstwa, ktore pan Voienoda ku Croliowi iego M^ci^ przesczie pierwei, y przes ginsche Posli y listi czinil bilo powiedziano, isch Croliowi iego M^a^ nieiesth rzecz mozna abi mial od Corony oddalicz Pokuczie ktore od wiekow ku Coronie przislusche. A pan Voiewoda zadnei sprawiedliwosczi kniemu niema, abes sluschnei przi: czim sie go napiera, skand sie okazuie isch pan Voiewoda wprziiazni wdobrim Sasieczthwie skroliem iego M^ia^ mieszkacz wolei niema poniewasch podthim obiczaiem, Posli swoe chcze poslacz, iesli mu Pokuczie bendzie dano, czego ani Croliowi iego M^a^ vczinicz ani panu Voienodzie sie napieracz nieprzistogi

A wschakosch Crol iego M^c^ iako pan Chrzescziianski ktori vchra:
mia

rozliania krwie Chrzesczianskiei raczi dawacz gleitt wielkim Poslom pana Voiewodzinem, abi mogli wolnie a przespiecznie ku Crolowi iego Mci przijachacz i zasię odiechacz à ku panu Voiewodzie wetrzi miesiacze abo richliei sią przijwroczicz

Ktorzi Poslowie benda mogli iednacz s Croliem iego Mcią o dobrim à Chrzesczianskim pokoiu i sasieczthwie tak iakobi bes tego napierania Pokuczia dawna przijazn miedzi timi panstwi odnowiona à na wiekugiste czassi dobrze vczwierdzona bila

A to bendzie pewni à czali obiczai, zgodi a wiecznei przijazni gdi sie kozdi wedlie stara dawnego obiczaiu wgranicząch swich sprawiedliwie zachowowacz bendzie, tak iako za przodkow zmarlich bilo. A to iesth odkas Crolia iego Mci na Poselstwo twoie

Ioannes Chogenski Eps Praemislien
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancello

RME in Chro Pater ac domine domine fautor colen^me. Post obsequiorum meorum commendacionem. Ab eo die quo Lithuanie Ducatum ingressi sumus, nemo occurrebat per quem potuissem scribere. P. vra Rme nactus itaq3 hunc Tabelarium de omnibus eam, que hactenus contigerunt certiore facere volui, Ser^mi Principes nri per dei gram commode et prospere iter ceptum peregerunt, et nisi pulvis, qui ob nimiam siccitatem in arenosis locis istis multus erat et molestiam intulisset, profecto foelicius cedere non potuisset, multi ex Primoribus huius Ducatus splendido comitatu ornati non procul à limitibus exceperunt Principes et Comitati sut vsq3

huc, adeo numerosus equitatus erat et splendidus quod nemo dicat se prius hic vidisse similem, estimabatur namque ad tria millia hominum cum ingressi sumus Vilnam, quod fuit xa die huius mensis pene in meridie. Sacra Mtas Regia in Grodno primum ingressa est balneum, vlcere pedis optime sanato, et in presens Mtas sua cum tota domo perbelle valet vtinam ita ad nestoreos annos. Negocia istius hic Ducatus negligentius curantur, forsan ideo, quod dominus Palatinus et Castellanus Vilnen male sint affecti, ob redemptionem bonorum Ducalium de manibus eorum, quam parant dni nri, et iam dictus est dies ad ponendas literas super Grodno, que res turbauit non mediocriter dominum Castellanum Vilnen qui videtur nunc esse coniunctissimus cum domino Palatino cum quo indies consultat quid tandem emerget breui apparebit, sed ominari bonum difficile est adeo enim ab eo tempore quo hic prius ego fui omnia in peius mutata video, vt vix alteri referenti daturus fuissem fidem, nisi ipse oculis vidissem propriis et manibus palparem, summam rei tres occupparunt, hii et qui illis sunt addictissimi crudelem tyrannidem in alios exercent, clamor et vlulatus vsque ad coelum nulla tamen fit iusticie administracio, que eciam sine effusione sanguinis, fame et bonorum priuatione in quibusdam fieri non posset, a quibus quoniam abhorreat clementia Principis mei optime nouit . P. vra Rma

Missus est nuncius in Moscouiam pro Saluo Conductu, de quo variabant sentencie Consiliariorum, quibusdam magis probantibus bellum quam pacem cum Mosco, sed aliud suadente Mte . R. cesserunt et ipsi.) Cum Thartaris suadet ineunda foedera et constituendum illis Stipendium vt intelliget vra . Rma . P. ex litteris Regiis, ego tamen adduci non possum vt credam quod Thartari tam exili Stipendio debeant

esse contenti sed dominus Palatinus Vilnen' hoc suasit et ita conficta pacem sperat) Duo Nuncii à Valacho fuerunt hiis diebus apud Mtem Regiam primus fuit ille Petrus qui à Wlodek captus erat quo hic existente aduenit ille Abraam qui Cracouiam cum Nunctio Thurci venerat et cum quo dominus Iskrziczki habet intelligentiam/ effectum legacionis vtriusqz intelliget Vrá Rma. P. ex tenore responsi Regii quod mitto, mitto et exemplum litterarum quibus respondimus ad ea que scripserunt Consiliarii Valachie primoribus Regni, et nihil aliud habeo quod scribam solum vt me iterum commendem in grám Vre Rx. Pr^ti^ Cui precor foelices annos et dies Datum Vilne penultima Julii Anno domini M^o^. D^o^. XXXiij^o^

Cometes iterum nobis hic visus, nonnihilqz generauit formidinis, presertim quod iam perpetuus videatur continuis tribus annis exoriens

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Præmisliensi.

RxME in Chró Pr et domine frater et amice charme ac honorand. Ago et habeo. D. vrá Rxme magnas grás, quod me de omnibus que isthic aguntur certiorem fecerit, ex quibus id mihi precipue fuit iucundum quod Sermi Principes nri cum. D. Vrá Rxma et reliquis ante sue Officialibus ac seruitoribus, sani ac incolumes istuc peruenerunt, illud autem apprime molestiam quod aliquorum dominorum Consiliariorum istius Ducatus animi, male sunt affecti ad res bene et ex vtilitate reipublice gerendas Verum cum hec sit foelicitas nri Principis quod difficultates, quecumqz siue a subditis suis siue aliunde exoriuntur diuturne esse non soleant, spem optimam concipio suam Mtem et istas istorum dominorum cristas et altos

spiritus, sua prudencia, sine cede et sanguine moderaturam, et in optima demum omnium concordia res istius Ducatus pro honore et commodo suo constituturam pro quo ego hic et pro optata Mtis sue, et omnium suorum incolumitate in tota mea Diocesi, Supplicationes ad deum omnipotentem imperavi et indixi.

Dominus Czwikowski Castellanus Sandecen. paucis ante diebus misit ad me litteras longe et acerbe querele contra dominum Cosczieleczki Succamerarium Cracovien. plenas quem dicit assumere sibi incepisse authoritatem eligendi Consules in Civitate Bochnen. Iurisdicionemque in eos exercendi contra Privilegia sua, De qua re tametsi dominum Succamerarium ad presens arte et ingenio depulerit, Quia tamen metuit ne sub absencia Mtis Regie à Regno aliquid illi iterum negocii facessatur, rogavit à me, vt eius causam Rme D. vre commendarem quare plurimum rogo vram Rmam D. vt in consideratione habeat et observet eius adversarios ne quid impetrent à Mte Regia quod vergeret ad iniuriam illius, vel quod posset aliquam concertacionem non necessariam inter ipsum illum et dominum Cosczieleczki communesque vtriusque amicos parere, hec enim tota de Privilegiis et Iure eligendi Consulatus Bochnen. controversia, commodius in Regnum suspendetur quam quod de illa quicpiam isthic in absencia partium ac non visis illarum Iuribus decerni debeat.

Aque, pluvie, et fluminum ingens inundacio magnum passim in Regno damnum hominibus intulit Que noxia labes, auram pestiferam post se, in hominum alteram perniciem trahere portendit, Cometes etiam qui vbique magnitudine et pallore horridus est visus si quid boni vel mali ominetur adhuc mihi est incertum, retuli tamen negocium ad Astrologos, super quo quicquid ab illis responsi habuero Dni vre

Rme per alium Nunctium declarabo. Mitto ad vram Rmam D. litteras domini Abbatis Andrzeiovien super Theloneo Pontificali quod dari sibi petit in loco quodam quem iam Commissarii Regie Mtis viderunt et lustrarunt, et rogo vram Rmam D. curet illas subscribi manu Mtis sue et ad me per primum Nunctium remitto

Doctor Brzezischow Canonicus et Officialis meus Cracovien, vir probus et religiosus excessit e vita die XXVIIa Mensis preteriti hora noctis secunda qui die Sancti Jacobi tercio scilicet die ante suum obitum bene sanus, missam celebravit, et vesperis interfuit, dominus deus suscipiat animam illius ad sedes suas ethereas. Commendo me amori et benevolencie frne vre Rme D. Quam felicissimam isthic esse atque optime sanam ac incolumem ex animo opto. Datum etc. Anno domini M° D° XXXIIII°

Consiliarii ac Proceres regni Poloniae. Consiliarus Valachie

Rndi, Mgci, Generosi, et Nobiles domini fratres et vicini honorandi. Ex litteris vris quas per Auram Nunctium domini vri ad nos dedistis intelleximus desiderium vestrum iam tandem eo tendere vt pax et concordia inter Sacram Mtem Regiam domini nri clementissimi, et Mgcum dominum Pallatinum Moldavie dominum vestrum conficiatur, optatisque vt Sermo Regi nro et concordiam persuadeamus et terram Pokuczie domino vro donet impetremus.

Verum honorandi domini non putamus vos ignorare quod vniversus ferme orbis novit, Sermum Regem nrm pium et vere Christianum Principem cum omnibus vicis suis amiciciam, pacem

foedera et pacta semper in integritate et debita firmitate conser:
uasse, neqꝫ vlli vnqꝫ occasionem belli aut alicuius hostilitatis
prebuisse, abhorret namqꝫ nedum à Chriano sed ab omni
humano sanguine effundendo vbi tamen per aduersarium
aliquem iniuriam vindicare vel bellum repellere cogitur fa:
cit quidem hoc cum dei auxilio non minus fortiter qꝫ foeli:
citer, verum cauet vt victoria cedat cum quanto minori po:
test effusione sanguinis humani. Cuius rei indicium credimus
D. vris esse in recenti memoria, dum enim nuper exer:
citus Mtis sue post partam aduersus dominum vrm victo:
riam nonis gentibus auctior et foelici victoria animosior fa:
ctus, hostem persequi et Moldaniam igne ferroqꝫ vastari anhe:
lasset, vetitus est iussu Sacrae Mtis Regie apud quam
sedule preces mee vt tum ita et nunc incessanter fiunt, ne
iniuriam per dominum Palatinum sibi irrogatam vlcisci per:
gat, sed terram Moldanie nobis vicinam et olim amica
pro cuius salute et statu conseruando iampridem antecesso:
res mei non reformidarunt proprium effundere sanguinem
aduersus eius hostes nunc per pietatem suam ab incursio:
nibus et depopulationibus suorum liberam faciat. Et effe:
cimus apud Mtem Regiam precibus nris qꝫ gentes et
milites Mtis Regie ab vltione iniuriarum et damnorum
receptorum hactenus quieuerunt. Et quemadmodum nos pace
concordia et bona amicicia inter nos mutua renouanda et
constituenda, quod honestum est Sermo Regi meo et consuli:
mus et ab eius Mte impetramus, ita conuenit vt vrae. qꝫ D.
apud dominum suum eadem impetrent cumqꝫ Consiliis et persua:
sionibus suis abducant à postulandis hiis que concedere neqꝫ ra:
ciones Regni et Dominiorum, neqꝫ anthoritas Mtis Regie per:
mittit, Pokuczie namqꝫ optimo iure et vetustissima Regum
Polonie possessione adeo Regno annexum et incorporatum est, vt ab

eo nulla honesta et utili racione auelli possit. Quod occupatum ut equum et iustum fuit vi et armis recuperare ita indecens et infame esset tot seculis iuste possessum à regno alienare. Proinde vre D. aliam instituant racionem sarciende amicicie et conficiende mutue concordie, et non permittant incedere viam patrum suorum qui cum nris sanctissime pacem foedera pacta et vicinie amiciciam coluerunt ad quam nos quoque sumus propensi optamus ut V. D. bene valeant et nobiscum concorditer viuant

Recurrit Cubicularius Regie Mtis ex Lithuania cum lris ad dominos Consiliarios regni missus, à quibus petit consilium Mtas sua quibus condicionibus et modis suadeant reintegrari concordiam et pacem cum Vaiewoda Moldauien ad quam tractandam et conficiendam missurum se illi promittit magnos Oratores suos. Querit eciam Mtas sua an consentire debeat in soluendum aliquod non magnum aliquod stipendium Thartaris qui nisi certo inito foedere et muneribus in amicicia retineantur, timendum ne cum Mosco et Valacho à quibus magnis promissis continue sollicitantur noua ineant foedera et societatem aduersus. Mtem suam et eius dominia Datt in Kielcze die vij^a Augusti Anno domini M^o. D^o. XXXiij

Rex tunc erat Vilne

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Sigismundo primo regi Polonie

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime. Post humilem etc. Accepi litteras Mtis vrae Sermae, quibus declarare mihi dignata est, q post foelicem suum Vilnam ingressum, Oratores seu Nunctios tam à Voievoda Valachie hoste suo, qz ab Imperatore Precopen, recens Orde illi prefecto apud se habuerit, quorum cum alter propter amiciciam pecuniam et munera, alter propter foedus renouandum, Oratoribus grauioribus publice fidei literas postulent. Mtas vra Serma quid his in rebus factu consultum esse censeam ex me cupit cognoscere, ad que vt ordine respondeam, in primis gratulor magnaqz animi afficior leticia at voluptate, q Mtas vra Serma longo itinere sine magna molestia confecto, ad Vrbem istam suam insignem, bonis auspiciis et firma corporis valetudine peruenerit. Cui vt reliquum omne tempus in rebus isthic agendis et valetudine retinenda prosperum obtingat cum meorum grege Sacerdotum continuis ad deum precationibus institutis, sedulo precor et omnibus imploro votis nam ex Mtis vra foelicitate nobis summa pax, summa tranquillitas prouenit, In qua nullas insidias hostium, nullam preliorum periculosam dimicacionem, sedicionem deinqz et fortune impetum nullum pertimescimus. Deinde ad Thartaros consilium meum referens silencio preterire nolo me gauisum magnopere fuisse quod ab instituta munerum in illos distribucione quam repentina quedam reipublice Regni et Magni Ducatus Lithuanie necessitas, propter aliorum hostium formidinem introduxerat in vniuersum iam pluribus annis cessaretur et q concordibus hic in Regno omnium senteneciis id ne deinceps vnqz fiat

fuerit conclamatum Aduertebam enim pecuniaria redemptione
Thartarorum impetum retinere, neq Mti vrę Serme honestum,
neq Regno et isti magno Ducatui vtile esse posse. Nam vt
decorum non est pari inimico vel hosti dignitate cedere, ita Mti
vrę potenti magnanimoq Regi nequaq honestum fuerit, à
Thartaris inermibus et laceris hominibus bellum pecunia re:
dimere quorum temeritas magis q potencia sola Mtis vrę
augusta magnitudine facile comprimi posset, et quibus si aliud
non esset, Mtis vrę seueritas, longa in rebus experientia
atq magnarum opum opinio metum et terrorem incuteret.
Verum adest Thurcarum Imperatoris, in cuius illos esse sci:
mus officio, Interdictum, quo ex foedere illos à bello prohibet.
Notum denique et perspicuum est nobis illorum iam imbecille et
imminutum robur, ferociaq cultioribus moribus immutata,
in quibus ferme tota spes pacis et defensionis collocari potuisset
Vtile rursus id Regno non esse, nemo est qui ambigat. Nēpe
cum exploratum sit omnibus, Thartaros tum insolenciores no:
bisq solere esse magis noxios cum pecunia nrā ditarentur, nā
illi semper perfidiam cum pernicie magis q obsequium cum
emolumento complecti malunt. considerans tamen Mtis vrę
Serme. et dominorum Consiliariorum istius Ducatus animū
ad id quod per necessitatem quandam aliquocies receperat,
propterea iterum flexum esse vt si quid ab hostibus finitimis
subitum ingruat, isto de Thartaris consilij auxilio suble:
uetur. et ipse assentior. et ad Mtis vrę deliberationem in
hoc accedo, vt Thartari donatiuo hoc (quod mihi perscrip:
tum est) paruo. hoc est mille sexagenis in panno et trecen:
tis florenis in auro Mtis vrę retineantur officio et serui:
ciō adijciendo et accommodando me ijs qui tali egregio cō:
silio publica sua mala effugiunt. Alij enim Eluetiis stipē:
dium pendentes, Alij pecunia Regibus data, bellum à se di:
uertentes pacem sibi conciliant. et in florentissimis rebuspublicę

sue temporibus iucundam vitam transigunt.

Postremo de Voievoda Moldauien, quid sentiam paucis expli: co, hic hostis Mtis vrę Sermę cum neminem infidelitate et callidis ac dolosis moribus parem habeat. videtur mihi summopere cauendus, ne vel fraude virtutem, vel importu: nitate, summam Mtis vrę Sermę bonitatem interuertat Cum enim omnibus auxiliis que dolo malo vbiqz quesiuit desperatis, atqz ab Imperatore Thurcorum obiurgatus, non cessat esse in repetendis hiis que sua non sunt pertinax et molestus esse, minime existimandus est in foederibus fidus futurus. Attamen ne videamur occasioni et tempori in con: stituendis cum illo rebus deesse vtcumqz Imperator Thur: corum voluerit cum illo et aliis suis subditis foedera pa: cis inire, admitti magnos Oratores illius non repugno et vt tractetur cum eis de foedere firmius qz ante obseruando suadeo. Cuius racionem et modum Mtis vrę Sermę pru: dencia, et cum nemine conferendum indicium reperiet, in eo autem foedere suscipiendo si cum Mtis vrę volumtate consenciet arbitrarer multum ad dignitatem Mtis vrę Sermę et ad ipsius rei equitatem pertinere, vt saltem ille condiciones ad: mittantur que ad comunem pacem et subditorum iusticia Commerciorumqz necessitatem pertinerent, illis prorsus quas in priori foedere liberalitas et munificencia Mtis vrę, et predecessorum illius concesserat reuocatis et ob: missis vt perfidus hostis aliquando mala merita, mala re: ferri gratitudine et qz victorem iustum, iniusto victo le: ges prescribere conueniat, hec tamen ego vt cetera que bono et commodo reipublice expediunt Mtis vrę pru: dentie et excellenciori consilio committo.

Coeterum vt voluntati Mtis vrę Sermę de Priuilegiis ad Prepositurani Bistrzicziensem apud religiosas Sancti Marci

Crac. inquirendis satisfaciam memoria mandatum Mtis vre Sermę retinebo, et cum primum Cracouiam descendero, ab Monachis Priuilegia predicta consequi et illorum transsumpta ad Mtem vram Sermam mittere curabo. Nam nunc mihi ab illis longo interuallo disiuncto integrum non est in hoc opera facere.

Quod reliquum est commendo me rursus et humilem seruitutem meam in gram Mtis vrę Sermę. quam Chrus dominus, cum Sermis Coniuge et filio Rege aliisqz suis liberis, pro tranquillo regni et Dominiorum suorum Statu seruet qz diutissime sanam, florentem, incolumem et foelicem. Ex Kielcze xvii.a Augusti Anno M° . D°. XXXiij°

Petrus Tomicski Eps Crac. Vicecancell
Ioanni de Tarnow comiti Palat° Russię

MAgce domine, domine, frater et consanguinee charissime ac honorand. Accepi lras Mgcię vrę simul cum Legatione qua Voiewoda Moldauien. ad illam et responso quod illa vicissim ad Voiewodam nunctiare decreuit et confecit pro quibus ad me missis, proqz delato mihi in addendis vel minuendis responsionis verbis honore Mgcię vrę plurimas ago et habeo gras. Et sane vt quesitus in his que sentio nihil reticeam videor mihi iudicio meo assequi Mgciam vram deliberate et accommode legationi facte respondisse, importunam tamen proteruam et stolidam nunctiacionem modestia et humanitate responsionis sue longo interuallo vicisse, quod mihi propterea non displicet cum id Regię Mti ad animum facere debere non dubitem. Quare neque quicqz addens neqz minuens id quod Mgcia vra scripsit probo et renunciandum hosti suadeo, eiusmodi enim argumento omnia continent quod procul: dubio

ommibus est placitmeum. Coeterum quod ad me attinet venia Sandomiriam plane lubens vt adsim amico et fratri meo, et veniam ad tempus, in vigilia enim Dni Stanislai in slota constituas[illegible].

Interim tamen quod illuc venio me Mgcie Vre amori et benevolencie fraterne commendo illamqz foelicissimam et recte ac diu incolumem esse ex animo opto Dat

Collocutio inter Iskrziczki capitaneum Camenecen et petrum Ion Voievodam Valachorum.

Gdim kniemv prziiechal a kniemu przipusczon, tedim rzekl tak, iako T. M. raczil zandacz abich kn. T. M. iechal iam prziiachal na zandanie a za gleithem T. M. a tak czo iesth za potrzeba tego ze T. M. zandal prziiazdu mego ksobie, racz mi T. M. powiedziecz, Odpowiedzial, przetom poczial slal ze stoba chcze rozmowicz iako ssluga Crolia iego Mci a iako Ssansiadem.

Pan wasch zbirowschi mnie, y ziemie moie zwoiowawschi, awozdi sie senna mierzicz niechcze, liepiei bi y przistoinici abi mie bil thim iakom zandal karsem ziemie za moie wielkie schkodi poczessil a opatrzil, amnie sobie thim powinnim vczinil, nisli swoie nadzieie wschitkie polozil wpoganinie, Bom tego nigdi nieslichal, abi mial kiedi pyes czo miedzi swiathimi dzialacz abo czo dobrego ziednacz, Thakiesch tesch poganin miedzi Chrzescziianskimi pani, abowiem to iesth gich naiwianthscha poczieсha i ffortel, abi Chrzescziianskie pani wadzili, Crol iego Mc pan thwoi zlamawschi mi przisiage

vczinirschi mi wielkie schkodi, niechcze baczicz na moię czierpliwosćz
ktorą mam niedlia czego ginego iedno abi się krew Chrzesćziianska
nieprzelewala.

am mu nato odpowiedzial, bich to bil wiedzial abi mię ta rze:
cza. T. M. potkarz mial, a mial tak wspominacz Crola iego Mc
pana mego milosciwego, ktori cznotami panskiemi a sprawiedli:
wosćią, iesli ieden chrzesciianski pan, tedi iego Cro: M. tim sli:
nie powschitkim swieczie, i gdi bich nagleizie niebil, vmial
bich nato slusschną odpowiedziec dac, i wiwiescz to kazdemu, ze
Crol iego Mc nieraczil nicz vczinicz, to czobi niemialo przislu:
schecz na pana Chrzesćziianskiego.

Potim mi rzekl, przetom pocię poslal, abich sthobą wtich rzeczach
rozmawial, a tak niemacz micz gleitowi schkodzic mow czo ro:
zumiesch. Spitalem go potim, gdiss T. M. na panstwo wziąth,
iesliś T. M. poczwiedzil przisięgę spanem mogim iziemiami
iego Cro: Mci przimierze dawno vczinione chowacz a dzier:
zecz, czili nie, odpowiedzial mi isz krol iego Mcz i ia poczwie:
dzilismi to miedzi sobą.

am rzekl, a prze ktorasch przicziną T. M. targnal sią i wziąl
tą kragińką Pokuczką ziemie pann memu iego Cro: Mci Ma:
iestatu ku liekkosczi, a poddanim ku schkodzie i dzierzal ią T. M.
pul roka, y niekielko niedziel, Crol iego M. czekaiącz T. M.
vpamietania, czierpial tego przes tak dlugie czasi, pothim widząc
iego Cro: Mt tą a takową krziwde a liekkoscz swą raczil
nieiaki poczeth ludzi poslacz, to czo sią wiancz potim dzialo
pokilko kroćz okolo tego nietrzeba wspominacz, nieiesth rzecz
dawna moze bic kazdemu swiezei a dobrei pamiączi.

Thesch iest rzecz iawna ze pan Hethman stimi ludzmi na ten czas
nicz ginego niepoczinal iedno wlasnei a sprawiedliwei ziemie
Crola iego Mci dobiwal i dostawal, tak iakosch i dostal, a tak to

przipuscza rozumowi T. M. kto tu winien iesli ten czo pocznie, czi ten czo insch za czigim poczatkiem czini.

Nato mi odpowiedzial zem ia Crolia iego M.[ci] nieprzisiagal o Pokuczie iedno o Corona Polska, a o Ruska a o Podolska ziemia i przesebedlem za Niestr ktori mnie dzieli s Polska, alie Crola iego M.[ci] liudzie, woiowali mnie za Niestrem a wolnim sia mnie widzi zem iego M.[c] przisiaga zlamal.

Natom rzekl, i tego przicziena powiem czemu sia tak stalo po onei sczastliwei bithwie v Obertina, niebilo zadnego wtargnienia wziemia T. M. gdzie to na ten czas moglo bicz vczinione, alisch zasia poczantek vczinili sprawcze T. M., naiymia Orys, ktori na Kxiasch na wies Crola iego M.[ci] s T M Stalari naiachal gdzie wisiekli wielie liudzi, drugie ktore w ten czas wibrali przedali ie w Bialogrodzie w niewola i zaczali walka obicza: iem Poganskiem gdzie wiacz to napierwei pan Hethman kazal czinicz iezdi do ziemie T. M. a wschakosch niepier: wei asch zatim poczatkiem iakom pierwei powiedzial.

Nato mi rzekl, wschitko mowisch iako strona, a tak mia na ten czas opuscil do gospodi, Potim niewezwal mia ksobie asch czwartego dnia, gdim wezwan potim nienkazal mi sie sam iedno czliczei panowie ktorzi mnie w iego pokoiu czekali, powiedzielim mi ze hospodar niemoczen, niemoze sia s toba widziecz, gdim chczial do gospodi gidz tedim rzekli, dobrze bi bilo panie Iskrziczki abiscie pana swego na to wiedli abi sia mierzil, ani bismi tesch pana swego na to wiedli, iam powiedzial zem nieiesth zadni Possel, abich czo iednal, albo oczo stawiacz a przicziniac sia mial, alesch to nieiest moiei ossobi rzecz tak wielkie pani iednacz alie iednak bich to rad widzial abi pokoi bil a Chrzes: cziianska sia krew nieprzelewala

Panowie rzekli, przes pana Hethmana i pani ktorebis ti rozumial, abi sia oto przicziinili, abi ziednali naschego pana s Crolem iego Mcia abi Crol iego Mc Posla swego posslacz raczil, gdi bi possel przi: ial snadniei bichmi tai rzecz vstanowili, i ku konczu przíwiedli, abowiem pan nasch bedacz panem naschim, niezawsche po naschich radach postampuie, a tak iako sam teras znasch, nieda na to slo: wa rzecz poki possel niebandzie abi mial inak przimierze vczinicz iedno ze walczicz bendzie.

Jam gim odpowiedzial ze sia mandrzi ludzie przeslenni rzeczami karza i sprawnia, kto baczi ze na ktorei rzeczi niezisk uie, asch mu to skodzi a niepozitek niesie, nieradzi tego czinia, ani sia oto po: kussaia, a sthimem odschedl.

Pothimem wezwan przed Voiewode nazaiutrz, i zandal mnie zato i prossil tak iako i przedthim panowie iego, zebich pana Hethmana prosil i panow ktorich bich wiedzial, abi sia ku ie° Cro: Mcsi przicziinili abimi Crol ie° Mc, te czescz ziemie dacz raczil to Po: kuczie ktore iesth wielkiem nieprziiaczielem Coronie Polskiei i ziemi Moldawskiei, iam niestarci pan, insch cztirzi kroc pom: nia walka oto Pokuczie, gdzie zato wiecznie niestogi, czo nakladu onie czinia, i czo krwie zobu stron onie przelano, gdziebi ie° Mc tego niechcial vczinic, zebi mi iaka summa nagrodzil schkodi moie zaczim bich ia chocz za moie niestogi przimierze vczinicz mogl, Abowiem tak iakomi tu Possel Ta: tarskiego Czarza, ktori vmnie iesth powieda, ze Crol iego M. kazdi rok Czarzowi piethnascie Thissiacz wezlozie y zapiane thissiaczi ginich darow dawacz ma, gdzie gdi bi insch ie° Cro: M. semna przimierze vczinil, amnie tesch po: winnego ksiwei sluzbie vdzialal tedi bi tego nietrzeba Ta: tarom dawacz, Abowiem gdziebi ie M. Crol wsziangnal sia rok gim dawac tego, przicziinil bich sia ia zewschitka

190

wiara i pilnoscia iesliby szkli wziemie ie° Kro: M. zebismi ie ziego Krolewskiei M. ludzmi porazili, zeby sia nathim iego Krolewskiei Mci czesz i potrzeba stala. Thesch ie° M oba: czicz moze moie powolne czekanie ktore czinia za schkodami swogimi czekaiancz tego aby sia iego Mc vpamiantal, tedi chocz slawa ziego Mcia niemam, bo iusch rok i dluzei dzier: ze swoiei dobrei wolei nad to ktorebil Krol Janusch przes Biskupa Siedmigrodzkiego vdzialal

A tak iesliże iusch Krol ie° M. niebendzie chczial semna kon: cza vczinicz widzisz ten obras nademna swiatego Skrze: schenia naktorim iusch przedthim przisiagal i teras przisia: gam ze tego nieprzestana asch sia tego do gardla swego mszcic benda. Alen wktorim Krol ie° Mc nadzieia ma, mnie wthim niezawadzi. Abowiem ia banda wiedzial czim a iako banda mu vsta zatkac mial a tego niepomiecham bi sia tesch nania wschistek swiath obalicz mial.

Jam nato odpowiedzial, zem nie nato przijechal, abich sia wla: kowe rzeczi wdawacz mial iedno mimaiant ze okolo ia: kich sasieczkich a granicznich rzeczach T. M. semnam czo sprawowacz a iednacz mial, poniewasch polbi czassi zu: rzandu swego strzeglem tego, abi przyczina niepokoiu nie: bila odpoddanich Krolia iego Mci zgranicze. A tak i teras dlia tegom przial chczanc sia okolo dobrego sansiegthwa rozmowicz i zachowacz Alie thi rzeczi ktore slischa nie wiem bich mial czo pany Woiewodzie Ruskiemu gi gnischem pa: nom oznaimicz a powiedziecz, a thimem sia odprawil v niego

Bil tesch v niego przi mnie Possel Tatarski i Moskiewski ktori: chem tam iescze odiechal, sprawowali mnie y imi od ktorich

thesch sia niczego dowiaduiemy ze koniecznie nathem iesth ze walke zasie poganez chcze

Petrus Tomiczki Eps Cracc Vicecancell
Joanni de Tarnow comiti Palat° Russie
Sandomirien Capit°

MAg^ce domine, domine frater et consanguinee char^me ac honoran

Graui et molesto accepi animo ea que de Thartarorum copiis Mcia vra ad me scripsit, qui nunciantur Boristenem trayecere cepisse, quiqz Mgcie vre certis coniecturis videntur huic magis Regno qz Valachis vel Lithwanis incursionem et predationem adornare, id enim non mediocriter et Mtis Regie rationes et foedera cum Thurcarum Imperatore inita perturbaret quibus pactum receptumqz est vt a Thartaris tuta fuit omnia. At equidem ego rem in dubio adhuc esse aduertens non male nobis ominor quippe et Imperatoris Thurcarum promissa minime vana esse sum expertus, et paulo ante ex regie Mtis litteris didici a Thartaris nunctios de pace in Lithwaniam esse missos.

Vtcumqz tamen sorte vel casu de aduentu hostium accidat spem indubiam concipio Mgciam vram virtute industria et celeritate sua fines regni defensuram esse, a qua id etiam atqz etia rogo, vt quemadmodum cepit, curare non desistat vt hostium incursus reprimi et regnum a predatione liberari possit, na hoc quod sub Regie Mtis absencia in commodum et vtilitate regni Mgcia vra de suo excellenti militari officio prestabit, id et regni Incolarum gratitudo, et Mtis Regie duplicata gra acceptum illi vicissim refferet, et illa se insuper laude et gloria cumulata augebit.

De domini Castellani Belsen cum dno Odnowski in graciam reditu

ditu et mutua illorum reconciliatione quod Mgcia vra curam habeat est mihi admodum gratum, ego etiam quantum in me erit ei rei deesse nolo, Verum cum Mgcia vra abesse nunc cogitur, receptum pro concordia tempus deferri oportere existimo nam absente illa neqz commode tractari possit, quandocunqz tn id futurum erit ego nihil in opera et officio meo desiderari patiar, dominoqz Belzen pro ea qua mihi attinet necessitudine ac lubens assistam.

De eo qui se fratrem domini Epi Ploc[en] iactitat, admirari satis non possum, fratres enim domini Ploc[en] ego bene novi, in quibus nullum esse scio qui tanto tempore a patria absens ab amicis expectaretur, nisi forte is sit supernumerarius vel imaginarius me inscio frater illi quesitus

Declararunt mihi per suum Nuncium et litteras Doctores et Mgri Collegiati domus maioris studii Crac, q[uod] trecentos florenos in moneta quos illis Mgcis olim dominus Castellanus Crac dari iussit et legati erant et designati ad pias causas per dominam olim Castellanam Voinicen de Jaroslaw habere hactenus non possunt recusante Sebastiano Sobek eos illis dare aut recipi permittere et referente rem ad vram Mgciam et alios Executores. et quoniam illi statuerunt ducentos florenos ex his trecentis convertere in structuram librarie sue, et pro centum florenis residuis emere censum in vim recuperationis assignandam alicui Sacerdoti qui legat singulis septimanis duas missas, rogo plurimum vram Mgciam, ut cum hec fuerit voluntas domini Castellani Crac defuncti vt dicti trecenti floreni dentur dominis Doctoribus et Mgris, mandare velit Sebastiano Sobek vt quominus illos recipere possint vlterius eos non impediat, sed in vsus per eos destinatos convertere permittat, quo faciet vra Mgcia rem se et Christiana mansuetudine dignam et mihi singulariter gratam. Commendo me amori et benevolencie frne

Mg^cie^ vrã quam in prelijs et coeteris rebus fortunatam esse vitamq; diuturnam et incolumem viuere ex animo opto Dat. in Kielcze die v^a^ Septembris Anno M^o^. D^o^. XXXiii^o^

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Andree de Tanczin Castell^o^ Cracouiensi

Mg^cce^ domine, domine frater et amice honoran^me^. Accepi litteras Mgcie vre quibus consensum preberi à me postulat, vt pecunia Mansionariorum in templo beate Virginis in Circulo Crac fundatorum, apud Consules Crac tanq; patronos collacione deposita super bona Mgcie vre in vim exemptionis tradatur, In qua re tametsi audiam dissensionem inter Ciues et Consules excitatam esse, ad quos potissimum pertinet de hac pecunia recte collocanda disponere vt tamen Mgcie vre voluntati satisfaciam quantum mea interest assentior libenter vt pecunia predicta sub cautione sufficienti Mgcie vre à Consulibus detur, quibus et per nunctium et per litteras voluntatem meam super hac declaraui, Mansionarios vero hortatus sum ne Consulum et vre in hac re voluntati aduersentur verum id plurimum rogo à Mgcia vra ita rem de soluendo censu et non amittenda pecunia, inscriptione prouidere et cautione firmare velit, ne successu temporis vel Mansionarii vel Consules occasionem de me et de Mgcia vra conquerendi habeant. Quod vero ad consensum Mtis Regie attinet cum res de pecunia danda finietur non grauatim que Mcia vra postulat, et que ad negocium pertinere videbuntur prouidere curabo in maioribus eciam meum officium Mgcie vre commendare non pretermissurus, cuius beneuolencie et amori fraterno me ex animo comendo et illam semper felicem esse in multos annos recte incolumem vehementer opto Dat

in Kielcze die xi° Septembris Anno domini M° D° XXXiij°

Petrus Tomiczki eps Cracouien. Vicecancell.
Stanislao Borek Cantori Cracc.

Venerabilis domine, frater in Chro charme. Fuit hic apud nos dominus Jeronimus Spiczinski, missus à Proconsule et Consulibus Ciuitatis Crac. presidentibus, qui questus est grauiter de Consulibus antiquis, quod eos omnes ac eorum officium per contemptum authoritatis Proconsularis magna iniuria et contumelia affecissent in eo, quod vocati plurics per Proconsulem per scedas iuxta morem eorum veterem ad consulendum de negociis Ciuitatis nunqz venire voluerint quo factum esse vt sint inter se nunc in magna discordia et diuisione, quod nemo probare potest, Retulit eciam à maiore pte Consulum decretum esse vt pro pecunia Mansionariorum Ecclesie beate Marie emerentur census in vim recuperacionis in bonis domini Castellani Crac, ei tamen decreto et Consules antiquos et ipsos Mansionarios aduersari. petens in his et tantis eorum difficultatibus et controuersiis consilium et auxilium meum idem dominus Jeronimus. Nos id quod in presens prestare potuimus, scripsimus Consulibus antiquis, vt deponerent antiquas simultates ex eorum animis et toto studio bono reipublice Ciuitatis omnes in bona concordia et amore incumberent, vbi enim aliter facerent plurimum id displiciturum esse Regie Mti, que istis eorum dissensionibus multum offenditur

Quod vero attinet ad pecuniam Mansionariorum volentes ne decretum Consulum fieret irritum, et ne maior in Ciuitate oriretur dissensio, subscripsimus decreto Consulum presidentium

et tam Consules antiquos q3 eciam Mansionarios lr̃is nr̃is admo:
nuimus, vt propter bonum Ciuitatis et ne propter hoc suscita:
retur maior et perniciosa inter Ciues discordia, ipsi q3 eant
pedibus in eam sentenciam, et Decreto Consulum presidentium
non contrauenriant. Quod fecimus propter multos bonos respe:
ctus.

Quod scripsistis de vitro Gallico ex Gedano nobis aduecto, an fenestre ex illo in Sacello nr̃o dno Thome Cantuarien dicato fieri debeant permittimus id arbitrio vr̃o. est quidem vitrum illud multum lucidum et transparens, nescimus tamen an diu durare possit. verum vos de hoc ab eo Mgr̃o qui fene:stras domino olim Castellano Crac ex simili vitro Gallico laborauit inquirere potestis et facere demum id quod vobis melius videbitur Rogamus autem vos, facite operam vr̃am vt iam hoc anno Sacello nr̃o extrema manus imponatur, Ceteras q3 res in eo ita vt in Capella Regia fiant, vt illud cum istuc deo bene iuuante veniemus consecrare, et rem diuinam in eo fa:cere possimus. Attulit nobis Volski puer nr̃, Capsulas plu:beas pro reliquiis Sanctorum ad Altaria imponendis. Cum primum Pictor finiet laborem suum in Sacello nr̃o curate vt Pauimentum in eodem Sacello sternatur Marmore quod dudum est paratum sic vt supra ostium Sepulchri lapis q3 de Mar:more rubeo Hungarico ponatur, vt tandem Stalla et forme ibi ponantur per mensatorem de Nissa qui isthuc proculdu:bio ad Nundinas S. Michaelis veniet, ille enim melius lo:care et aptare illas poterit. foelicissime valete Dat in Kiel:ce die xi^a Septembris Anno M^o. D^o. XXXiij^o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Antiquis Consulibus Ciuitatis Crac

Famati domini amici nri charissimi, Proconsul et Consules officio Ciuitatis istius Crac nunc presidentes, miserunt huc ad nos de medio sui Famatum dominum Ieronimum Spiczinski declarantes nobis quod graui iniuria et contumelia per contemptum authoritatis Proconsularis sint à vobis affecti, ita videlicet quod cum ad consulendum de pecunia Mansionariorum in templo beate virginis in Circulo Crac fundatorum in quibus potissimum sit inscribenda bonis, et ad alia magni momenti reipublicae Ciuitatis negocia tractanda scripto mandato Proconsulis secundum morem ab antiquo seruatum, vocati aliquoties essetis, nunquam veneritis ea in re neque mandatorum Proconsulis, neque officii vri, neque honestatis publice, denique nec voluntatis Regie Mtis que decreto Mtis sue continetur, vllam racionem habentes. Vnde fieri et euenire, quod et Ciuilia munera negligantur et inter vros Consulares odium atque simultas, res admodum noxia, suscitetur. Quod equidem graui et molesto audiuimus animo, nempe qui pacis concordie et tranquillitatis istius Ciuitatis semper cupidi et studiosi fuerimus quique colligamus Mtem Regiam placidissimum Principem, istiusmodi Ciuilibus controuersiis plurimum offendi. Et equidem si presentes isthic essemus nihil grauaremur partes meas interponere, vt que inter vos animorum contencio suscepta esset, beneuolencie persuasione componeretur. At cum longe absumus, id munus curandum istis Mcis dominis Regni Consiliariis qui apud vos sunt presentes et prudencie vre relinquere et committere dignum duximus Verum ne et hoc quod in absencia prestari ad comunem vtilitatem istius Ciuitatis à nobis possit desideretur, presentibus litteris

à vobis rogamus, et pro nrã in vos benevolencia confidenter vos
et hortamur et monemus, vt communem inter vos colatis concordiã
et publicorum negociorum curam pro officio vrõ diligenter sustine:
atis, à qua non vos removeat alicuius persone odium, non affectus,
non inimicicie, non commoda privata avocent et disiungant animos
vrõs, qui id quod Mgratus authoritati debetis, sine vlla remissiõne
prestetis. Sic enim et reipublice vrẽ Civili commodabitis, et
occasionem futuri alicuius mali et scandali submovebitis, vrã
enim crebra dissidia que inter vos excitantur, in tantum iam
animum Regie Mtis exacerbarunt vt levissima ex causa fieri
possit, quod ad retinendum in bona administracione Civitatis sta:
tum, aliquid novi constituat Mtas sua quod plurimi postmodũ
ex vobis dolere et lugere possent.
Ceterum cum predictus dominus Jeronimus Spiczinski nuncius
ab isto Consulatu presidenti ad nos missus declaravit nobis à
maiori parte Consulum qui ad hoc vocati et congregati fuerũt
decretum esse vt pecunia Mansionariorum supranominatorum,
qui ad hoc ductum assensum prebuissent, Mgcõ domino Castellano
Crac. detur, nos quoque ne id quod à maiori parte Consulum fa:
ctum est et decretum, fiat irritum neue amplius de hac re dis:
senciendi inter vos occasio relinquatur, quantum in nobis est
cum illorum decreto voluntatem nrãm coniunximus et inhibi:
cionem à domino Vicario nrõ de non extradenda pecunia
datam, tolli et revocari fecimus. Rogamusque vos vt vos quoque
in eam sentenciam eatis et accedatis propter multos respectus
quos foelices omnes esse ac in bona concordia et tranquilli:
tate Civitatis incolumes vivere et valere optamus. Datum
in Kielcze die xi^a Septembris Anno M^o. D^o. XXXiii^o

Petrus Tomiczki eps Cracc. Vicecancell
Proconsuli et Consulib. nouis Ciuitatis
Craccouiensis.

F

Amati domini, amici nri charissimi. Gratissimum et plane acceptum nobis extitit quod nobis declarastis nras litteras quas nuper ad Collegas vros consulto et necessario scripsimus tantum profecisse vt spes optima sit concordiam et animorum coniunctionem inter vos non difficulter persuaderi et recipi depositis odiis quandoqz vrbi nocituris posse, comunem enim nobis vobiscum magna in parte vtraqz fortunam esse in ista Vrbe nunqz contempsimus, et non minus quam aliquis vnus ex vobis pro illius commodis et omni bono successu laborauimus hoc idem et deinceps dum vos studii et opere nre gratos esse cognoscimus facturi.

Coeterum quod a nobis postulastis literas ad Mgcos dominos Sandomirien et Zarnouien Castellanos scripsimus, vt operam faciat quo domus in Zwierziniecz ad impedimentum tubutorum siue aque ductus Ciuitatis per dominum Castellanum Vielunien edificari cepta in alium locum transferatur quod illos facturos esse confidimus, et si forte non proficerent, nos ipsi cum isthuc deo bene volente veniemus, quod breui futurum est nram ad hoc operam interponemus, Interim vos omnes bene valere et foelices esse optamus Datum Cracouie die XXiiij^a Septembris M^o. D^o. XXXiij^o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Petro kmite de Vissnicze Marsalco regni.
Capit^o Cracc.

M.Ag^ce domine amice et affinis char^me ac honoran. Scripserunt nuper ad me Consules Ciuitatis Crac. dominum Martinum Missowski Castellanum Vic: lunen. forte ex Priuilegio Regie donationis edifficium et structuram domus moliri in loco quodam foecalis operi Canalium aquam in Ciuitatem deriuantium propinquo. per quod edifficium si continuaretur cum ipsi aduertant intercludi et precipediri debere vias aque ductus premoneantque exinde non parum incommodi afferri posse et sue Ciuitati et Castro Regio, tum denique horto M^tis R^lis, et postremo Curie mee que omnia loca per illas vias mundam aquam recipere, et copia illius habere possent. Mg^ciam v^ram rogo plurimum operam suam facere et precipere velit cum domino Castellano Sandomirien. vt edifficium hoc in loco Canalibus Ciuitatis noxio, non statuatur. alioqui enim domini Consules hanc rem, ad Regiam M^tem referre cogerentur. faciet in hoc Mg^cia v^ra rem mihi gratam et comuni omnium commoditati necessariam quam vicissim illi ego et Consules acceptum referre curabimus. Commendo me amori et beneuolencie fraterne Mg^cie v^re quam sanam et semper foelicissimam esse ex animo opto. Dat. in Dobrowoda die xxiiij^a Septembris Anno domini M^o. D^o. xxxiij^o

300

Andreas Cricius Eps Plocen
Petro Tomiczkio Epo Craccouien
Regni Polonie Vicecancell.

R. ME mi domine, domine et benefactor colen^me^. Litterae vrae Rme. D. quas eius servitor adolescens Nobilissimus attulit meo domino Epo Culmen, non illi solum, sed et mihi magno fuerunt solatio, illi propter exhibitam in se liberalitatem mihi propter tria hec verba, Nepotem meum charissimum, illic audita, pro qua gratia et precabimur omnes dominum deum inter sacra nra crastina, et vt verbo meritorio vtar Rmi mei domini Posnamien, etiam bibemus inter prandium.

Ea vero que Rma. D. vra adhuc Romam scribi iubet, mittere nunc non potui propter occuppacionem cum ipso domino Culmen et aliis anniis, quibus absolutis mittam e vestigio per meum nunctium, quod vt vra Rma Do boni consulat humiliter rogo. Quamprimum venit ad me Nicolaus Gorski mox illum ad Plebanatum in Ploczko fris nomine institui, accurrit post triduum famulus domini Brameczki Referendarii cum presentacione Regia referens Mtem Rlem nolle vt alius habeat qz ipse, respondi brevibus me meo functum officio, abiit ad possessionem vi occupandam cum mandatis Regiis, dehortatus sum ne quid faceret adversus gram Rme. D. vrae quam erga dominum eius non vulgarem exhibet, nescio quid tandem faciet, si quid tamen metuendum est, non est nisi à Smolikowski qui concessionem iurispatronatus habet omnibus priorem que quidem à me confirmata non est, sed audio apud Regiam Maiestatem nihil aliud respiri nisi datas concessionum, vtcunqz est curabo ego et hunc obicem hic modis omnibus continere. Commendo me gratie vrae Rme dominacionis, qua vt me complecti non desinat ac valeat semper foelicissime dominum deum iugiter precor

Dat ex Ploczka pridie Exaltacionis S. Crucis Mo Do XXXiij

351

146

Andreas Cricius Eps Ploczen
Sebastiao Braniczki Cancel. Gnesnen
Referendario regio

VEnerabilis domine amice charissime. Obtulit nobis Nunctius vra. D. presentacionem Regiam ad Plebanatum in Ploczko, ad quem nos iam antea institueramus Stanisslaum Gorski seruitore Rmi. D. Cracouien vigore donationis Iurispatronatus per Regiam Mtem Rme eius. D. concessae, nihil diuinantes de aliis vel presentacionibus vel donationibus Regiis. Habemus enim veterem instructionem Regie Mtis de ipsis Iurispatronatus donationibus, mandauitqz nobis sua Mtas de illis, vt quecuqz non expirauerint admitteremus et nro officio fungeremur. Prouide innitentes mandatis et instructioni ipsius Regie Mtis instituimus eum qui primus nobis presentatus est vigore huiusmodi donationis, et posteaqz perfuncti sumus officio nro, iam presentacionem vram que sero nobis oblata est admittere non potuimus verumtamen non ignoramus qm charam habeat vram. D. Rmus Dns noster Cracouien qui proculdubio vre. D. causa omnia faciet, neqz illam cum seruitore suo litibus conflictari permittet Itaqz ad Rmam. D. suam totam hanc causam remittendam putamus, et vram. D. plurimum rogamus vt hac in parte apud illam simus excusati, libentissime alioqui in aliis rebus omnibus vbicumqz poterimus ei gratifficaturi Valeat feliciter vra. D. et nos diligat Ex Ploczka die xvii Septembris Anno domini Mo . Do. xxxiij

130

Andreas Cricius Eps Plocen
Bone Regine Polonie.

SAcra Mtas, et domina, domina mea clementissima. Humillima mei commen. Veniens ad me dominus Epus Culmen consecra:tionis sue causa, postulauit à me vt negocium eius pro quo istuc mittit vre Sacre Mti commendarem, licet vero sciam et illu esse optimum seruitorem vre Sacre Mtis et vicissim Mtem vram illi esse dominam clementissimam, non potui tamen amico non vulgari hoc officium negare, humillimeque ipsum et me vna vre Sacre Mti commendo. In ea vero ipsius domini Epi con:secratione cum multi interessent Proceres et vicini mei, rede:gi in concordiam et dominum Pallatinum Plocen [Felicem de Szrzensko ?] cum domino Castellano [Nicol de Nissczicze ?] Sieprcen et nonnullos alios dudum dissidentes vnde spero tranquillius et officiosius omnia hic negocia successura et quia ipse dominus Castellanus Sieprcen multa coram me promittit de fide et seruitute sua in rebus omnibus ad mi:nimum nutum vre Sacre Mtis, humilliter illi supplico, vt ipsum ea gratia quam desiiderat complecti, et per occasionem etiam illam declarare dignetur faciet vra Sacra Mtas rem sua excelsa prudencia et benignitate dignam, quam ego vna cu illo fideli seruitute demereri studebo, Deosculor manum vre Mtis Datū Plozka xviiii^a Septembris Anno domini M^o D. XXXiii^o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Andree Criczki Epo Plocensi nepoti.

Rme in Chro Pr et domine Nepos charissime. Quando huc ad me venit Dambrowski cum litteris D. vrae Rme quibus comendabat mihi negocium Capituli Ecce sue, non permisi vt quidpiam in ope vel opera mea desideraret, iuui enim et sublenaui causam pro ea que se obtulerat necessitate, sicuti ipe verbis plenius D. vrae Rme declarabit. Nouit credo Do vra Rma eum qui apud me a pluribus annis est Stanislaum Korski. Is habet litteras Apostolicas et Priuilegium reservacionis ad Canonicatum et prebendam Ecce D. vrae Rme quam primo in Mense Sumi Pontificis vaccare contigerat. Verum quia vaccationis tempore solent isthic litigiosorum magni concursus fieri, quibus iura quamtumlibet firma impediri solent, rogo plurimum D. vram Rmam vt ad omnem vacationis alicuius occasionem authoritate sua presto esse meo Korski velit, adolescenti plane recto et tranquillitate atqz modestia non illiberali predito. Faciet hoc Do vra Rma rem mihi gratissimam et quam ille perpetuo illi bene mereri curabit. Comendo me amori et beneuolencie fraterne D. vrae Rme quam diu saluam et incolumem esse vehementer opto. Datum Crac. XXIa Maij. Anno Mo D. XXXiiijo

Notarius Cancellarie mee

Tomiczki Eps. Cricio Nepoti

RME in Chro Pr et domine Nepos charme, obtinueram superiori tempore apud Sedem Apostolicam gras reserua:cionum ad vacatura beneficia Ecclesiastica in nonnullis Ca:thedralibus Ecclesiis pro seruitoribus meis volens fortunas illorum releuare, ad Ecclesiam vero D. vra Rme obti:nui similem graciam Stanislao Gorski qui mihi multis an:nis seruit diligenter estqz de me sua fide et virtute bene meritus. quia vero intellexi vaccare in presens in ea ipsa Ec:clesia D. vra Rme Scholastriam Nobile sacerdocium post obitum domini olim Doctoris Strzelcza, neqz video obstare aliquid aliud quominus eadem Scholastria vigore gracie ipsius Gorski mei acceptari et retineri possit preterqz ius regressus quod sibi dominus Epus Camenecen ad eam ipsam Scholastriam reliquisse dicitur tametsi dubito q illius expedicionem in Vrbe Roma confecerit, res enim est quam constare opporteret magno impendio vtcumqz est quia certo mihi persuadeo q D. vra Rma cuperet prouisum iri alicui ex suis consanguineis de hoc tam insi:gni beneficio id non alia via confici posse existimo, qz vt Do vra Rma suscipiat patrocinium Iuris mei Gorski eoqz prefatam Scholastriam ineat. Quod vt facere velit et suadeo et summopere rogo, cum domino enim Epo Camene:cen si quide ille aliquid Iuris de quo ego dubito ad eandem Scholastriam habuerit et prointeresse suo venerit facile D. vra Rma componere poterit ille eciam vtpote qui in resignata sibi per D. vram Rmam ~~propterea~~ Sancti Floriani Cracouien Praepositura

expertus est ab illa collatam in se non paruum beneficium procul:
dubio non grauatim acquiescet persuasionibus et postulatis D. vrē
Rme, quē tandem eliberata dicta Scholastria Ecclesiē suē po:
terit de illa domino Zebrzidowski Nepoti suo prouidere, ipse vero
Canonicatum Plocen̄ quem obtinet Gorski meo resignat. Quo
D. vrā Rma et honori et desiderio suo et Nepotis sui et mihi
rem gratissimam faciet, ipse vero Gorski pauper Scholaris co:
solabitur pro seruitute sua quam vti dixi michi multos annos
fideliter impendit. foelicissima sit D. vrā Rma cum suis
omnibus et me solito amore suo prosequatur Datū in Dobro:
woda xxiª Septembris Anno Mº Dº XXXiij

Tomicius Cricio Nepoti

RME in Chrō Pr̄ et domine Nepos charissime. Accepimus
in proximo dominum Milinski qui in Villa Regia Ploczko
Ecclesiam Parrochialem obtinuit, vita functum esse. Ad quam
quidem Parrochialem Ecclesiam cum ego Iuspatronatus pro
vna prima vice conferendi à Regia Mtē pro Stanislao Goz:
ski seruitore meo impetrarim et illud Prōtrconiē vrā Rma
D. confirmauit autoritate sua ordinaria, rogo illam plurimū
cum ex iure hoc sibi per me impetrato per patronos presen:
tabitur illum instituere citra moram et quamuis dilacionem
velit. et non permittere vt isthuc in Epatu suo impetracioni:
bus meis à quopiam difficultates et impedimenta pretendan:
tur vel subornentur. satis enim superqz mihi molestiē
Scholastriē negocium attulit, ob quod pro iusticiā non defensam
assiduē querimoniam lachrimas et lamenta seruitoris mei Goz:
ski non sine dolore et comiseratione dissimulans tn̄ animi mei
affectionem sustineo. vadit autem isthuc frater eius natu minor

qui rem hanc fratris nomine est curaturos, cum ego D. vrã Rme commendo et ab illa rogo vt opera consilio patrocinio et authoritate sua illi contra quevis impedimenta adesse, et meã impetracionem in suo robore et firmitate conseruare et tueri velit factura in hoc D°. vrã Rma rem suo officio dignã et mihi supra modum gratam quam vicissim illi omni studio et gratificatione mea refferre curabo Coeterum me amori et beneuolencie fraterne D. vrẽ Rme commendo quam in longa vita et optata foelicitate à deo sanam et recte inco: lumem seruare ex animo opto Datũ in Kielcze die v^a Septembris Anno domini M°. D°. XXXiij°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. R. P. Vicecancell Andree Cricio Epõ Ploccensi Nepoti suo.

RME in Chrõ Pr et domine Nepos charissime. Exempla lite: rarum conscripta que mihi à Rma D. vrã, puer meus at: tulit, multum mihi placent, sunt enim ex rei necessitate et Re: gie Mtis dignitate apposite satis et commode confecta.

Coeterum quia negotium interpretandi et declarandi Priuilegii nri male nobis succedit apud summum Pontificem, et Proceres ac Officiales Romanos, vt ex exemplis breuis Apostolici et littera: rum Rmi D. Cardinalis Protectoris ad Regiam Mtem et me scriptarum D°. vrã Rma cognoscet. Iterumqz nobis alius est mouendus lapis verborumqz contencio cum illis suscipien: da, qui ne de suis lucris deperdant quicqz, Regie Mti et om: nibus nobis dant solum verba, istud enim breue quo Pontifex Regie postulacioni satisfacere voluit, neqz ad interpretacionem Priuilegii quam nos plenam ad omnia que sunt concessa non ad solos coadiutoriarum et regressuum consensus esse optamus, quicqz

valet, neqz ad firmitatem vel temporis diuturnitatem aliquo pacto
est vtile, quippe quod non aliud nisi Coadiutoriarum et regressuum
consensus commemorat nec diuturniorem quam ad vitam Ponti:
ficis pollicetur securitatem. Quare rogo plurimum D. vram R.
conficiat iterum de ingenii sui copia literas tam ad Summum
Pontificem qz ad Rmum dominum Cardinalem quibus declaret
illis gratum quidem esse Mti sue q Sanctitas sua paterna se
prosequatur beniuolencia, et q item dominus Cardinalis officio:
sum et diligentem se in literis que Mtas sua ab illa Sancta Sede
postulat impetrandis prestat. Verum quia hoc breue mancum est,
et non ad omnia que in Priuilegio propter ambiguitatem declara:
tione et interpretacione egent est accommodatum, demiqz q non ita
est perpetuitate firmatum vt à successoribus reuocari non possit,
à quibus dubium est an Mtas sua vel futuri Polonie Reges
tanta prosequentur beneuolencia, quanta nunc ab ipsius Sanctita:
te se Mtas sua complecti cognoscit, rogare Mtem suam, vt in:
terpretari et ampliare ita hoc ipsum Priuilegiu dignetur prout
à Vilamorski ad hoc misso et Doctore Rzeczicza expedire no:
bis et regno meo cognoscet.
Quod D. vra Rma Plebanatum in Ploczko vacantem ex iure
impetracionis mee Stanislao Rorski se delaturam pollicetur,
magnopere est mihi gratum id enim si aliter contigisset quod
non sperabam vnqz, me et illum magnopere perturbasset. Pre:
terea et illud est mihi acceptissimum, quod pro iure quod ipse Roz:
ski clarum et apertum se habere dicit ad Scholastriam Plocen,
vult Rma. D. vra arbitratu suo, et vt suadebit equitas fa:
cere quicquid poterit, pro quo illi amplissimas ago et habeo gracias
et nomine Rorski promitto quicquid gracie et fauoris illi presti:
terit id sua seruitute. D. vra Rme mereri semper curabit
Illud quod scribit D. vra Rma Capitulum suum improbare in
Priuilegio et Indulto nobis concesso et meos quosdam etiam offen:
dere aduerto quo fit vt me ad hanc rem opere et impense facte

pertineat presertim quod hoc beneficium quod mee tantum Eccle:
sie debebam cum ceteris Prelatis qui illo abutantur commu:
cari. Verum cum à cepto iam desistere minime sit decorum
pro virili mea admitar, vt hac racione prout maxime expedire
videbitur Priuilegium iam impetratum, interpretetur et ad
perpetuitatem confirmetur et declaretur Ac cum lrás Regie
Mtis nomine ad summum Pontificem et Rmum dominum
Cardinalem. D. vrá Rma scribet, non obliuiscatur rogo
excusare famam meám de turpi vendicione consensuum ad Co:
adiutorias et regressus insimulatam. Nam multum ad honoré
et dignitatem meám pertinet id quod iam est in aperto, non
preterire silencio, hec tamen prudencie et iudicio. D. vrá Rme
committo. Cuius eciam beniuolencie et amori fraterno me co:
mendo optans ex animo vt et diutissime viuat et sit semper
incolumis et foelicissima Datt in Kielcze die viij Sep:
tembris Anno dni M. D. XXXiij

Rme in Chro Pr et domine Nepos charissime. Ago et ha:
beo magnas grás. D. vrá Rme quod exempla littera:
rum que ab illa optabam confecerit, quorum id quod nunc ac:
cepi, plane mihi satisfacit, reliqua eciam duo qué cum puero
meó filio domini Castellani Visnen' adhuc expecto, non mi:
nus satisfactura esse certo mihi persuadeo, nihil enim fit hoc
in genere à. D. vrá Rma, quod non magnopere mihi
placeat.

Sentencia. D. vrá Rme de Priuilegió meó Iure et potestate
statuti secularis Regni huius tuendo, bene cum animo meo
conuenit, semper enim et ipse id ad rem meám maxime ne:
cessarium

necessarium iudicaui, vt Statuto magis quam Pontificiis concessio:
nibus à nobis et successoribus meis Priuilegium de libera colla:
cione Sacerdociorum in sex mensibus nobis concessum deffenda:
tur, confidens tamen maiorem ad defensionem haberi semper
posse facultatem si Priuilegium ipsum et interpretetur et ampli:
etur vt visum est mihi expedire, laboraui hucusque vt authori:
tas Summi Pontificis que in illo desiderantur adiiciat extendat
interpretetur et ita obfirmet omnia, ne deinceps vlla maleuo:
lis et friolis mentibus rabulis impugnandi illud occasio
relinquatur. Inuenta enim neque homines post mortem Reverendissimi
domini Sanctorum quatuor Cardinalis originali Priuilegii sup:
plicatione, hoc sibi magnum ad irritandum illud sumpserunt
argumentum, quòd in quibusdam locis variet et nescio quid plus
litterę et Priuilegium contineret videatur quam fuerit in suppli:
catione petitum, addiderat siquidem nonnulla mortuus D. Car:
dinalis ex authoritate sua que in rem nostram faciebant. Qua
spe irritandi Priuilegii animati quidam negotiosi homines, acti:
onem instituerunt possessoribus Sacerdociorum qui post mortem
domini olim Mielschinski vacarunt pretextu isto adornantes vt
appareat ordinariis non esse concessam facultatem disponendi
de Sacerdociis Sedi Apostolice reseruatis eciam in mensibus
eorum vaccantibus.

Intellexi que D.° vestra Reverendissima de iure domini Corzbok Nepo:
tis sui in Scholastria Plocensi scribit, idque Gorski seruitori meo
declaraui, qui dicit se edoctum per suos amicos quos in Ploczka ha:
bet non paucos admodum infirmum et antiquatum ius domini An:
gelli, Capellani quondam Regis Maiestatis esse, etenim dicunt preben:
dis aliquot Ecclesie Plocensis illius iure acceptis, illud ipsum
iampridem extinctum et annichilatum esse, eundemque dominum
Angelum ad ipsam Ecclesiam Plocensem nunquam admitti vel recipi,
obstante de exteris statuto hominibus potuisse atque adeo et transfusio:
nem iuris ipsius in alterum inualidam esse, Que omnia Gorski

310

perspiciens, tametsi censeat dominum Corzbok securum in Scholastria esse non posse submittit tamen se et fortunas suas gratie Rme D. vrē ad cuius Iudicium ego q° totum hoc negotium refferro illa enim et cōtractum quem cum domino Camenecen Epō fecit, tenet quem ego vt erat in scripto ad me allatus, comprobaueram et melius quam ego cognoscit quid Iuris domino Angelo post tot priores vacationes et Sacerdociorum iure ipsius receptiones competere possit.

Id quod in nouis à domino Broderico Epō Siremien proxime accepi ex sceda presentibus inclusa. D. vrā Rma cognoscet De Lithuaniae enim rebus puto illam ex Regiis et amicorum litteris abunde cognoscere potuisse. Indicetur nec ne Conuentus Regni generalis scire adhuc non possum, arbitror tñ quod Mtas Regia an indici debeat, à nobis breui requiret cōsilium, quo tempore et ego et D. vrā Rma aliquid de Conuentu futuro conijcere poterimus. De Iubileo cum fuerit iam semel prorogatus nescio an honestum sit alteram illius prorogationem petere, adscribam tñ in literis regiis de illo in tempus longius concedendo. Comendo me amori et beneuolencie vrē Rme D. et opto illam esse semper recte incolumem et foelicem Datū in Kielcze xij Augusti Anno M° D° XXXiij

Andreas Cricius Eps Plocen
Petro Tomicio Epo Craccouien
et Regni Polo^e vicecancell^o.

Rme mi domine, domine et benefactor colendissime. Fefellit me quidam qui se aiebat servitorem Rme D. vre referens se postridie discessus domini Caroli ad illam profecturum et litteras à me accepturum non tamen posthac apparuit itaqz per meum mitto Rme D. vre binas literas ad summum Pontificem, et vnas ad Protectorem prout mihi mandare dignata est, si quid in mittendo neglexi, supplico condonare dignetur, multis enim et molestissimis negocijs hic obruor.

Difficultas que in reficiendo Priuilegio nro Rome ingeritur more suo fit, proinde id domi curandum censeo de quo prius scripsi sed et fama de vendito per quendam ex nobis Epis consensu hic dicitur esse verissima. verum si is et prouisiones suas et Sacra Romani omnia haberet venalia, vt faciunt ipsimet vulgo, qui nunc culpant, non ideo tamen à nobis omnibus facultas nrá prouidendi et consecrandi auferri deberet, sed hic pretextus est ne quid dari frenuqz nobis concedant

Absoluimus actum Consecracionis domini Epi Culmensis, cum quo totos octo dies occupatus fui. cum vidit apud me literas Melanchtonis, quibus spem dat aduentus sui ad nos, et miratus est et gauisus vehementer. tametsi non ignorabat illum cupidum esse abdicandi se factionibus istis, ait Aleandrum Legatum Pontificis miris modis, magnisqz promissis apud illum egisse vt vel ad Pontificem, vel ad aliquod Gymnasium Italie illum pellicere potuisset, sed ad Italiam nequaqz sibi persuaderi passum esse, rogauit me valde cum Campense suo, vt à cepto non desisterem, affirmans nihil vtilius laudabiliusqz nobis contingere posse, quod faciam sedulo, modo ne heretici disuadeant ait

idem quod et Glogowski, homunculum esse placidi mansuetiqz ingenii, ac omni scienciarum genere absolutissimum, et quod miru est, in vtraqz parte magnam habere existimacionem et gracia, si venerit quod dubito, nihil de constituendo illo inconsulta Rma. D. vra faciam, quod scribo non impendii alicuius causa, habet enim illa plus satis, ad que honestissime sumptus facit modicos sed ne illis qui aliorum benefacta male interpretari solent, ansam aliquam me culpandi preberem, prout iam nonnihil olfeci quod tamen contemno cum racio mea deo constet exitusqz declarabit.

Gorski seruitorem D. vre Rme institui, et ne quis illi obsisteret modis omnibus curaui, arbitrorqz iam illum esse vndiquaqz tutum et securum. Commendo me gracie vre Rme D. Datū ex Ploczka XX Septembris Mo. D. XXXiij o

Andreas Cricius Eps Plocen petro Tomicio Epo Vicecancello.

Rme in Chro Pr et domine benefactor colenme. Redeunti ad Rmam D. vram domino Kilowski et commisi referre si qua essent scribenda, et cum meo Capitulo pecuniam Contribucionis misi, cuius calculum et summam vra Rma D. ex eiusdem Capituli Chirographo abunde cognoscet, quem illi vnacum obligacione debiti mei mitto, hoc autem reliquum, qd ipsi scribunt me accepisse adhuc, vt verum fatear, est maiori ex parte exigendum neqz scio quando exigetur, plurimis neqz censuras, neqz monicionnes aliquas curantibus, vtcumqz est, ego iam id residui pro solucione mea recepi, quod autem parati erat vre Rme D. mitto Cui supplico, vt eam negligenciam que in hac re commissa est, non dignetur mihi ascribere, quandoquidem ego in monendo et excomunicando nihil

hactenus pretermisi, et partem meam priusquam alter, adhuc in quadra:
gesima reposui, fecerunt autem ipsi calculum tam perceptorum, quam
etiam percipiendorum ad summam Contribucionis huius Diocesis co:
fectam, vnde ego adhuc in dubium adducor, an corradere id totum
potero quod illi designarunt, nec ne, illi tamen polliciti sunt exi:
gere. Expecto litteras Conuentuales magna cupiditate non alia
causa, nisi videndi hac occasione Rmam D. vram Cuius gra:
tie me, et hunc ipsum D. Kilowski vnice commendo, comperio
enim illum esse fidissimum eius seruitorem, neque eius singulari
gratia indignum Polthouie die XXiiij Octobris Anno dni
M° D° XXXiij

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Praelatis et Canonicis Ecce Plocensis.

Venerabiles domini fratres in Chro charissimi. Dominus Stanis:
laus Kilowski Ecclesie Gnesnen et Polthonien Canonicus
seruitor me, his diebus ad nos rediens Quadringentos florenos in
Moneta contribucionis, quam ex ista Diocesi attulit, Capitulo Ecce
nre integre numerauit et reddidit, que pecunie summa ex
opimo isto Epatu et pinguibus Diocesis Plocen Sacerdociis, licet
nobis exigua videatur illam tamen cum coetera reliquarum
Diocesum Contribucione asseruari et coniungi fecimus de ipaque
dominationes vras litteris Capituli Ecclesie nre quas cum pre:
sentibus mittimus quietari fecimus, Coeterum quia nobis est de:
claratum plurimos esse in ista Eccia Prelatos et Canonicos qui
Denarium Sancti Petri multis iam annis de Ecclesiis suis Par:
rochialibus retinuerunt, soluentibus illam omnibus agrorum
Colonis, qui longe sunt alieni ab hoc officio quod in ampla facul:
tate ad exemplum tocius Ecclesiastici ordinis gerunt Canonici

et Prelati Quare D. vras rogamus operam suam faciant ut ab iis quod retentum est citra ulteriorem moram solvatur, et deinceps non tentetur ab illis ea in re et Apostolice Sedis et Mtis Regie, cui predicti Denarii provenutum ad ~~meum~~ certum tempus concessit Summus Pontifex, auctoritas aliogin enim nos authoritate Sedis Apostolice omnes negligentes et contumaces excommunicari faciemus. Qui autem sint isti qui solucionem sunt remorati a Mgro Costen Polthomien Canonico Succollectore meo D. vre intelligent, Quas bene valere et felices esse omnes optamus Datum Cracovie die xii Novembris Anno domini M° D° XXXiij°

Petrus Tomiczki Eps Cracovien Vicecancell. Sigismundus primo Regi Poloniae

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime Post humilem servitutis et oracionum mearum comendacionem. Cognitum esse scio Mti vre Sermae dominum Nicolaum Iskrziczki in terris Russie sub absentia domini Capitanei Exercituum et domini Capitanei Camenecen omne munus suscipiendorum Oratorum et Nunciorum expediendorum sustinere in quo cum ille non taceat plus oneris sibi impositum quam commodi oblatum egoque satis sciam illum et virum egregium in militaribus officiis esse et custodem administratoremque finium regni non minus bonum quam necessarium, operepreciuum me facturum putavi si causam illius apud Mtem vram promoverem, que nihil aliud habet quam ut Mtas vra Serma illius officii et meritorum clementem habere racionem de Regia liberalitate sua dignetur, Quare ego supplico Mti vre ut si aliud esse non possit quo in presens boni hominis servitus remuneretur, saltem dari litteras ad Exactorem terre Podolie

mandare dignetur vt ex Contribucionibus publicis vel centum flo:
renis illum consolatum faciat, qua re et illum sibi et reipublice regni
sui Mtas vra Serma devinciet, et plurimorum qui ad id in Russia
intendunt animos exhilarabit atqz ad emulationem virtutis
provocabit Commendo me rursus et servitutem meam in gram
Mti vre Serme cui longam vitam summam feliciatatem cum
recta valetudine coniunctam a deo optimo Maximo assidue pre:
cor Datū Sandomirie die ij^a Octobris M^o. D^o. XXXiij^o

Petrus Tomiczki Eps Cracc Vicecancell
Joanni Choienski Epo Premisliensi

Rme in Chro Pr et domine fr et amice charissime et honoran
Scripsi ad Mtem Regiam literas supplicans illi vt domino Ss:
krziczki, pro his servicijs que in Russia loco Capitanei Ca:
menecen sustinet ex pecunia Contributionum publicarum centu
florenis munerare dignaretur, quod tametsi Mtem suam fa:
cturam non dubito vram tamen . D. Rmam rogo vt ea in
re opera et intercessione sua illum iuuare velit et re perfecta
ad Magnificum dominum Palatinum Russie Quietanciam date
pecunie transmittere hoc enim ille D vre Rme benemereri
et ego mutua gratificatione referre curabimus cuius amori et
fraterne beniuolencie me commendo illamqz foelicem et recte
sanam esse ex animo opto Dat

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Joanni de Tarnow Palat° Russie: Capit°
Sandomiriensi

Mag^ce domine domine fr̃ et consanguinee char^me ac honorañ.
Nactus hunc Nunctium ad Mg^ciam V̈ram euntem, comittere
nolui quin illi literas ad eam de rebus que hic habentur darẽ
Ex Lithuania nudius tercius Cubicularius Regius aduenit per
quem scribitur mihi q̃ Dux Moscouie pro Oratoribus Regie
Mtis petitum Saluum Conductum concedere aliter noluerit nisi
vt dominus Palatinus et alii aliquot ex principibus Consiliariis
Oratores ad se designentur Que res quid boni maliue con:
tineat, augurari nescio, hoc tamen scio quod exinde Mtis Re:
gie ad nos reditus diutius q̃ʒ sperabamus impedietur et pro:
trahetur. Ex Thurcia etiam Oczieski est reuersus, bene
confectis omnibus negociis in quibus erat missus, habet secum
Nunctium Voieuode Transalpinen quem Vilnam vsqʒ ad
Mtem Regiam conducere debet et is nulla alia mandata ha:
bet nisi vt nomine sui Principis de comendatione quam apud
Imperatorem Thurcarum pro eo fecit Mtas Regia gras
ageret multas. Ex Hungaria nihil auditur sed si quid certi
nunciabitur, Mgcie V̈rã nihil grauabor perscribere, Inte:
rim vero me illius amori et beneuolencie fraterne comendo
et ex animo opto vt in optima valetudine dies bonos annosqʒ
Felices vita traducat diuturna Datũ Cracouie die xvi^a
octobris Anno domini M° . D° . XXXiii°

Sigismundus primus Rex Polonie
Palatino Multauie.

Magce dne: filii loco nobis charme. Fuit iterum apud nos presentium exhibitor generosus Petrus Pithar, Secretarius et nuncius vre Magcie nomine post dictam salutationem egit gras nobis pro intercessione, qua pnominus causa vre Magcie apud potentm Cesare Turcorum et petiit ut vram Magciam loco filii nobis accipere, et deinceps eam pterno amore et fauore complecti non grauaremur. Cum itaque tam ex hoc famulo vre Magcie quam ex nunciis nris, qui in Turciam euntib et inde redeuntes, ditionem vre Magcie transierunt, intelleximus animi vri erga nos propensionem, et affectum constantem et sincerum, libenter annuimus votis et desiderio vre Magcie quam deinceps loco filii charmam in pectore nro habentes, paterno amore et fauore prosequemur. Modo vra Magcia eandem animi puritatem, sinceritatem que amorem erga nos ppetuo conseruare pergat. Reliqua per hunc nuncium vre Magcie significauimus. et optamus ut vra Magcia felix valeat. nos quoque ut patrem amet. Vilne, sub annulo nro. Xa octobr. 1533.
Regni nri 27

Sigismundus primus Rex Polonie
Magistro Cruciferorum in Liuonia.

Magce dne. Sincere nobis dilecte. Superioribus diebus egimus per nunctium nrm, quem in hoc ad Magnam vram allegaueramus, quo Ill. princeps do. Vilhelmus Marchio Brandeburgensis, et Coadiutor in Archiepatu Rigensi, nepos nr, in negocio electionis et postulationis ad Epatum Oselle, cum aduersario suo opera et auxe M. vre, finem desideratum citra tumultus et sediciones assequtus fuisset. verum uti non variis hominum rumoribus accepimus, prior ille electus do. Reinaldus nil non hostile molitur atque perpetrat in subditos ac beneuolos pfati Ill. Dni Coadiutoris incendiis cedibusque communem pacem atque concordiam, quam Ecclesiastici ex professione sua cumprimis promouere debent perturbando. et pter cladem imensam quam eidem nepoti nro attulisse fertur, multi innocentes et probi viri sub hac differencia ab auxiliatoribus Dni Reinaldi crudeliter obtruncati sunt. Unde mirum nobis videtur, quod impune talia liceant sub presentia ac pene sub oculis vre Magcie. cum omnino persuadeamus nobis nil horum patrari Magcie vre et ordinis iussu aut voluntate. Proinde iterum atque iterum hortamur atque rogamus Magciam vram, velit tandem auctem suam interponere, pro hoc totum quidquid est controuersie bonis mediis ad tranquillitatem reducatur. et vel in transactione priori atque pactis inter ipsos initis utraque pars contenta deinceps permaneat.

Faciet Magtia vra rem sua probitate et prudentia digna, ditioni vero et partibus controversis non minus utilem quam incommoda. nobis autem multo gratissimam, et omni gratificatione a nobis referenda.

Vilne 2 Augusti 1533.

Sigismundus primus Rex Polonie Clementi Pape septimo.

Sanctme. Contigit quod Episcopatus Kiovien. in magno ducatu meo Lituanie post translationem ex ipso in aliud tranquilliorem Rdi dni Nicolai iam aliquanto tempore vacaverit vel ob id quod locus ille sit obnoxius incursionibus hostium Christiani nominis, et vicinus Scysmaticis quibusdam non minus ditionibus meis malum molientibus. quorum latrocinio effectum est, quod Episcopatus iste omnibus proventibus exutus est, nil quod illi preter titulum reliquum manserit. Ego vero quo omnibus illius dioceseos et rationibus huius ducatus mei consulerem, censui sufficiendum ad hunc Episcopatum Kiovien. Venerabilem Franciscum Secretarium meum Decretorum doctorem, virum vita et moribus commendabilem. Quem offero et presento vre Sancti, persuasum habens eum cum illi Ecclesie, tum ditionibus meis commodum futurum. Supplico igitur eixe Sanctati vre, dignetur eundem Franciscum ad Episcopatum ipsum provehere et confirmare, ac Sacerdotia omnia que habet pariter illi reservare: quo vel in alieno Episcopatu ob inopiam Episcopatus sui habeat unde et vivat et statum talem qualem dignitas hec requirit commodius et decentius sustinere possit. Rogo item plurimum ut vra Sanctas pro sua pietate et clementia qua cunctos complectitur, dignetur habere rationem desolationis ipsius Episcopatus Kioviensis, et huic novo electo et Secretario meo expeditionem gratuito per breve concedere velit, cuius vigore munus consecrationis et possessionem Episcopatus arripere valeat. Faciet vra Sanctas rem suo nomini convenientem, et mihi non minus gratam quam huic electo utilem. Quam gratiam ego Sancti vestre perpetua mea observantia et studio curabo referre et demereri.

Det Deus Sanctitatem vram nobis et universe Reipublice Christiane quam diutissime incolumem, semperque felicibus incrementis in manibus prosperat.

Vilne xx octobr. Anno dni 1533. Regni mei 27

Sigismundus primus Rex Poloniae Ottoni Henrico, et Philippo Comitibus Palatinis Rheni

Illustres principes Pronepotes nri charmi. Lre quas ad nos Illtes vre prima Septembris dederunt, quarta demum Novembris nobis reddite sunt. quibus Illtes vre nos de solutione dotis Ill olim Hedwigis germane nre charme et avie vrarum Illtum commonefaciunt, et ubi a datis in hac re responsis discedere nollemus, cupiunt sibi diem et locum a nobis constitui, quo se ad nos, lris tamen fidei provisi a nobis, conferre, et tam negocium dotis, q alia que in rem utrinsqz sunt, peramice tractare vellent. Ad quae ex animi sententia transigenda censet peropportunum, ut Illustrem quoqz Principem Albertum Marchionem Brandeburgen, ducem Prussie, Nepotem nrum charm ad ea rem accersamus. et hec ferme in summa lre continent. Ut autem ad singula paucis respondeamus. primum quod ad dotis solutionem attinet, nichil hic aliud respondere possumus, q quod superioribus annis, freti consiliis Senatorum regni nri. qui in presens Lateri nro non adsunt responderamus. Res namqz tanti momenti sine illorum suffragiis tractare non solemus. Locum autem et diem ad quem nos Illtes vre commode convenire possent, vehementer quidem cuperemus nobis esse in facultate ut certum dare possemus: Nil enim adeo nobis in votis est, q ut prosapie nre tam insignes ramos his oculis aliquando intueri, et in hac etate ingravescente cum vris Ill. colloqui possimus de multis, quae non nobis solum verum universo orbi Christiano commoda afferre possent. et nedum sola mutua necessitudine coniungi, sed etiam mundis collogis et omnibus sinceri amoris officiis, animos Illtum vrarum nobis et Serm filio nro conciliare et perpetuum obfirmare vellemus. Verum negociorum quorum maxa pars est nobis cum hoste nro Moscorum Duce Magni huius ducatus nostri Lituanie perniciosso vicino magnitudo, tam ardenti desyderio nro plurimum obstat officitqz. Nondum enim scire possumus, pacem an bellum mavolet hostis ipse nr. Deinde nollemus Vras Illtes tantum subire molestiarum in tam longinquo et parum commodo exteris itinere in Lithuaniam presertim in hieme conficiendo. Neqz etiam scimus utrum nos in regno, an sub pellibus et in castris invenirent Illtes Vre. Unde et illud quoqz scire adhuc no possumus quamdiu hic nos detinebunt necessitates ducatus huius nostri. Dabimus tamen operam ut citissime transactis et paratis hic rebus, ad regnum nrm redire, et illic Illtes vras tam dilectos nobis principes expectare, ac hilariter simul et commode excipere possimus. et illuc quoqz Illtes vras tum reddemus certiores de tempore et loco, ad quem

320

minore negotio venire poterunt Illmae Vrae. Quibus etiam literas publicae fidei quas postulant mittere non gravabimur, quamvis preter morem et necessitatem id futurum arbitremur, quandoquidem tuto ad nos venire solent externi quique etiam perfidarum gentium homines. Tantum abest ut Illmae Vrae sanguinis nostri dilectissima portio aliquid sibi vel metuant vel suspicentur. Ceterum quid autem tam ardui tamque pregnantis negotii esset quod moram haud exiguam ferre non posset, satius forte nunciis intermediis hoc nobis communicarent Illmae Vrae quam tantum itineris hoc brumae tempore perficere ipse debeant, nisi talia sint quae per se quam per fidissimos quosque mallent nobiscum tractare. De quo ubi certiores facti fuerimus, etiam libenter subscribemus desyderio Illmarum Vrarum, una et Ill. principem Albertum Marchionem ducemque Prussiae nobis ad modum charum tum temporis adesse curabimus. Nos etenim quantum in nobis erit nulla in re deerimus Illmis Vris quibus omnia fausta et felicia favemus et precamur.

Datum Vilnae octava Novembris 1533. Regni 27.

Petrus Tomicius Eps Cracc. Vicecancell
Georgio Radiulo Castell^o Vilnensi et
Exercituum Magni ducatus Litua^e Duci.

Mag^ce domine amice charissime ac honoran. Accepi litteras vre Mgcie quibus quod me visere et suam erga me beniuolenciam declarare dignata est magnas illi ago et habeo gras et vicissim viso et saluto vram Mgciam hisce meis literis. Que scire velit Mgcum dominum Castellanum Crac iam conualuisse et esse extra omne periculum adhuc tamen domi se continere ita suadentibus medicis et debilitate virium illius id postulante. post solutos exercitus Thraicos et Christianorum ex Austria nihil est innouatum. Mtas autem Regia interponit operam suam vt Reges de Regno Hungarie dissidentes componere et ad concordiam reducere possit. Qua in re prosperet Mtem suam dominus deus. foelicissime valeat vra Mgcia et me diligat Dat

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Andree Zebridowski Can^co Cracouien
Secretario.

Venerabilis domine Nepos et fr in Chro charissime. Accepimus litteras vras quibus declarastis quo pacto in domum domini Schlumowski migrare instituceratis vt illic apud frem comodius et honestius quam in conducta domo maneatis ab eo vero instituto vro nihil nos aliud retrahat, nisi quod ex domino Doctore Borgk audistis comissum a nobis esse vt Doctor Hieronimus Italus quem nos huc vocauimus domum illam inhabitet Qua in re vtrunqz vehementer miramur qd scilicet vos et domum alienam que in nra potestate est inrequisitis nobis occupare iam ante instituistis et vrm hoc institutum deliberacioni nre qz ex domino Doctore

Borgk cognouistis preferre adhuc contendatis postulantes à nobis
et pro vrō desiderio et commoditate meam et plurimorum commo:
ditatem tū demiqꝫ deliberaciōnem priorem mutemus. At nos
vobis quidem fauemus vt domum et habitacionem inter Canonicos
confratres habeatis sed de domo ista aliud qꝫ semel decreuimus
constituere et vobis concedere non possumus, expedire enim
videmus vt Doctor Hieronimus quem erudiende iuuentuti in
Iure Ciuili preponere volumus et ad hoc stipendiō meō condu:
ximus et prope domum meam vbi comedat, et prope Collegium
Iuristarum vbi legat mansiōnem suam habeat. Vos autem
vt indigena et amicos et facultates amplas hic habentes, que:
ratis vobis et familiē vrā commodam aliam mansionem,
domus siquidem domini Schlumowski duorum Canonicorum
et familie eorum que plerumqꝫ disparium morū esse solet ca:
pax esse non posset, demiqꝫ non persuadeatis vobis quod plus
vrē persone de domo Canonicali qꝫ ceteris confratribus
debeatur. sunt enim priores vobis dominus Oleschniczki. D.s
Czmeilo. Conarszi duo. dominus Sobek et alii qui cum do:
mos Canonicales assequuti non sunt hereditarias vel condu:
ctas domos inhabitare non putant sibi indignum, et in
illis qui volunt honestiorem vitam qꝫ pleriqꝫ in Canonicali:
bus amplectuntur, preterea cum certo nobis persuadeamus
quod vos recte confirmata valetudine vrā ibitis in Lit:
uaniam non videmus cur tantopere de domo et habitaciōne
inter Canonicos habenda solliciti esse nunc debeatis bene
valete Datū in Dobrowoda die xviii.a Septembris
Anno domini M.o D.o XXXiii.o

Petro Tomiczki Epo Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Polonie.

SAcra Regia Mtas et domine domine clementissime. Post humi:
lem servitutis et oracionum mearum in gram Mtis vre Serme
comendationem. Cum huc nuper Cracoviam veni adierunt
me multi homines plane humilis condicionis, et declararunt
mihi se ad instanciam aduersariarum partium suarum edicto
et litteris Mtis vre ad comparendum Vilnam usqz cittatos
esse, simul petentes vt apud Sacram vram Mtem intercederem quo
illos a tam longinquo Judicio et difficili se sistendi necessitate
liberos facere et per commissionem hic in Regno vt ante so:
lita est de illis et illorum causa Judicium expedire mandare
dignetur Qua in re cum intelligam clementie Mtis vre co:
nenire, vt illorum satisfaciat desiderio illi supplico vt preces
egentium subditorum suorum exaudire, concessaqz illis huc
ad Regnum Judiciali nunc et postea semper commissione, illo:
rum sumptibus parcere dignetur, factura Mtas vra in hoc
rem et sua pietate dignam, et illis summe oportunam et neces:
sariam. Caeterum iussu et mandato Mtis vre Serme decla:
rani Joanni Luthomirski Mtem vram Sermam constituisse vt
quantisper manens apud dominum Regni Thesaurarium in Thesau:
ro Mtis vre Serme vtilia prestaret officia, haberet in annu:
um stipendium et mercedem suam, florenos centum in moneta
quam graciam Mtis vre Serme licet ille gratissime susce:
perit, quia tamen eius voluntatis Mtis vre testes litteras
nullas habeat, supplicat illi et ego vna rogo vt Mtas vra
Serma litteras manu sua subscriptas ad eius mercedem predi:
ctam extradi et huc ad me mitti mandare dignetur Quod
reliquum est me et servitutem meam iterum atqz iterum gra

Mtis vrae Serme supplex commendo dominumqz deum oro vt illi cum Sermis filio Rege et Regina Coniuge longam vitam valetudinem rectam et optatam foelicitatem concede:re dignetur Datū Cracouie die XXiiij Octobris Anno domini M°. D°. XXXiij

Petrus Tomicius Eps Cracc. Vicecancell.
Joanni Choienski Epo Praemisliensi.

Rme in Chro Pr et domine fr et amice charissime et honoran plerique homines queruntur q preter solitum Vilnam edictis Regie Mtis pro leuibus etiam rebus ex regno euocentur Quod incommodum vt deinceps egentes et inopes homines euitare pos:sent ego Mti Regie per litteras supplicaui vt huiusmodi acti:ones hic in Regno cognosci et Iudicari mandaret et a sum:ptibus non necessariis subditos suos liberaret Quare rogo plurimum Rmam D. vram vt in ea re quod putauerit spectare ad subditorum regni commodū Mti sue persuade:re velit) Caeterum etiam rogo D. vram Rmam vt litteras Joanni Luthomirski pro quibus ad Mtem Regiam scribo, scri:bi faciat et scriptas vna cum litteris per Cubicularium Swiecz ad subscribendum manu Regia missis huc ad me mit:tat rem mihi in hoc gratam D°. vra Rma factura Cuius amori et beneuolencie fraterne me commendo et eam foelicē atqz recte incolumem esse ex animo opto Datū Cracouie die XXiiija Octobris Anno dni M°. D°. XXXiij°

Sigismundus primus Rex Polonie Georgio Duci Saxonie.

Illustris Princeps et domine affinis nr̃e charissime. Is adolescens Erasmus Crommiczki qui presentes Illmi vr̃e nomine nr̃o reddet litteras, nimia iampridem cupiditate et studio visendi adeundiqȝ peregrinas naciones tenebatur, et vt generoso animo esse dicitur, optauit semper in exteris partibus gloriam militando querere qȝ domi in ocio potissimum etatis sue tempus conterere Quare cum cum nunc occasionem optimam sibi nactus esse videretur, vt se à patria seiungeret, supplicauit nobis cum agnatis et propinquis suis, vt se Illmi vr̃e commendaremus Nos vero honeste illius et necessariorum quos, partim ob generis Nobilitatem partim ob multa merita, singulari gracia prosequimur peticioni deesse nolentes, illum Illmi vr̃e commendamus, similiqȝ ab illa rogamus, vt nr̃a causa, illum in numerum seruitorum suorum recipere velit. In hoc enim nobis plurimum Illtas vr̃a gratificabitur et hunc Nobilem subditum nostrum perpetuo sibi deuinciet bene valeat Illtas vr̃a Dat Cracouie die xxvi^a. Octobris Anno domini M°. D°. xxxiij° Regni vero nostri anno xxv°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell. Ioanni de Tarnow Palat° Russie: Sandomiriensi Capitaneo.

Magce domine fr et consanguinee charme ac honoran. Mittens istuc de quibusdam negociis meum Notarium et Nunctium, mittere etiā presentes litteras Mgtie vrae volui, quibus etsi aliud non sit q̄d scribam saltem illam officii causa viso, et saluto, simulqz opto vt quod in votis habet diu retineat, quod vero desiderat cito con: sequatur ad suam et suorum gloriam et foelicitatem cumulanda. Apud nos noui nihil est ex Hungaria autem allatum est dominum Palatinum Siradien in Kiesmarck iam applicuisse cum bonis an malis nuntiis incertum Qualiacumqz tamen sunt que af: fert breui nos credo ab ipso cogniturros Arbitror enim illum ad nupcias sue Neptis que domino Seuerino Boner Castellano Zar: nouien et Zuppario Crac in Matrimonium collocatur aduen: turum esse. Que nupcie vtcumqz Mater puelle domina Pala: tina Calissien mortua est, diutius non differrentur qz ad festum Sancti Martini, et Piotrcouie in domo mea celebrabuntur, vti: nam foeliciter et fauste. Quod reliquum est me amori et beneuo: lencie fraterne Mgcie vrae commendo, cui et deos precor lon: gam vitam, valetudinem rectam et optatam in rebus suis omni: bus foelicitatem Datt Cracouie xxvij Octobris Anno domini M° D° xxxiii°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Viceccancell.
Sigismundus primus Regi Poloniae.

SAcra Regia Mtas et domine, domine clementissime. post humilem servitutis et oracionum, mearum commendacionem. Scio satis cognitum esse Mti vre Serme Adamum illum antiquum Castri Crac. fidum et diligentem Notarium non solum de officio ipso Castren. sed et de Mte vra et de plurimis singillatim privatis personis pro honore et dignitate vre Serme Mtis bene meritum esse is cum et etate sit iam gravatus, et egestate in tantum oppressus, vt sine subsidio Mtis vre Serme vitam vlterius honeste traducere nequeat, ad Mtem vram Sermam confugit, supplicans, vt se mendicum et inopem sublevare sua gracia dignetur, Ego vero etiam probitatem et merita illius cognoscens, tum demumque advertens nihil tam conveniens esse splendori et glorie Mtis vre quam vt egentibus presertim probis subveniat illi supplico, dignetur homuntionem sibi cognitum de multis bene meritum et iam ex etate vita vacillantem pro sua pietate et illius egestate consolari, illique de alimentis, vel dato ei in Zuppis aliquo officio vel constituto illi aliquo annuo stipendio providere, vt commodius reliquum vite sue tempus transigere, et dominum deum pro salute et felicitate Mtis vre Serme benedicere valeat, In hoc certe rem honestam piam et multa laude dignam factura Mtas vra Serma. In cuius gratiam ego me et servitutem meam iterum commendo, optoque ex animo et a deo optimo Maximo precor vt Mtas vra Serma quantisper isthic est, et recta valetudine, et prosperis successibus in omnibus votis suis vtatur, ad nos autem reversa multos annos vivat sospes ac incolumis, et suis perpetua atque optata felicitate quam diutissime imperet Datum Cracovie die iiii Novembris Anno domini M° D° XXXiii

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Joanni Choienski Episcopo Præmisliensi.

Rme in Chro Pr et domine, frater et amice charissime et honoran
Supplicaui Mti Regie pro Adamo Notario Castri Crac anti:
quo vt illum Mtas sua senem decrepitum et multum egentem sti:
pendio aliquo vel expectacione ad aliquod officium ex his que in
sceda pntibus inclusa continentur prouidere dignaretur quo comodius
reliquam etatem suam transigere, et a miseria atqz mendicitate
se vindicare possit Qua in re vt me iuuet D. Vra, illam plu:
rimum rogo nam quicquid ex opera et patrocinio vro in hunc
hominem a nobis erit collatum, procuIdubio deo et hominibus erit
acceptum est enim homo mitis et de multis bene meritus virtute
sua commendo me amori et beneuolencie fraterne D. vre
Rme quam recte sanam et semper foelicissimam esse ex animo
opto Dat Craconie die iiija Nouembris Anno domini
Mo. Do. XXXiijo

Tomiczki Eps Vicecancell.
Sigismundo primo regi Polo e.

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime post hu:
milem seruitutis et oracionum mearum in graciam Mtis vre
comendationem. Dominus Johannes Ocziesski Notarius terre
Crac ex itinere languens reuersus et valetudini sue consule:
re, ac equis defatigatis respirandi facultatem dare cupiens
moratus est hic ferme per vnius Mensis spacium, sub quo
quidem tempore, tametsi, et in recuperanda valetudine et in
reficiendis equis parum profecerit, metuens tamen ne vlte:
riore mora sua Mtis vre Serme animum offendat, in ne:
gotiisqz

illius ac reip: aliquid negligat, que pluris facit qȝ, optima vel propriam suam facultatem itineri se commisit et recta hinc ad Mtem vraȝ Sermam proficiscatur. Qui cum non sine vite periculo munus le: gationis in Thurcia vbi hac tempore maxima viget pestis, obiuit et vt Mtis vre Serme negocia vtiliter conficeret rei familiaris sue peculio non pepercit non vni mihi, sed omnibus recte sentie: tibus dignus gracia et liberalitate Mtis vre Serme videtur, de qua vtcumqȝ ille sue fidens virtutj et meritis, bene sibi pol: liceatur, egoqȝ ex mea opinione in hoc illum confirmem, cupiens tamen animum meum de illius fide et meritis apud Mtem vraȝ Sermam testatum facere et illi meo patrocinio prodesse Mti vre Serme illum ex animo commendo et ab illa diligenter rogo, dig: netur eum egrum et sumptibus extenuatum colligere, racionesqȝ suas indigentes tantum quantum fides, diligencia, et industria eius promeruit gra et liberalitate sua Regia subleuare, quod ille Mti vre Serme mecum et cum aliis amicis promereri diligentissime curabit et se ad reliqua seruitutis et officiorum genera Mti vra Serme prestanda alacriorem abilioremqȝ efficiet Commendo me iterum et seruitutem meam in gram Mtis vre Serme, dominumqȝ deum assidue cum cetu meorum Sacerdo: tum oro, vt illam cum Sermo filio rege et Serma Coniuge sua domina Regina ceterisqȝ liberis omnibus diutissime sanam et semper foelicissimam seruare nobis dignetur Dat Crac die iiija Nouembris Anno dni M°. D°. XXXiij°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Joanni Choienski Epo Premisliensi.

Rme in Chro Pater et domine frater et amice charissime et honorande. Dominus Oczieski Notarius terre Crac vt videbit Do vra Rma male valens ex Thracia redijt, nimirum aura pestilenti, que illic acriter seuit afflatus, qua etiam perijsse Basilium Armenum et interpretem existimat, Is enim illic de vita periclitatus et sumptibus non modicis de re sua familiari quesitis, attenuatus, Regie Mtis negotijs bene et vtiliter inseruiuit videri potest et graciam et mercedem Mtis sue meritus Quare D. vram Rmam plurimum rogo, vt illum ita in graciam Mtis sue commendare velit, vt isthinc nisi remuneratus saracitis etiam proprijs suis impensis non discedat in hoc factura Do. vra Rma rem officio suo dignam et tam mihi qz et reliquis recte iudicantibus gratam Cuius amori et beniuolencie fraterne me commendo et opto illam foelicissimam esse atqz recte sanam et incolumem Datis Cracouie die iiija Nouembris Anno Mo Do XXXiijo

Petrus Tomiczki Eps Cracc Vicecancell
Sigismundo primo regi Polonie

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime Post humilé servitutis et oracionum mearum commendacionem. Declaravit mihi dominus Oczieski Notarius terre Cracovien quod Vassil Armenus Interpres Mtis vre Serme Thurcicus in itinere sit mortuus, eiusqz filii qui presentes Mti vre Serme reddent idipsum mihi cum lachrimis retulerunt, patrem simul et orbi:tatem suam cum egestate coniunctam deplorantes. Cuius ego mor:tem etsi primo loco propter Mtis vre Serme raciones quibus commodum satis et fidum se prestitit semper servitorem, molesta habeo, altero tamen eciam loco doleo illum filiis decessisse, nam hac intempestiua morte sua illorum rationibus magnum allatum esse detrimentum video. Verum cum ille vivens adhuc ex hac potis:simum causa rem familiarem suam et domesticam liberorumqz cu:ram deseruerat, vt Mti vre Serme et publicis negociis inservi:ret Non alienum equidem nunc vicissim à Mtis vre Serme fo:ret clementia vt merita illius miseri et infortunati hominis in fi:liorum egestate subleuanda remunerare dignaretur, pro quo vt:cumqz illi presentes supplicabunt, ego tamen in auxilium ipsorum etiam supplico Mti vre Serme et illam plurimum rogo pieta:tem suam in eos orphanos, vel hac grã qz patri concesserat ad beneplacitum voluntatis sue illis reservata ostendere dignetur que ad quindecim Marcas census annui ex Theloneo Leopoliensi capiendi continebat, faciet in hoc Mtas vra Serma rem sua Regia amplitudine dignam, et eorum egestati summe necessa:riam quam dominus deus cum foenore Mti vre Serme repen:dere dignabitur Commendo me rursus et servitutem meam in graciam Mtis vre Serme Quam foelicissimam esse semper

et cum tota Sermã domo isthic recte sanam et incolumem ex ani:
mo desidero Dat Cracouie iiij.ta die Nouembris Anno
domini M.o D.o XXXiii.o

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Joanni Choiensky epo Praemisliensi

Rme in Chro Pr et domine frater et amice charissime et hono:
ran. Non possum non vehementer probare, quod litterę ad indi:
cendos Conuentus scriptę tempestiue sunt huc allatę et distributę,
Cum enim tempori sciant Consiliarii et Nobiles Regni, diem
et locum assignatorum Conuentuum, quin ad illos veniant nihil
oportune causari poterunt, In quibus faxit deus omnipotens, vt
aliquid salutare et Mti Regię gratum conficere possimus. Ego
quidem pro officio meo quod et Mti Regię et reipublice debeo
et generali Piotrconien Proschouien ac Corczmien Conuentibus
interesse non pretermittam in quo si et ceteri idem prestare vo:
luerint, sperare licebit nos et ex commodo reipublice et ex animi
sententia Mtis Regię omnia constituturos.

Ceterum et illud magnopere mihi satisfacit qd demo Mtis Regię
Nuncius ad Moschum ablegatur publice fidei lras pro Oratoribus
Mtis sue petiturus, quod si ab initio a priore nuncio citra am:
bages et inuolucra verborum factum fuisset, et res proculdubio me:
lius cessisset et ego magis laudassem, non est enim nouum Christi:
anos Principes litteras publice fidei ob spem tractande concor:
die a qua nullius vnqz sapientis animus abhorruit ab hosti:
bus petere, hoc vero satis scitum est et cognitum dominos Lith:
uanos et imparatos et male concordes hoc tempore esse ad bellu,
cum tam contumaci et preualenti hoste sustinendum. Quare sani:
us commodiusqz multo est, vt de induciis agatur resqz tantisper
consilio et condicionibus trahatur dum se offert tempus et occasio

sub qua honesta, et perpetua durabilis pax confici possit. D. Lasaro
Bonamico Sermi Regis iuuenis munus et literas breui mittam
In quibus litteris id quod Mtas Rlis in calce immutari fecit
optime mihi placet nemo enim melius quam Mtas sua iudicare et co:
gnoscere potest quid Sermi Regis iuuenis honori et dignitati in
illis regionibus expediat et conducat, quam ego quam pro mea quali:
cumque facultate ornare et augere sedulo studeo et admitor Na
et Lasaro et aliorum negotium silencio facile nunc preterissset
nisi ego et de responsione et de munere illis dando operam inter:
posuissem.
Occurrunt quandoque ardue res alique de quibus expedit, Mtem
Regiam velociter facere certiorem Quare rogo. D. vram Rmam
mittere ad me tam latinas quam Ruthenas de vno et duobus equis
litteras Podwodorum velit, vt mihi ad res sub absencia Mtis
sue bene gerendas non desit facultas, cum non deest animus.
Addixit se nescio quo consilio filius Doctoris Dambniczki seruitio,
domini Andree Zakrzewski estque cum illo isthuc profectus. Quem
quia Pr non vult habere apud dominum Zakrzewski rogo ma:
gnopere vram. R. D. comendare eum velit in seruitorem
et Scribam alicui domino Lithuano est iuuenis probus compositus
bonis moribus preditus et apud dominum Scholasticum et Vica:
rium meum educatus, rem gratam mihi in hoc faciet vra
Do quam illi ipse iuuenis cum Patre suis obsequiis demereri
studebit. Comendo me amori et beniuolencie D. vre Rme
quam dominus deus in omnibus successibus foelicem et recte
incolumem seruare dignetur Datum Cracovie die xa Nouem:
bris Anno domini Mo. Do. XXXiiio

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell Andree de Valentinis Mutinen: Medico Bonae Regine Polonie.

Reverende ac egregie domine, frater et amice charissime. Admodum grate et iucunde fuerunt nobis littere D. vre quibus nos de Principum nrorum bona et integra valetudine fecit certiores, idqz si deinceps crebro facere non granabitur erit quod illi plurimum debebimus. Nam cum quod audiamus libentius preter id nihil habeamus, à nemine melius qz à D. vra de hoc fieri possumus certiores. Quod littere publice fidei pro Oratoribus Mtis Regie de pace et concordia ad Moscum mittendis non sunt allate, quodqz res istius Ducatus ad bellum inclinare videantur, magnopere dolemus, sumusqz ob hoc vehementer solliciti, videmus enim qz periculosum quamqz difficile sit hoc tempore dominis Lituanis inuicem dissidentibus, et male paratis, armis cum hoste decertare. Speramus tamen qz Mtas Regia pro sua summa prudencia talem racionem inire dignabitur, vt Induciae cum hoste ad aliquod tempus recipiantur, bellumqz et belli discrimen ad presens euitetur, alioqui enim Mtas sua diutius isthic morari qz optaret et qz reipublice regni expediret cogeretur.

Apud nos noui nihil est nisi quod ante aliquod dies dominus Seuerinus Boner Castellanus Zarnonien et Zupparius Cracouien profectus est Piotrcouiam ad despondendam sibi vxorem filiam domini Palatini Calissien id quod illi sit perpetuo foelix et faustum, profectus autem est cum insigni et splendido comitatu qualem pauci ante visi sunt habuisse. In Hungaria omnia silent sub quadam vel condicta vel simulata tranquillitate, Nam tametsi Caczianer cum nonnullis militaribus copiis illuc descenderit, palam tamen fatetur et predicat se non nocendi vel turbandi aliquem causa, sed ab iniuria suos custodiendi et tutandi

aduenisse, quod quomodo credamus melius euentus rerum decla:
rabit. Nos quod restat .D. vram foelicissimam et recte incolu:
mem esse ex animo optamus, illamqz rogamus vt nos Serenis
Principibus seps commendet et ipsa habeat sibi charos et co:
mendatos Dat Crac die x^a Nouembris Anno domini
M° . D° . XXXiij

Andreas Cricius Eps Plocen
Bone Sphortie regina polonie.

Sacra Mtas. et domina domina mea clementissima humillimam mei
comendacionem Cubicularius Regius qui Conuentuales litteras at:
tulit mihi et litteras vre Sacre Mtis quibus significare mihi digna:
ta est bonam valetudinem vrarum Mtum hortariqz me operam
pro virili mea prestarem quo res Conuentuales recte transigeren:
tur clementissima mea domina, bonam valetudinem vrarum Mtu
quis est, qui non cum summa voluptate audire debeat sub qua:
rum imperio et statu incolumi, omnes sumus incolumes, et in
his turbulentissimis temporibus pace foelices, precamur igitur
omnes et precari merito debemus, vt deus optimus Maximus
seruet nobis hanc nram sanctam Triadem diutissime sospitem et
semper foelicem Quod ad res Conuentuales attinet, in hac tota
prouincia Masouien nihil est, neqz futurum est, mea sentencia,
nisi ad nutum Mtum vrarum de aliis etsi nesciam, spero tame
omnia recte successura egoqz quod debiti mei est non preter:
mitta Ex Germania mira scribuntur de futuro his diebus
extremo iudicio, profecto Serma Princeps Germani isti plus
sapere volentes qz alii, indies magis insaniunt atqz vtinam
fiat tandem iudicium per ignem, non seculi sed erroris ipsoru
Iterum me gratie vre Sacre Mtis humillime commendo Pol:
tonie XX^a Nouembris Anno domini M° . D° . XXXiij

Andreas Crzizki Eps Plocen
Petro Tomicio epo Crac. vicecancell.

RME mi domine, transactionem super Scholastria Plocen, ut prius scripsi, non feci iuxta voluntatem meam, sed coactus iuxta sententiam horum practicorum, nihil reliqui mihi faciente domino Epo Camenecen preter titulum idqz longis et difficillimis litacionibus, alioquin libenter ita me deus amet impartiuissem servitori Rme D. vre quicquid illa iussisset nec solum fouebo et iuuabo in posterum ius illius, ut nemo illum precedat, sed eciam ipsemet cum iuribus meis de via illi decedam nihil non facturus unqz quodcumqz Rma Do vra iusserit eciam si et Scolastria sit decedendum

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Luce de Gorca Castello Posnanien. Capito
Maioris polonie generali.

Mag ce domine, domine et fr honoran Tametsi intelligam dominum Sebastianum Opaleniczki Custodem Posnanien qui a nobis recta isthuc proficisatur accomodate omnia que de me et de reliquis rebus accepit vel cognouit Mgce vre coram verbis declaraturum esse, Vacuum tamen illum meis litteris dimittere nolui quibus ut semper soleo nunc qz officiose et amice Mgciam vram viso et saluto simulqz precor, ut prospere in omni vita votis et desideriis suis perfruatur.
Mitto autem Mgce vre Iura et constituciones regni publicas in nouam formam redactas et castigatas ut ante generale Conuentum illas perlegere et demum in Senatu sentenciam suam que videbuntur in illis probare vel improbare commodius possit, Quod reliquum est me amori et beniuolencie fre

Mgcie vrē commendo quam et recte sanam et semper foe:
licissimam esse ex animo opto. Dats Cracovie die S. Cleme:
tis XX^a Nouembris Anno . M^o . D^o . XXXiij^o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Stanislao Lasoczki Succamerario Posnanen

Generose domine fr̄ et amice charissime. Dolemus plurimum
quod vrē D. noua grauitas ac iniuria illata est à dnō
Castellano Biechonien per receptionem centum boum, cuperemus
enim vt ambo essetis in bona amicitia et amore fraterno. Retulit
quidem ipse nobis dum esset nuper apud nos in Kielcze, quod
vrē D. eos boues receperit ob transgressum et preteritum The:
loneum Rauense, eosqʒ postulante Rmo domino Archiepo Gnes:
nen et aliis dominis apud quos vrā D^o de hac violencia questa
fuit, non restituerit nec ad cautionem fideiussoriam dimittere
voluerit eo quod id quod fecisset Regie Mti perscripserit et do:
cumentum ac mandatum Mtis sue expectaret. vtcumqʒ tamen
ille egerit. nos eius factum probare non potuimus nec probauimus.
sepe enim eiusmodi casus accidunt aliis hominibus quod boues et
alie merces intercipiuntur eis à Theloneatoribus, dantur tamen
et dimittuntur ad cautionem fideiussoriam id quod Mtem Regiam
q^o speramus in hoc casu vrē D. mandaturam esse vel iam ma:
dasse. et nihil aliud in presens consulimus vrē D. faciendū
nisi vt expectet in eare mandatum et informacionem Mtis sue
Regie, cui non dubitamus vrām D. hanc suam iniuriam in:
ctiasse. postqʒ autem boues vrā D. dimittentur ad cautionem
fideiussoriam. poterit posthac cum domino Castellano Biechonien
iure agere pro iniuria sibi illata, quam interim ferat quieto et
pacato animo prout alias suas iniurias ferre consueuit, et Vale:
at foeliciter vrā D^o. Dats

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Bonae Regine Polonie

SAcra Rlis Mtas et domina, domina clementissima, post humilē servitutis et oracionum mearum commendacionem. Vt nullam occasionem pretermittam qua tandem aliquando precum mearum a Mte vra Serma habitam racionem iam tocies infoelix experiar et cognoscam vaccante nunc Subdapiferatu Crac per obitum domini Petri Chleviczki Mti vre Serme supplicandum duxi, et presentibus supplico dignetur pro sua excellenti virtute partim mea, partim domini Nicolai Czikowski Castellani Sandecen et amicorum eius causa ipsius domini Sandecen filium natu maiorem quem apud me foveo, efficaci patrocinio atqz intercessione sua apud Mtem Regiam ad quam etiam scribo iuvare, quo huc Dapiferatum pro decoro domus et familie sue consequi possit, est enim mea sentencia adolescens probus et ad omne genus officii magnopere pro sua virtute aptus et idoneus, qui procul dubio cum patre amicis et vna mecum hanc gram fidissima servitute sua perpetuo mereri Mti vre Serme curabit. Cuius ego gracie me et servitutem meam rursus commendo, et eam foelicissimam esse atqz semper sospitem et incolumem ex animo opto atqz a deo precor. Dat Crac die vltima Decembris Anno domini M° D° XXXiiij°

Petrus Tomiczki Eps Cracouien
Joanni Choienski Epo Premisliensi

RME in Chro Pr et domine, frater et amice charissime et hono: ran. Vaccat nunc Subdapiferatus Cracouien per obitum dni Petri Chlewiczki, pro quo ego supplicaui Regie Mti, vt illum filio domini Castellani Sandecen, qui apud me est, conferre dignaretur, et pro intercessione atq3 patrocinio Mtem Rlem rogaui cui mul: tum fido, ad quam rem impetrandam vt nihil mihi desit. D. vram Rmam etiam rogo, velit tam apud Regiam q3 apud Rlem Mtem partes suas interponere, quo id ita impetrare va: leam, vt Mtum suarum in me graciam absens et ipse experiri et aliis declarare possim commendo me amori et beneuolencie fraterne. D. vre Rme, quam diutissime sanam et semper foelicissimam esse ex animo opto. Datum Cracouie vltima Decembris Anno domini M°. D°. XXXiij°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Kiessgalo Canco Vilnen.

RME in Chro Pater et domine amice charissime et honoran. Etsi nihil mihi scripsit. D°. vra Rma de Epatus Mednicen dig: nitate, neq3 ego vt pro. D. vra illam peterem fuerim a quo: piam preter. D. Tarlo Ecclesie mee Canonicum et Regie Mtis Secretarium admonitus qui modeste et pauca aliquocies in com: mendationem. D. vre Rme meam loquutus est, perspectam tamen habens virtutem. D. vre Rme et singularem in ista prouincia rerum agendarum experientiam mea sponte ad Mtem Regiam intercessi, vt hac Epali dignitate illam ornare et ad

magis honoratam Sedem prouehere dignaretur. Quod quoniam deo sit gracia ita factum est, et in Epatum Kijouien. D[s]. Vencesl[aus] Plebanus Grodnen' suffici debet. D. vram Rmam rogo vt Archidiaconatum quem in Ecclesia Medniceñ habet concedere illi velit, nam cum dignitatem cum Epatu. D. vra ipsa retinere non possit honorificum et vtile opus tam D. vre Rmae quam illius Ecclesie censuerim, si illam domino Electo Kijouiensi qui honore Epali auctus, ad se pro dignitate sustentandum exiguos habet prouentus fauere velit presertim si id sine magno rerum suarum dispendio facere possit, quod et ipse. D[s]. Electus et ego mereri. D. vre Rmae curabimus cuius amori fraterno me commendo et foelicem esse atqz semper saluam opto Datum

Petrus Tomiczki Eps Cracouieñ Vicecancell.
Nicolao Bedlenski Scolastico et vicario :
Stanislao Borek Decret. Doct. Canco Cracouien.

VEnerabiles domini fres in Chro charissimi, Ante aliquot elapsos dies veniens huc ad nos Mgr Martinus cerdonis Maioris Artistarum domus Collegiatus, questus est, quod per ipsos dominos eiusdem Collegii Doctores et Mgros, Altare per resignationem Doctoris Lanczki vacans, ita sibi non petenti et inuito obtruderetur vt Collegiaturam alteri cuipiam resignaret, que res ita breuiter indeqz et ~~aliis~~ sine causa declarata, cum nobis impietatem et iniuriam preseferre videretur, dedimus ad ipsos dominos Doctores et Mgros litteras, quibus hortati illos sumus, vt Confratri et contubernali suo, id quod nolit non obtrudant, et quod possidet non eripiant, Nunc tamen edocti qua causa et quo consilio id domini Doctores et Mgri faciant, Nempe vt hominem vinolentum et scandalis opletum ista honesta oblata contentacione a domo et Contubernio suo remoueant, committendum vobis duximus et committimus per presentes, vt accepta informacione

cione à dominis Collegiatis de licentia Mgri Martini predicti vita ipsum ad se aduocetis et exprobratis facinoribus illius, diligenter ei persuadeatis, vt Altare quod illi offertur satis honestum et in prouentibus non exiguum, accipiat ab illisque cum quibus vita et moribus congruere nescit se segreget, alioquin et Collegiaturam amittet, et poenam duri atque diuturni carceris pro his que admisit criminibus non effugiet, Reliqua prudenciae et iudicio vro committimus et bene vos valere atque foelices esse optamus Dat in Kielcze XXIa Augusti Anno Mo Do XXXiiio

Petrus Tomicius Eps Craccouien Vicecancell Ioanni Epo Vilnen filio naturali Sigismundi Regis Poloniae.

Rx

Rme in Chro Pr et domine amice honorandissime. Nobilis Stanislaus Kokosczicz qui presentes meas reddet Mgci domini Castellani Posnanien seruitor habiturus est coram Rma D. vra et aliis Commissariis cum Mgco domino Stanislao Radziuil Pincerna Magni Ducatus Lithuanie certam actionem ex Sacrae Mtis Regie Comissione, is cum seruiendi officiis virtutem suam multis commendauit improbitatis et infidelitatis calumnias deuitans, commendari se à me D. vre Rme postulauit, quod ego et amicorum meorum et illius causa non grauatim facio Rmamque vram D. rogo velit in causa hac honestatis sue racionem habere et cum ceteris dominis Comissariis pro iusticia illum ab omni violenta impugnacione tueri ac defendere, quo et rem piam et mihi gratissimam D. vra Rma faciet cuius me amori et beneuolenciae fraterne commendo Datum

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell. Petro Kmite de Wissnicze Marsalco regni Craccouien. Scoepusien. Premislien. Capitaneo

MAgce domine amice et affinis charissime ac honoran. Sacrilegus ille Ostrowski qui crematus est non pridem in Zarnowiecz dicitur confessus esse inter coetera maleficia se Ecclesiam in Przithik et Vawrzinczicze spoliasse et res sacras atque argentum apud Iudeum Mandel qui per officium Mgcie vre detentus est deposuisse, qua in re cum domini Podlodowsczi Ecclesie in Przithik patroni mittant proprium ad Mgciam vram Nunctium, illum Mgcie vre duxi comendandum, ab illa rogans vt pro rebus Ecclesiarum praedictarum recuperandis illum sua authoritate adiuuare dignetur, rem in hoc piam officioque suo dignam et deo gratam factura Mgcia vra, quam domini Podlodowsczi benemereri et ego omni studio et gratificatione mea referre Mgcie vre curabimus Cuius amori et beneuolentie me commendo et opto illam et cum Magca vxore sua foelicissimam esse et recte sanam ac incolumem Datum

Tomicius Eps ac Vicecancell Nicolao Bedlenski Scolastico et vicario in Spiritualibus Craccouien

VEnerabilis domine, fr in Chro charissime, Quamuis potuerimus nunc sufficere alium isthic Officialem nrm in locum demortui domini Doctoris Trzcieschow. Nam erit nobis deligendus inter paucos, qui munus hoc cum nra et Ecce nrae dignitate sustinere possit, sequuti tamen consilium vrm et domini Doctoris Borek collationem illius in tempus aliud suspendimus, vtcumque non videamus causam vrgentem vt id faciamus, interim autem ne hominum iusticia negligatur damus vobis facultatem

tatem et anthoritatem causas et actiones in iudicio domini Offi:
cialis defuncti ceptas, finiendi et modo debito terminandi, om:
nesqz vtriusqz sexus homines censuris Ecclesiasticis ab illo in:
nodatos absoluendi. Que scripsit nuper nobis . D. Epus
Sirmien de rebus Hungaricis de certa spe pacis inter Sermos
Ferdinandu et Johannem Reges constituende, ex scedula lris
vris ad dominum Doctorem Borek datis inclusa plene cogno:
scetis. Mittimus ad vos literas domini Schewicz Consulis Ci:
uitatis Wratislauien vt domina Bronjowska cognoscat
quod non nisi per strepitum Iuris hereditatem pro qua agit,
consequi illic poterit. foelicissime valete et dominum deum pro
nobis orate Dat

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Vilhelmo de Wiczkow. Morauo.

Magce domine amice charissime. habuimus . D. vre litteras per huc
tabellionem eius nobis redditas, ex quibus . D. vram tristi me:
rore ac desiderio amissi filij agitari adhuc animaduertimus,
in quo cum pro communi humanitatis officio, tum pro singu:
lari mea erga . D. vram beneuolencia, ei ex animo condole:
mus. Quod vero racionem perquirendi eiusd. D. vre filij
cura et diligencia mea, astruendam atqz promouendam sus:
cepimus, id causa . D. vre alacri animo fecimus, hanc ipsaqz
curam et diligenciam nram non intermittemus et vt primu
redibit Nuncius Mtis Regie domini mei ex Thracia cui
inter alia id qz datu est in mandatis vt de filio . D. vra
quereret eumqz reducendum secu curaret, inquiremus ab
eo num quidpiam certi de illo habeat quodqz nobis refferet
ret . D. vre sine mora perscribemus. Quod vero attinet et
dominu Boskebraczki quem scribit Do. vra eod conflictu

quo et filium suum interiisse esseqz insigni familia de Regno Bohemie progenitum, nos non granatim agemus et constituemus cum Armenis subditis Regie Mtis domini nri, vt eum in Thurcia perquirant et ex captiuitate si poterit redimant ac reducant, qui quid tandem se in carcere effecisse nobis declarabunt, id nos D. vre significabimus. Quam bene ac foeliciter valere optamus, nosqz beneuolencie illius commendamus Dat

Tomiczki Eps et Vicecancell Nicolao Lutomirski Theloneatori Craccouien.

GEnerose domine nr dilecte. Miserat huc ad nos dominus Prusinowski ex Morauia hunc Cursorem suum cum litteris qui quoniam emit hic in Regno equos duos ad vsum suum domesticum, eosqz à nobis rediens secum in domum suam reducit, rogamus vos vt ei Theloneum quod ab eis ipsis equis duobus in finibus regni soluere deberet dimittatis et Notariis vris dimittendum per vras litteras committatis, idqz causa mea facere velitis quod nos vicissim officiis gratifficacionis vre vobis per occasionem referemus bene valete Dat

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Petro kmite de Vissnicze Marsalco regni
Craccovien. Scepusien. Premislien. Colensi
Capitaneo.

X

Magce domine, amice et affinis charissime ac honoran. Puto non esse incognitum iam vre Mgce dissidium quod intercessit inter dominu Joannem Morawicz et vxorem eius que nolens cum eo manere Divorcium petit, et causas proponit propter quas iuste separari ab eo deberet. Morawicz contra asserens nullam subesse legittimam causam propter quam se subtrahere illa ab eo possit petit a nobis vt ei extradi illam de Monasterio S. Andree ad quod se contulit mandaremus. Nos vero consideran eiusmodi dissidia frequenter interuenire solere inter viros et vxores, que tn per comunes amicos tandem componuntur, aperuimus ex animo vt vra Mgcia persuaderet domine Morawczewa vt omissa lite super Divorcio, que et difficilis est et valde incerta, rediret in graciam cu Marito suo propter suam et domus ac liberorum suorum honestate. Nos vero obstringemus eum talibus vinculis et cautionibus, quod nullo vnqz tempore sit ei illius sevicia de qua multu conqueritur metuenda, spero ego q sola vra Mgcia persuadere ei hoc poterit et inducere eam, ad capiendum aliud qz quod sibi proposuit consilium. Novit enim proculdubio quanta beneuolencia semper vra Mgcia fres et totam eius familiam fuerit prosecuta; faciet autem in hoc vra Mgcia rem piam et sua virtute dignam, qz vterqz Coniugum posthac illi omni studio et officio promereri curabit. Valeat et sit foelix cum suis omnibus vra Mgcia et me diligat Dat

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Stefano de Verbetio Cancell^o regni Vngarie

Spectabilis et Mg^ce domine, et domine amice charissime ac honoran
Proficiscente isthuc Spectabili et Mg^co domino Andrea Comite de Thanczin Castellano Crac et regni huius in ordine seculari Primario Consiliario, non censui me operepretium facturum vt que apud nos aguntur Mg^cie V^re in presencia scriberem, ille enim verbis copiosius et apertius omnia declarare quam ego l^ris scriberem Mg^cie V^re poterit. Ne tamen officium quod amicis debetur preterisse, ne domino Castellano singulari amico meo videar, vacuum illud presentibus l^ris ad Mag^ciam V^ram dimittere nolui quibus ab illa pro excellenti sua humanitate rogo vt ipsum dominum Castellanum cum isthuc veniet, et apud M^tem Regiam promouere et sua beneuolencia atque familiaritate prosequi velit, et si quibus rebus ad suum iter recte promouendum opus habuerit, illum in his consilio et ope sua adiuuare non grauetur, idem enim et ille pro sua erga Mg^ciam V^ram veteri coniunctione, et ego pro meo in illam sincero affectu amicissimis n^ris officiis referre illi semper curabimus. Cuius beneuolencie et amori ego me commendo, et opto ex animo, vt in multos annos foelicem Mg^ciam V^ram et recte incolumem dominus deus seruare dignetur. Dat etc.

Sigismundus primus Rex Polonie Stanislao de Rzeczieza penitentiario Linguæ slauonicæ.

Venerabilis deuote nobis dilecte. Nobilis Stanislaus Spitek seruitor et subditus nr̃ ab Hierosolimis rediens decreuit in Vrbem Romam diuertere et isthic Sanctissimum dominum nr̃m et inhabitancium mores et instituta conspicere, Jn quo vt facilius desiderio suo satisfacere possit deuotioni tue committimus vt illi ad omnia que homini peregrino videre et cognoscere expedieret viam preparet atq͡ instruat que cum dignitate sua et meá isthic facere debeat pro gratia meá. D. tua id factura Datt

Petrus Tomiczki Eps. et Vicecancell Georgio Duci Saxonie

Illme Princeps etc Dominus. N. Mischkowski singularis amicus meus et in hoc Regno non minus opibus q͡ genere clarus susceptis ex vxore non paucis liberis nihil precipuum vel vtile magis ad illorum educationem existimans q͡ vt et linguam et mores Germanice nationis perdiscant illorum aliquot iam ante annos hac de causa à se ablegauit et honestis locis aplicuit restabat is qui inter ceteros adultior domi terebat tempus quem ne mora cognicione rerū et nationum externarū diutius fraudaret primū institutum suum in mentem reuocauit et à me poposcit vt illum Illme. D. vr̃e commendarem, confidens pro mea erga Illmam D. vr̃am obseruantia, commendatione hac apud illam gratū futurum, Cuius postulationi et desiderio honesto ego satisfacere cupiens ab Illma. D. vr̃a impense rogo, vt illum in numerū seruitorū suorum recipere et ante isti preclare sue adscribere

Aulæ

dignetur, In hoc enim et illi et mihi non vulgariter Illma. D.o vra gratificabitur, utereque rem illi addicti et de illa beneme:rentes esse curabimus Quod reliquum est ego me et obser:vanciam meam cum omni officio Illme. D. vre commendo et dominum deum precor ut Illme D. vre vitam longam in omnium rerum abundancia et optata foelicitate concedere di:gnetur Datum

Stanislao Episcopo Olomuncen
petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell

Rme in Chro Pr et domine amice honoran:me Accepi litteras D. vre Rme quibus rem affinis sui Erasmi Zaiffreth agés à me postulat ut de homicidio in meo servitore Cracomie nuper perpetrato, cuius iam est accusatus nihil cum illo indicta causa, nihilque nisi quod equitas suaderet instituam, vel agi quantum in me est permittam. Qua in re tametsi desiderium et dolor immo dicus ex amisso servitore Nobili, quem oleo tranquilliorem na:tura produxerat, contumeliaque mihi in ea Urbe cui pro officio Pastorali presideo illata, multum me angant, memor tamen ego professionis meę, pietati etiam et Christiano officio studens ab inicio eciam miserabilis eius et infortunati casus nihil prorsus quod vindictam spectaret pro parte mea egi, neque adhoc alicui con:silium aut auxilium prebui, fateor quidem meos servitores par:tim qui vulneribus sunt affecti, partim vero qui iniuria sodalis et comilitonis sui fuerunt exacerbati instantissime apud Consu:latum contra Zaiffretum ad poenam egisse, id tamen illi et sua sponte et me inconsulto fecerunt, quos eciam mihi sine tum potuis:sem continere, propter amicos defuncti quos insignes habet, non erat tutum neque integrum, Nunc res ista suspensa manet, Zai:ffretus Carceri est mancipatus, et amici eius qui periit, fremunt

et indignacione tam de amisso propinquo qz de extracta hucusqz ius-
ticie administracione, magis ac magis accenduntur, quos ego par-
tim mei animi levitate, partim D. vre Rx me postulacione per-
motus moderor ut maxime scio atqz possum. Sed vereor ne ius
rum quod de nobili occiso asperxum est, et quod illi sciunt a nemi-
ne moderari posse, illos iniuria et dolore consanguinei, ferocientes
difficiles et implacabiles efficiat. Quare si D. vra Rx ma ne-
cessarii seu affinis sui vite consultum esse cupit, admoneat eosdem
de necessarios Zaifrethi, quos scit ad rem hanc consilio et autho-
ritate valere, ut cum amicis defuncti sollicite et tempestive agant
negocium, ne mora hoc periculum quod imminet inducat. Ego
eciam quantum in me erit adesse curabo opera et intercessione
mea, ut res pocius condicionibus qz iuris asperitate transiga-
tur. In hoc meam benivolenciam D. vre Rx me comendatam
facere cupiens. Cuius amori et benevolencie me commendo et
opto ex animo ut et felicissima sit et qz diutissime vivat sana
ac incolumis. Ex Conventu Nove Civitatis Corczinen die xiiij a
Decembris Anno domini M° D° XXXiiij°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell. Stanislao Episcopo Olomuncensi.

Rme, in Chro Pr et domine, frater et amice charissime ac hono: randi. Accepi hodie litteras D. vre Rme quibus agit mi gracias pro opera in re Sororii sui Erasmi Zaiffrethi per me prestita, postulatque a me D. vra Rma vt quod reliquum est istius negocii ope et patrocinio meo conficiendum curarem. Ego mi dne Rme tametsi fuerim graviter offensus nece ser: uitoris mei, ductus tamen officio erga D. vram Rmam et hanc Vrbem cuius sum Epus, malui seponere dolorem meum quam deesse ipsi Zaiffredio, feciquam vt ille non solum nichil aduersi a me perpessus est, sed eciam cognouit me saluti sue iam val: de precipitate, magno esse presidio, iamque deo sit gracie cura ac sollicitudine mea effectum est quod magna pars tocius tragici istius negocii confecta est ex sentencia Erasmi Zaifredii eiusque amicorum, restat vero adhuc reliquum quod vt ad bo: num quoque finem deducatur, ego libens pro virili mea curabo, modo pars quoque domini Zaifredii non desit sibi ipsi, nec id quod adhuc superest, leuiter apud se existimet, plurimum namque sua refert negocium istud ita totum confici ac componi, quod le: miatur furor Nobilitatis huius Regni et fratrum seruito: ris mei violenter obtruncati, ceterorumque seruitorum meorum No: bilium iuuenum vulneratorum, qui ex hoc casu vehementer con: tra Zaiffredos et hanc Ciuitatem est concitatus. Valeat foelicis: me D. vra Rma meque habeat sibi charum et comendatum. Datum Crac. die xi Aprilis Anno M. D. XXXiiij

3me

Creden^a a rege ad Conuentum terraru Prussie ad diem sancti Michaelis in Graudenc indictum 1533.

Sigismundus Rex pol.

Rx des in Chzo patribus. ac Magcs. Generosis. Nobilibus et famatis, dominis Epis. Palatinis. Castellanis. Capitaneis. Judicibus. aliis qz officialibus. dignitariis. nobilibus. et incolis Cuntatu, ceteris qz oibus et singulis in Conuentu Graudeczen. ad festu S. Michaelis congregatis sincere et fidelibus dilectis. gratiam nram regiam. Rx di: etc:

Comisimus generoso Stanislao Costka Capito Golubensi, et oeconomis nre Marienburgen dispensatori, ut quedam ex mente nra Vris. Dbg exponeret. Ideo illi referenti fidem adhibentes indubiam, tales in hiis que referet se Dnes Vre exhibeant, quemadmodu et desiderium nrm et rois illarum terraru necessitas postulare videntur. Valeantqz felices. Datum 30 augusti. Anno 1533.

Annus Domini
1534

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Annus Domini 1534

Ad initium huius anni 1534. Indictus erat Conventus regni generalis in Piotrkow ad diem S. trium regum

Is Conventus, actus est per solos Consiliarios, et nuntios Equestris ordinis: Rege tunc in Lituania existente.

Lris sequentibus. Senatus ad Conventum hmoi est convocatus

Legatio ad Conuentu terraru particulares

Post renunciatam Mtis Regiæ gratiam omnibus Consiliariis et Proceribus Regni, Nunctius ad hunc modu verba faciet.

Paucos esse oportet in hac congregatione, quibus non sit cognitum, quanta cura et diligentia Sacra Mtas Regia semper studeat, quo hostium arma et incursiones à Regno aliisque dominiis et subditis suis arcere, et suos subditos in pace et tranquillitate conseruare possit, et per dei clemenciam satis prospere hactenus cessit. Nam per aliquot annos, Tartaros Precopen tractatibus duxit, et spe quadam aluit stipendii quod illis quondam ex Regno hoc Poloniæ et magno Ducatu Lituaniæ soluebatur. et ipsi iam precibus, iam minis illud extorquere satagunt, quod tamen Mtas Regia tempori huic periculoso se accomodans, nec promisit, nec omnino denegauit, sed variis consiliis et rationibus per hos annos illorum desideria elusit.

Et cum Tartari moras secum nectj excursionesque eorum in Dominia Mtis Regiæ hoc modo prohiberi cernerent comminati sunt se diutius moram ferre non posse necessitateque prede qua sola viuunt eos adigente Moscho aut Valacho à quibus magnis promissis iam olim et nunc quoque sollicitantur se, velle coniungere, vbi iam mox stipendium tot Legacionibus per eos petitum numeratum eis non esset.

Mtas itaque Regia inter duo mala constituta cernens quanto in periculo ditarentur tam magno stipendio Tartari sed nec minori permitterentur vt se coniungerent Mosco aut Valacho hostibus Mtis suæ, nouo item consilio aggressa est illos continere ne vel hostibus suis se iungant vel dominia Mtis suæ depopulari pergant, quandoquidem iam nulla alia ratione duci, et ipsorum cum hostibus coniunctio impediri potuisset, à Caesare iste nouus cum Aslamo pace et concordia facta, suarum gentium egestatem incursione et preda aliqua subleuare et voluisset et coactus esset.

Respondens proinde Mtas sua ad eorum tam vrgens Legationes declarauit indecens esse vt detur illis stipendium qui nil vnque meriti sint de Mte Regia eiusque dominiis, cum nil aduersus hostes Mtis Regiæ per eos hactenus factum fuisset

Proinde missuram se recepit Mtas Regia Nuntium proprium ad Caesarem, cum quo et de stipendio et auxiliis contra hostes ferendis tractare vellet

Caesar autem ipse non expectato Nuntio Regio collecta ingenti vi suorum, habens secum tormenta demoliendis moenijs apta pene octo, et aliquot Centum Janizerum cum pixidibus longioribus sibi iunctis. Ingressus est Ducatum Moscoviae, eumque longe et late ferro et igni vastans clade magna afferit, et profligata militia Ducis Moschorum, cum ingenti et opima praeda incolumis cum omnibus pene suis ad propria reversus est.

Haec fortuna dubio procul Caesarem Thartarorum multo ferociorem multoque elatiorem reddidit, cum per eam et ditior et suis charior factus sit. Accedit ad hoc quod Moschus nihil sua suorumque hac clade et interitu ad vindictam permotus, missis iterum cum magnis muneribus Nuntiis ad Caesarem Tartarorum eum sollicitare non erubuerit ut similiter excursionem faciat in ditiones Mtis Regiae, tanta est hominis illius erga Mtem Regiam malevolentia et magna hostilitas.

Caesar vero ipse rediens ad sua cum ingenti praeda expedivit ad Mtem Regiam Nuntios suos, per quos significat quam prospere illi cessit profectio in terram Moscoviae, quanta quoque afferit clade hostem Mtis suae, quodque profligatis illius gentibus multos secum ex Moschovia etiam insigniores in captivitatem abduxerit, optans proinde ut pro tam insigni obsequio Mtas Regia illum remuneret stipendio diu a se petito, quodque iam tandem mittat illi non parvam summam florenorum aureorum, quibus Imperatorem Turcorum et Bassas recognoscat, atque huius forte per eum obtentae victoriae fidem sibi apud illos faciat, duci amplius non vult promissis, et interminatur, nisi preces illius exauditae fuerint iam omnino se coniuncturum hostibus Mtis Regiae.

Moldavus etiam non cessat hostilia moliri adversus Mtem Regiam et regnum Poloniae. Nunc Tartaros sibi asciscere satagens nunc Moschum inicis ad bellum persuasionibus permovens, intentus in omnem occasionem per quam valeat mentis suae nequitiam explere, et ditionibus Mtis suae aliquam calamitatem inferre. fecissetque dudum suae malevolentiae satis, nisi reformidasset gentes Mtis Regiae quae in hac aestate militabant in terris Russiae.

Dum enim viribus suorum Valachus non fideret et Tartaros hactenus ad suum desiderium inducere nequivisset, timens ne Mtis Rae mercenarius miles eius ditionem vastandam peragat, egit cum Mte Regia per Nuncios suos de salvo Conductu pro oratoribus quos insignes ad tractandam concordiam et pacem Vilnam se missurum pollicebatur, cum nihilominus cogitaret quomodo pacem habere cum Mte Regia contra quam diligenter stimulat et Tartaros et Moschum.

Moschus item Moldavi persuasionibus et promissis simul et spe adiungendorum sibi Tartarorum elatus et tumens negavit literas salvi Conductus pro Oratoribus Mtis Regiae dare, quos ad illum, qui vel de Induciis prorogandis vel de pace constituenda tractassent, missura erat Mtas sua hoc argumento indicans quid animo volvat, ut dum Valachus cum Tartaris exhiberet negocium Regno Poloniae, ipse quoque magnum Ducatum Lithvaniae lacesseret bello ad quod omni apparatu armorum et hominum se miro in modo parare dicitur.

Accessit denique tot periculis nova hostilitas ab insolentibus quibusdam hominibus, qui amissis per ludum aut improbitatem vitae, propriis bonis, aliorum et vitae et rebus insidiantur et mutata hostilitate sub pretextu acceptae iniuriae suam libidinem ex raptu et praeda exsatiare conantur. Quemadmodum Berka cum aliis ex Slesia facere aggressus est, qui violatis foederibus, inter Regnum hoc, et Slesiam constitutis, Regni Poloniae Incolas praedatur, domos nec prophanas Nobilium, sed et sacras foedissime conspurcando et violando atque ex illis omnia quae invenit rapiendo

Cuius exemplum nisi maturae occurratur, sequentur alii quoque scelerati homines, quorum non exiguus est numerus, ex qua licentiosorum hominum libidine excitari posset, periculosum dissidium inter regnum Poloniae et Slesiam, quod utique vitari melius esset si illa cura et expostulatione amica obtinere poterit Mtas Regia apud Serenissimum Regem Romanorum, cuius Mtem sollicitare non cessabit Mtas sua, ut praedonibus istis non impune cedat violati foederis tam ingens delictum.

Et quamuis Maiestas Regia maximis distineatur curis in magno suo Ducatu Lituaniae, cui nisi praesentia et consilio suo hoc tempore adfuisset, difficulter postea ab imminentibus periculis consulere et providere illi potuisset. Non praetermittit tamen Maiestas sua assidue meditari de bono statu huius sui Regni, deque imminentibus eius praedictis necessitatibus et periculis.

Et ad occurrendum tot hostium conatibus non solum celeri et sano sed etiam communi regnicolarum consilio opus esse, et ideo necessarium duxit Maiestas sua indicere et instituere Conuentum generalem regni in loco consueto Piotrcouiae ad diem et festum Sanctorum tempore regum proximum, quo communibus votis et consiliis aliqua salubris ineatur ratio ne regnum et subditi Maiestatis suae damnis et cladibus afficiantur, tam ab istis Scismaticis et paganis gentibus, quam ab aliis qui ex Slesia praedonicam tam libere exercent in ditionem Maiestatis suae.

Et in primis quaerendum erit consilium quemadmodum Tartarorum cum hostibus Maiestatis Regiae coniunctio impediri debeat, et ubi hoc non succederet, statuendum in tempore quibus rationibus tot agmina hostium aut auertere aut repellere a Dominiis suis posset Maiestas Regia, quae in hac aetate ingrauescenti nil est non facturus quod cognouerit ad subditos suos in pace et tranquillitate conseruandos pertinere.

Hortatur itaque vestras D. Maiestas sua ut depositis priuatis affectibus, consideratisque tempestatibus quibus uniuersus ferme orbis nunc tumultuatur, alienis periculis facti cautiores, hic sese mutuo colloquantur, tam de defensione ad futuros casus melius ordinanda, qua Maiestas sua hostium tantis viribus fortiter resistere posset, quam etiam de confirmandis Statutis Regni ad quorum reformationem non parum nec expense iam impensum est, turpeque esset, ut hoc quod decreto generalis Conuentus tanta diligentia in meliorem ordinem resecatis mendis et contrariis, ad communem regnicolarum utilitatem reductum est, propter aliquod loca quae forsan priuatam magis quam publicam rem offendere videntur, pessum iri debeat. Cum in Conuentu generali ex consilio Senatorum regni et Nunciorum terrarum ea ipsa loca Maiestas sua emendare aut defectus supplere possit, modo ex Conuentibus particularibus iam tandem ad generalem instante Conuentum significarentur, quid addi quidue adimi desiderauerint. D. vestrae

Et ideo ad consulendum et statuendum de omnibus supradictis negociis et necessitatibus publicis Nuncios suos graves et prudentes, cum plena et non limitata ftate, ad emissionem Conventum Palatinatus de medio sui D. vrae delectos mittant qui cum Senatoribus et aliis Nunciis regni hoc consulere et providere sciant et possint quod ad servandum à tantis discriminibus patriam, religionem, templa, vitam propriam, uxores, liberos, libertatemque communem pertinere videbitur.

Nam alioqui nisi mature tantis periculis occursum fuerit, verendum est profecto, ne futura aestate magna aliqua clade afficiantur, subditi Mtis Regie in hoc Regno, Mtas tamen Ra officio suo non deerit, modo adsit illi facultas per quam possit sustinere molem tot hostium ad perniciem subditorum Mtis sue magna conspiratione inhiancium, atque ideo Mtas sua iterum hortatur vras. D. ne sibi ipsis deesse in tam apertis discriminibus velint, sed pullulantibus malis mox à principio occurrere parato consilio, quod in paratis viribus imprimis consistit. D. vrae admittantur.

Admonebit preterea Nuncius Mtis Regie nunc, omnes Consiliarios maiores seorsum, qui omnino futuro Conventui generali interfuit et tam in generali quam in particulari Conventibus impendant diligentem operam, ne regnum futura aestate maneat absque presidiis, et pateat expositum hostibus in predam, et depopulaciones, et quemadmodum exhibiti huius in rem publicam obsequii fructus et diligencia ab uno quoque illorum habitura sit gratissima Mtas Regia: Ita vicissim pretermissi officii negligencia absque indignacione ferre non posset. Nuncii enim terrestres vel ex hac sola causa solent ingerere difficultatem in prebendo consensu ad statuendum aliquid in defensionem Regni, quando absentes sunt à Conventu de eorum terris Consiliarii, sine quibus pretendunt et excusant sibi integrum non esse ut absque Consiliariis (ad quos imprimis pertinet et consulere et succurrere necessitatibus regni) aliquid vel cum subditis statuant vel statuendum consenciant.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Sigismundo primo Regi Poloniae.

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime. Post humilem servitutis et oracionum mearum comendacionem. Tametsi subditorum honesta et iusta negocia nullius apud pium et prudentem Principem commendacione indigeant, postulatus tn ego ab omnibus ordinibus et Dominio terrarum Prussie vt eorum negotia Mti vre Sermae commendarem, presentes scripsi meas non gravatim, quibus Mti vre Sermae humiliter supplico, vt ipsos ex terris Prussie subditos suos commendatos apud se habere, et pium atqz clementem se illis in omnibus rebus quas per nuncios petent, si res honeste, iuste, atqz eque videbuntur, prestare dignetur, et presertim in submovenda controversia, que domino Achacio Czeme Castellano Gedanen bono et fido Mtis vre Sermae servitori cum domino Stanislao Costka terrarum Prussie Thesaurario intercedit, In illis enim locis longo intervallo a Mte vra disiunctis hec illorum controversia non potest esse nisi periculosa, et commodis Mtis vre Sermae multum noxia et adversa. Quod tamen Mtas vra Serma pro sua incomparabili prudentia advertere, atqz expendere melius, et ad optimum quemqz finem perducere dignabitur, Cuius gracie ego me et servitutem meam iterum comendo, et dominum deum supplex oro vt Mtem vram Sermam cum suis omnibus recte sanam et semper foelicissimam in multa tempora servare dignetur. Dat Piotrkovie die XXIIIJ Januarii Anno domini Mo Do XXXIIIJ

Cricius Bone Regine

Sacra R^lis Mtas, et domina domina clementissima, humillima orationum mearum commendationem. Habet quoddam negociu coram Sacra Regia Mte domino meo clementissimo dominus Campa Civis Gedanen, subditus Mtum vrarum, itaqz humiliter ei supplico, vt pro eius cause iusticia dignetur illi esse domina clementissima, cui me etiam atqz etiam humillime commendo Ex Conventu generali Piotrcoviensi die XXVII Januarii Anno domini M° . D . XXXiiii°

Petrus Tomiczki eps Craccovien Regni Vicecancell Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Mtas Regia et domine, domine clementissime. Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Scripserunt ad me Cives Gedanen, se audisse et certo edoctos esse q Mtas vra Serma per quorundam suggestionem eximere ab illis Arcem et Tenutam Puczko cogitaret, quare admodum se perturbatos esse declararunt presertim q id vre quidem Mtis pecunia, sed ex eorum tamen facultatibus contributa fieri deberet, In quo tametsi ego memini me à Mte vra Serma impetrasse, q nemini illos eximere permissura esset, quia tamen de persona Mtis vre tum nihil actum fuerat, pntibus à Mte vra Serma humiliter supplico, vt illorum Civium etia quo ad hoc rationem habere clementem dignetur, ne illos ex pecunia Cise quam ipsi contribuerunt, eximi paciatur, Nam non tanti faciunt ipsi proventus Puqnen, quanti difficultates quas à Capitaneis Mtis vre qui illi loco preficerentur sibi

metuunt

et ominantur faciet Mtas vra Serma rem illis admodum gra:
tam et ad hoc summe necessariam, vt illi Cives hoc turbulento
tempore in fide retineatur

Caeterum cum illa controversia, quae dudum inter Lubecen et
Hollandinos agitata est, nunc ad arbitrium Gedanen et non:
nullorum aliorum Civium, Civitates Maritimas incolencium,
per compromissum delata sit, ipsique Gedanen iam ad hoc nuncti:
os mittere trans Mare decreverint, non alienum à dignitate et cle:
mencia Mtis Vrae fore putaverim, vt eius rei tractande pars potis:
sima ab authoritate Mtis vrae proficiscatur. cum enim magna
pars subditorum Mtis vrae in annona quae flumine Vistule Ge:
danum dimittitur facultates suas obtineat, et plurimum inde
vtilitatis accipiat, non absre foret, vt Mtas vra Gedanensibus
comitteret, vt omnibus Hollandinis prout hactenus fuit observatum
liberam transmittendi frumenti facultatem paciscantur et firma:
rent, et ne quid contra subditorum Mtis vrae libertatem et cō:
modum cum illis Civitatibus agerent, Quod cum magna equidem
subditorum suorum vtilitate Mtas vra Serma faceret, et nō
magno negocio id praestare posset, nam vbi aliquo sumptu nunctios
illorum iuvare dignaretur, pro quo ego Mti vrae supplico, facile
hoc apud Gedanen citra vllam renitenciam obtinere posset, Nam
vt audio ipsi quoque id apud Mtem vram proponere et petere inten:
dunt, vt subsidium aliquod Oratoribus suis impetrare possint, dum
autem hoc impetrarent, Mti vrae subinde liceret commodis subdi:
torum, ita vt supra scripsi, consulere, quod comitteret rem frumenta:
riam eciam pro incolarum regni sui vtilitate tractare, et vetaret
ex contrario ne quid ad subditorum suorum impedienda seu res:
tringenda comoda cum illis Civitatibus statuere audeant. hoc tamen
ego benignitati et prudenciae vrae Regiae Mtis comitto. Cuius grē
me et servitutem meam iterum supplicitur comendo et ex animo
opto atque precor vt christus dominus noster illam in optima valetudine,
et summa foelicitate ac gloria cum Sermo filio Rege, et Serma

Coniuge coeterisqz suauissimis suis liberis in multos annos seruare et fortunare dignetur. Datum in Piotrcow sabato ante festum Conuersionis Sancti Pauli Anno M° D° XXXiiij°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Joanni Choienski Epo Premisliensi

Rme in Chro Pater et domine fr et amice charissime et honorande. Tametsi certo scio nuncios ab ordinibus terrarum Prussie ad Regiam Mtem missos sibi ipsis et rebus quas acturi sunt nō defuturos, vt tamen melius pro desiderio eorum à quibus sunt missi, omnia curare possint, D. vrē Rme illos et omnia Prussie ordinum negocia diligenter commendo, simulqz rogo, vt illis opera et patrocinio suo apud Mtem Regiam adesse velit, singillatim verò ab illa peto, vt dominum Achacium Czema Castellanum Gedanen. subleuare in his velit de quibus apud Mtem Regiam agere decreuit, factura D° vrā Rma in hoc rem officiò suo dignam et mihi gratam. Cuius amori et beneuolentie fraterne me commendo et illam foelicissimam esse atqz optime sanam ex animo opto. Datum Piotrkouie XXVIa Januarii Anno domini M° D° XXXiiij°

XV. 33

PRelati, Proceres, et Consiliarii Regni, in Conuentu generali Piotrcouien congregati. Mgcō domino Joanni de Thanczin Castellano Capitaneoqz Lublinen amico nrō charissimo. Salutem et fnē beneuolenciē exhibicionem. In eius absencia Vicecapitaneo. Mgcē domine amice charissime. Generosus Acharius Czeme Castellanus Gedanen, et Capitaneus Schlumen. qui proficiscens ad Mtem Regiam in Legacione, ab ordinibus terrarum Prussiē, huc in Piotrcow descenderat: Exposuit coram nobis, nomine Ciuium Gedanensiu, q idem Ciues edocti sint Mtem Regiam dominum nrm clementissimum, nonnullis suis subditis litteras represaliarum contra ipsos Ciues Gedanen dedisse. proptereaqz existimare eos, non esse sibi integrum, vt ad Nundinas Lublinen pro die festo purificacionis Mariē futuras, negociandi causa proficiscantur. Quoniam verō non est credibile, q Mtas sua Regia literas aliquas represaliarū, contra Ciues suos Gedanen cuipiā hominum dare debuerit. quippe quē eas nunqz contra suos subditos tradere cuipiam consueuerit, quin pocius vnicuiqz de eis sine istis represaliis iusticiam ministrare soleat. hortamur. D. vrām sub absencia suē Mtis, prouideat in Capitaneatu suo et Ciuitate Lublinen vt ne quispiam contra Mercatores Gedanen tam in his proximis Nundinis Lublinen, qz alias, istiusmodi represaliis seu arresto vtatur, sed neqz eis quidpiam negocii exhibeat, quin liberum sit eis, et eorum vnicuiqz citra impedimentu, et per horresenciam cuiuspiam hominis, negociari. Si quis verō quidpiam iniuriē habere se ab eis pretendat iure mediante eos conueniat. officium suum et rem iustam factura vrā Mgcia Quē bene valeat Datū in Conuentu generali Piotrcouien die festo Conuersionis Sancti Pauli Anno domini Mo. Do. XXXiiiio

Senatores Regni Poloniae Alberto Marchioni Duci Prussie.

Illme Princeps et domine honorandme. Venit in hunc Conuentum Nobilis Paulus Fassold, sub Regiae Mtis Saluo conductu, quem iampridem Sacra Mtas sua illi concedere dignata est, vt differentia inter vram Illtem et eum suborta, equis et decentibus medijs transigeretur, asserens se proxima estate sub securitate vrae Illtis cum certis dominis et amicis non sine magno impendio aliquot diebus in Monte Regio fuisse. Attamen post varios tractatus re infecta inde discessisse, medio vero tempore, in peregrinis oris apud varios Germaniae Principes omni studio curasse vt eorund Principum commendatione vrae Illtis gratiam sibi conciliare posset, accepisseque se in eam rem nonnullas lras ab eisdem ad Sacram Regiam Mtem, et ob eam rem se huc contulisse, humiliter rogans, vt pro eo intercederemus apud Illmam D. vram quo denuo equioribus Condicionibus, vtrimque concordia per Arbitros seu amicabiles decisores tentaretur, accedente etiam debita securitate vrae Illtis. Nos certe quoniam omnem foelicitatem, bonumque et tranquillum per omnia statum vrae Illti fauemus, cuperemus plurimum vt quicquid dissidii inter vram Illtem et Paulum Fassolt exortum est, id iam dudum abolitum et sopitum esset, scimus enim hominem hunc non solum rei militaris peritissimum verumetiam intimos Castrorum, Vrbium ac opidorum terrarum Prussiae recessus probe et exacte callentem. Non ignoramus illum in transacto bello Pruthenico egregiam vbique operam nauasse tuendo partes vrae Illtis quas tunc sequebatur, eiusmodi vero homines, et pacis et belli temporibus fouendi potius sunt quam irritandi, ne quando ad alias se terras se conferentes, quietem hominum perturbent

et iniurias suas vlciscantur. his igr̃ atq3 aliis racionibus per:
moti et quod aperte comperimus hominem huiusq3 multa pa,
ciencia, vr̃e Illtis gratiam quesiuisse. rogamus plurimum vraz
Illustrissima D. vt illa primum quidem suam conceptam indigna:
cionem erga eundem Fassoldum deponere, deinde controuersiam
que illi cum vr̃a Illma D est, que et Mtem Regiam, et nos
omnes male habet, equis et honestis condicionibus componere et
terminare velit, terminandum enim est, ne longa hominis paciẽ:
cia, cum neq3 iure, neq3 transactione sue cause finem assequi
possit, alio diuertens, grande nobis quandoq3 et vr̃e Illti
negocium facessat.
Coeterum queritur etiam Fassolt predictus q misera atq3 inocens
vidua cum liberis superstitibus ex suo fr̃e germano mortuo
susceptis in bonorum hereditariorum possessione turbatur, nec
permittitur illis vti pro suo liberorumq3 suorum commodo,
rogamus summo studio vr̃am Illmam D. velit eandem vidu:
am cum eius liberis suo benigno fauore complecti, et vsum li:
berum bonorum mariti defuncti et liberorum illi concedere.
quo faciet vr̃a Illma D. rem se suaq3 excellenti virtute
et clemencia dignam, et nobis omnibus admodum gratam.
Reliqua comisimus Generoso domino Achacio Czeme Cas:
tellano Gedanen in eo Fassoldi negocio vr̃e Illme D. referre
quam enixe rogamus, velit illi in omnibus nr̃o nomine re:
ferendis, plenam ac indubiam fidem adhibere. Comendamus
nos ex animo vr̃e Illme D. et valere illam feliciss[ime]
in multa tempora desideramus Dat in Conuentu Piotrco:
uiensi generali die XXiiij Januarii Anno domini
M° D. XXXiiij

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Alberto Marchioni Duci in Prussia.

Illme Princeps, et domine, domine honoran. Paulus Fassolt ad magnam egestatem redactus, et calamitate plus satis compressus supplicacionem comiseracione dignam mihi obtulit rogans et obsecrans, vt mea illi adessem apud Illmam D. vram intercessione, quo ad aliquem tandem miseriarum suarum portum admittere illum dignaretur, Cuius afflicti hominis infoelicitati ego condolens Illmam D. vram diligentissime rogo, dignetur iam tandem placari se permittere, et hominem quandoque sibi non ingratum, neque inutilem, nunc ex infortunio ad indignacionem illius delapsum, in gratiam suam recipere, dolore et angustia liberare, et subsidio raciones illius pro Christiana pietate subleuare. factura in hoc D. vra rem suo splendore dignam, illi apprime necessariam, et cum multis, tum mihi singulariter gratam, Quam bene mereri Illme D. vre semper curabo, Cuius grae me et obsequium meum ex animo commendo optans per dei gratiam vt Illma D. vra, et longum viuat et optata semper foelicitate perfruatur. Dat Piotrcouie die XXV Januarii Anno domini Mo. Do. XXXiiijo

Petrus Tomiczki eps Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime. Post humilẽ servitutis et oracionum mearum commendacionem. Cives Thorunen Mtis vre Sermẽ subditi, per literas et nuncium suum à me pecierunt, vt nomine eorum Mti vre Sermẽ suplicarem, quo mandare dignaret velit domino Josto Ludonico rationibus Monetariis in terris Prussie Prefecto, vt eam pecunie summã quam ex liberalitate sua ratione vsus domus in qua Moneta Torunii cuditur Mtas vra Serma dare illis consueuit, numerari illis ad proxime elapsum annum faciat. Quibus vt ego satisfaciã à Mte vra Serma impense rogo, dignetur eorum precum in hac parte benignam rationem habere
Preterea etiam ipsi Cives Thorunen Mti vre Sermẽ supplicant humiliter vt cum Cives Gedanen et Elbingen non modicum sumpserint lucrum ex cussione Monete ipsi vero in gram Mtis vre vsum Priuilegiorum suorum suspenderunt et omiserunt illis hoc damnum eorum aciacturam munificencia sua Regia sarcire dignetur, quod ego gracie Mtis vre Sermẽ committo. verumtamen ab illa plurimum rogo, ne illos inopes subditos suos inconsolatos relinquat, quod illi Mti vre Sermẽ seruitute et fide sua demereri semper curabunt. Comendo me rursus et seruitutem meam Mti vre Sermẽ pro cuius incolumitate et foelici Statu dominum deum cum clero meo assidue oro, et vt illa sana sit semper et foelicissima ex animo opto Dat Piotrcouie xxvi^a Januarii Anno domini M^o. D^o. XXXiiij

Petrus Tomiczki Eps. Cracc. Vicecancell
Sigismundo primo Regi Poloniae

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime. Post humilem servitutis et oracionum mearum commendacionem. Dominus Conradus Hitfeldt Proconsul Thorunen' cum suis in lite coniunctis in eum Statum actionem suam quam cum affine sua Hanna Voszkowa habent adduxerunt vt cogantur isthuc ad Mtem vram Sermam illius expediende causa se conferre Quoniam vero is dominus Conradus vir honestus probus et integer vreque Mtis bonus et fidus servitor mihi semper fuit cognitus, et finem atque quietem sibi et liti imponere vehementer optat, supplico humiliter Mti vre Serme vt eum et causam eius pro iusticia commendatum habere dignetur et authoritate sua Regia efficere vt controversie et cause ipsius finis debitus imponatur factura in hoc Mtas vra Serma rem piam et sua Regia clementia atque equitate dignam Cui me et servitutem meam rursus suppliciter commendo et dominum deum precor vt Mtas vra Serma diutissime vivat et sit semper cum suis omnibus incolumis ac foelix Dat Piotrconie die XXVIIa Januarii Mo Do XXXiiii

Petr. Tomicius Eps. C. Vicecancell
Joanni Dantisco Epo Culmensi

RME in Chro Pr et domine frater et amice charissime et honoran. Accepi litteras D. vrae Rme quibus que illius est humanitas et bona multa mihi precatur, et salutem plurimam adscribit ob quod illi ago et habeo magnas gras. Quod vero de domino Costka tam acerbe tamque multa queritur. Do. vra Rma non potui non moleste ferre Non secus siquidem me offendunt D. vre Rme iniurie ac mee ipsius proprie Et iam quidem ego antea, ea de re scriptis D. vre factus certior, scripseram ad dominum Costkam accurate, monens illum vt ab his que primores isthic offenderent, et que odium inuidiam et non paruum negocium illi conciliare possent, se suosque affectus contineret, quiescens intra se et eorum animos quos venerari et obseruare debeat non commouens, verum cum illum persuasione et scriptis meis in hoc cohibere non potui quin et Mti Regie et dominis Consiliariis que illi videbantur scriberet, oportune factum est quod dominus Zcharius Czeme Castellanus Gedanen. nuncius ad Regiam Mtem proficiscens id negocii ad Mtem suam deferre in mandatis habeat, qui et suam et D. vre iniuriam apud Mtem Regiam cordate procul dubio exponet, Cui ego quantum potui litteris ad Mtem suam datis patrocinium ferre minime sum grauatus. Verum res hec Rmum dnm Archiepm Gnesnen. offendit multum, quod D. vra Rma illud quod de nouo iuramento isthic inter Consiliarios prestari instituto in aurem et confidenter sibi scripserat, inuulgarit, quod tametsi se audisse scia Do. Rma ab vno minime vano homine fateatur, noluit tamen illud cuique preter vram Rmam D. notum esse, multum enim inter homines et dicuntur et finguntur

que vtcunqz vera non sint cum in aperto prolata non fuerint dis:
simulare homines et silencio preterire consueuerunt.
Ab initio adhuc cum de despondenda filia Mtis Regie natu
maiore Illmo domino Frederico Comiti Palatino Rheni agi
ceptum est ego id quod accidit ominabar, que enim ab illo di:
cta scriptaqz erant, ample dotis magis aviditatem quam ad Con:
nubium affectionem preseferre videbantur. vtcunqz tamen est Mtas
Regia filiam suam non obtrudet inuito Marito. De Comite Pa:
latino Philyppo neqz ipse agi negocium suaderem si vt fama ha:
bet valetudinarius esset. Nam formosam et bene sanam puellam
languenti dare Marito, neqz consultum neqz honestum esset, quod
tamen sit illius morbi seu vicii genus. D. vra Rma mihi
per occasionem communicare velit.
Domini Pleninski Iudicis filium ex commendacione R. D. vre
ad me accepi, tametsi turbam familie non vsqzquaqz necessariam,
qua aliquot magni Principes esse contenti possent, foueam alaqz.
Munus à D. vra Rma mihi missum alacri et gratissimo
accepi animo in quo vt optat non rei estimacionem sed propen:
sionem animi metior, et facio tanti quanti merito ab charissimo
amico debeo.
Campensem quem mihi comendat D. vra Rma singulari fa:
uore prosequar libenter, et consilio atqz ope illum quantum ma:
xime potero pro illius meritis et erudicione subleuabo, et cum
illius institutum melius perspexero, illud pro virili adiuuabo.
Dominus Castellanus Gedanen loquutus est mecum multa in rem
D. vre Rme spectancia, cui ego me ad omnem voluntatem
D. vre Rme presto esse futurum obtuli, et hoc ea in re impe:
dimenti subesse declaraui, quod dominus Kysske putans et certo cre:
dens se apud Mtem Regiam per vram Rmam D. accusatum
et crimine infidelitatis notatum recte sit erga illam animatus
Cui tametsi ego quando id ad me perscripserat, multis racionibus
ne crederet persuasi, affirmans me id nunqz dictum apud Re:
gem

Regem audisse, neq3 vllo inditio vnq3 agnouisse quod Regis animus ab illo alienatus vel minimum esset, quin etiam me scire Regem de illo optime persuasum esse, non inutile tamen arbitrarer si D. vra Rma id se a me scire dissimulans, qualibuscunq3 officiis amicitie et beniuolencie deuincere illum sibi curaret, vt hoc quod de illa concepit sensim ex illius animo aboleretur

Quod autem attinet ad curandum et apud Regem et apud dominum Epm Varmien Coadiutorie negocium, in eum modum que mihi dominus Castellanus Gedanen retulit ita constitui, vt si Rex cito sit rediturus eius expectem reditum, et coram comodius negotium tractem, sin vero sit diutius in Lithuania moraturus, mittam illuc meum proprium nunctium, per quem serio et secreto id quod scio in rem D. vre nuntiem, nam per litteras non est tutum et consultum eiusmodi magni momenti negotium curare, ad dominum etiam Varmien et dominum Gysse suo tempore nunciabo persuasiones meas et contendam vt eos in sentenciam D. vre Rme pertrahere possim, quod equidem non diffido mihi foeliciter successurum, Interim D. vra Rma sibi ipsa non desit et que in rem suam expedire deinceps cognoscet me de his facere certiorem non grauetur.

Conuentum presentem deo sit gracia in concordia et tranquillitate transegimus, Contribucio duodecim grossorum de Mansis agrorum Exactio Ciuilis que Schoss dicitur et Czopowe decreta est aliaq3 omnia reipublice negocia sunt commode constituta, cum quibus a Conuentu ad Regiam Mtem mittentur nunctii.

Alia que scribam non habeo, id solum restat vt me amori et beneuolentie D. vre Rme commendem, Quam foelicem esse et in diuturna vita optime sanam et incolumem ex animo opto Dats Piotrcouie die XXV Januarii M° D° XXXiiii°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Sigismundo primo Regi Polonie

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime. Post humilē servitutis et oracionum mearum commendacionem. Jaroschek Cubicularius Mtis vrē Sermē fratris mei domini Castellani Gnesnen defuncti alumnus, cum mihi semper per omnē etatem suam et virtute et moribus probaretur non potui nisi singulari benevolencia et mei animi propensione illum prosequi. Quo factum est quod post obitum desideratissimi fratris me illum tn adhuc iuvenem cum in numerum Cubiculariorū vrē Mtis Sermē addixissem suo tempore illum ad honestiorē aliquem locum promovere animo meo destinavi. Is cum nunc iam etate auctus est et suos mores suumqz studium in alia rationem mutare gestiat supplico humiliter Mti vrē vt illi et meē et fratris mei defuncti servitutis causa aliquot equos adscribere, et ad lucem hanc in quam prodire optat illum gratiose admittere dignetur, merebor hoc ego Mti vrē Sermē fide obsequiis et officiis meis solitis, merebitur et ille perpetua servitute sua. Comendo me et servitutem meam gratie Mtis vrē Sermē Quam Dominus deus in longum evum recte sanam in multa foelicitate servare dignetur Dat

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Chogenski Epo Praemisliensi.

Rme in Chro Pr et domine frater et amice charissime et honorande. Scripsi litteras ad Mtem Regiam suplicans Mti sue vt Jacoschek Coriczki cubicularium suum fratris quondam mei domini Castellani Gnesnen alumnum, in aliquot equis Aule sue adscribere dignetur quod, vt facilius impetrem. D. vram Rmam plurimum rogo, vt me intercessione sua iuuare velit et quantum in se est efficere, vt meo in hoc desiderio satisfiat ob memoriam enim fratris mei hunc adolescentem singulari mea beneuolencia prosequor, et illius fortunas adiutas esse cupio. Quicquid autem opere in hoc. D. vra Rma collocarit, hoc illi vicissim omni studio et officiis amicitie referre semper curabo Cuius amori et beneuolencie fraterne me commendo et illam foelicem esse atque recte incolumem ex animo opto Dat in Piotrcow die Sanctorum Trium Regum Anno domini M° D° XXXiiij°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime. Post humilem servitutis et oracionum mearum comendationem, Joannes Gorski, qui publico stipendio plures annos in Russia militās egregiam sibi et rei militaris peritiam, et omnium militarium animos ac benevolentiam ita comparavit, ut non mediocrem ob id laudem assecutus sit: volens ampliori adhuc existimacionis laude nomen suum illustrare, et fortunas suas allevare: cupit ut ad annum pntem Rothmagister creetur. rogavitq me, ut illum in ea re assequenda apud Mtem vram Sermam intercessione mea adiuvarem. Id quod ego eo libentius facio, cum sit et alumnus, et gratus meus servitor, et cui in rebus honestis patronus esse consuevi: et qd sciam illum ob rei militaris peritiam, ad hoc munus aptum esse et idoneum, supplico Mti vrae Sermae ut hominem hunc et mihi et omnibus militaribus charum, et de Mte vra Serma ac eius republica magis indies mereri volentem, ad pntem annum Rothmagistrum creare et inter alios Rothmagistros suos, quos isthic ex arbitrio scribere dignabitur illum etiam connumerare, et alicui Comitive militum suorum Mercenariorum preficere dignetur. In quo Mtas vra Serma rem mihi admodum gratam faciet, et militem hunc ad fortia audenda animabit: et ad bene de se merendum in perpetuum illum sibi obligabit. Commendo me rursus et perpetuam servitutem meam in gratiam Mtis vrae Sermae Quam Christus dominus incolumem et cum suis omnibus semper foelicissimam servare dignetur. Piotrcovie die XXVa Januarii Anno domini Mo. Do. XXXiiijo

Petrus Tomicius Eps Crac. regni vicecancell.
Alberto Duci Prussie: Marchioni Brandburgen

Illme Princeps et domine, domine mihi colenme Post obsequiorum meorum officiosissimam comendationem. Accepi litteras Illme D. Vrae, simul cum exemplo mandati, quod contra Illmam D. Vram à Mgro noui ordinis Theutonicorum subornatur, quas equidem non sine molestia et perturbacione animi legi, et cognoui. Nouas enim eiusmodi difficultates et imminentia Regno huic, et Illme D. Vrae, eiusqz subditis incomoda, audire citra dolorem non possum, quibus vtcumqz absente Mte Regia difficile sit occurrere, ego tamen pro mea veteri erga Illmam D. Vram obseruantia et officio, rem hanc ad vniuersum Regni Senatum, in hoc Conuentu agentem retuli, et publice litteras legi, verbisqz quantum maxime potui exaggeratam, sedulo promoui. Cuiusquide Senatus vnanimi voto et consensu decretum est, vt nomine totius Conuentus res haec ad Mtem Regiam deferatur, et lrae quas optat Illma Do. Vra petantur, idqz negocii nunctiis à Conuentu ad Regiam Mtem deputatis dari debet, neqz dubium est quin res tanti momenti Mti Regiae sumopere sit curae. Caeterum quod ad consilium meum, ea in re Illme D. Vrae, praestandu attinet, tametsi et me inopem et Illmam D. Vram per se satis locupletem consilii et prudenciae esse sciam, nihil tamen grauabor, pro captu ingenii mei, cum res, quod nolim, in apertum veniat, et Regia Mtas aderit in medium afferre, quod et ad honorem Illme D. Vrae et rei oblate necessitatem, tu deniqz ad Regni et populorum Illme D. Vrae commodum et tranquillitatem pertinere arbitrabor, nunc tamen re non inchoata, neqz dum publicato Illme D. Vrae mandato quid comminisci, quidue illi de meo consilio significare debeam non habeo

hoc tantum affirmatum apud Illmam D. vram velim, quod nihil sum unquam non facturus quod vel gratum, vel honorificum atque commodum à me erga Illmam D. vram prestari possit. Cui me et officia mea diligentissime commendo, simulque opto et à deo precor ut Illmam D. vram diutissime sanam et in omnibus foelicissimam servare dignetur. Piotrcouie die XXVa Januarii Anno domini Mo Do XXXiiii

Petrus Tomicius Eps Cracc. Vicecancell
Sigismundo primo Regi Polonie

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime. Post humilem servitutis et oracionum mearum comendacionem. Cum ante aliquot dies Steinkircher Cubicularius Mtis vre Sermae à Sermo domino Ferdinando Romanorum etc Rege huc reversus huc Piotrcouiam divertisset, ego ut dudum à Mte vra Serma vram iussus et instructus, ab illo eas quas in responsum retulit, accepi litteras, et eas in consessu omnium huius Conventus Senatorum legi, primum Germanice deinde sum vulgari lingua mea interpretatus, super quo Sermi domini Romanorum Regis responsi, dum ex ordine hinc inde dicerentur sentencie ad ultimum ab omnibus institutum Sermi domini Romanorum Regis est approbatum, placitumque est, ut quod estate preterita in deputandis cum plena potestate Comissariis non fuit factum, fieret nunc per Mtem vram Sermam ad primam quamque commodiorem oblatam occasionem, de cuius negocii racione sicut et de ceteris eius Conventus negociis, domini Regni Consiliarii plura alia dicenda iunctius, quos hinc ad Mtem vram Sermam mittent sunt comissuri. Interim Mtas vra Serma dignabitur apud se concipere quid et quo tempore sit Comissarius suus per stabilienda in finibus Slesie

maiori Polonie adiacentibus pace mandatura, expedit siquidem
et Mti Vre et communi regni reipublice, vt salubri et maturo
consilio controuersie inter confines illos maioris Polonie et Slesie
accolas dirimantur occasionesque omnes submoueantur ex quibus
maius aliquod discordie vel belli incendium conflari posset.
Racio eius ptis Conuentus vt nihil differt à primis sub pre:
sencia Mtis Vre celebratis Conuentibus ita non dissimi:
lem nobis et molestiam et difficultatem in decernendis Contri:
bucionibus facit Nunctiis enim terrarum more suo per abu:
sum introducto, sentencias suas Sentenciis Senatorum pre:
ferentes, manibus certant verbis, et rem haud necessarie
in longum trahunt. Cum enim à dominis Consiliariis ad
vltimum propositi essent et decreti pro Contribucione de singu:
lis Mansis seu laneis agrorum, duodecim grossi. Exactio Ciui:
lis que Schoss dicitur, de Ciuitatibus et oppidis et Contribu:
cio Czoporre, dictumque illis esset, quod tametsi pns necessitas
et multa regno iminencia omnibus nota pericula, opimam et abun:
dantem magis Contribucionem exigere videantur, domini tn
egestatis Agricolarum ex quibus solis pariter et ex Ciuibus
id ome quod soluitur exigi solet, racionem habentes, tantum
Tributi decreuissent quantum anno superiore pnte Mte Vra
fuerat decretum, illi vt non videantur deliberacioni Dominorum
subscribere, multa primum inania et auditu non necessaria, quo:
minus tam multum decernatur causati sunt, deinde sex grossos de
singulis Laneis agrorum dominis Consiliariis obtulerunt, as:
seuerantes id suffectrurum esse ad omne necessitatem, presertim
cum illos non lateat ferlonum exactionisque Ciuilis et Czoporre
Contribucionem etiam cum regni fines non tam late paterent
neque res familiaris in tantum omnibus aucta esset summam
centum octaginta millium Marcarum reddidisse, ac etiam nunc
reddere posse. Contra hec cum pro se quisque et ego ad rauci:
tatem vsque decertaremus, nihil aliud efficere potuimus quam quod

die sequenti nobis octo grossi ab illis sint oblati quibus nos non
susceptis repetitis persuasionibus et aliis ex re natis racionibus
curauimus illos in nram pertrahere sentenciam, et auxiliante
domino Deo pertrahemus, Jam enim omnium terrarum Nuncii
accesserunt ad sentenciam nram preter Posnanien, Calissien, et
nros Sandomirien, qui decem grossos de singulis Laneis agro:
rum pro Contributione futura concluserunt, asserentes man:
datum sibi a suis et prescriptum esse, ut ad nichil aliud pre:
ter grossos decem se pertrahi non paciantur, Spero tamen quod ho:
die consencient omnes in eas pro Contribuciones pro communi
regni deffensione, quales anno superiori erant decrete Quas
nos utcumque modicas et egre suffecturas ad presentem Regni
necessitatem, non recusabimus tamen suscipere ut aliquid in
hoc Conventu pro honore Mtis vre Serme et communi rei:
publice necessitate fecisse videamur, quod utcumque eadem Mti
vre Serme per alium Cubicularium, et per nuncios quos
domini sunt missuri ego declarabo, interim me et seruitute
meam gracie Mtis vre Serme suppliciter commendo
et pleno corde et animo precor ut deus omnipotens Mtem
vram Sermam diutissime sanam et semper felicissimam
cum Sermis Rege filio et domina Regina aliisque suis cha:
rissimis liberis seruare dignetur Datum Piotrcouie xxiij
Januarii Anno domini M°. D°. XXXiiij

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Bone Reginae

Sacra Rx lis Mtas et domina, domina clementissima Post humilem seruitutis et oracionum mearum comendacionem, Cum oblatus esset mihi Stankier Cubicularius Mtis Regie qui ex Bohemia reuersus isthuc iturus, hoc itinere decurreret noluj illum vacuum meis ad Mtem vram Sermam literas dimittere, quibus illam viso et reuerenter saluto, salutem illi et omnem foelicitatem optans à dno non qz possum sensu meo, ego metiri sed qz sibi ipsa Mtas vra optaret et poseret. loquutus est mecum iussu et nomine Mtis vre Serme Mgcus dominus Castellanus Lublinen Curie Regie Marschalcus vt his rebus que forte hic ad iniuriam et odium Mtis vre Serme mihi ex Lithuania scriberentur fidem non adhiberem, quandoquidem Mtas vra Serma sibi sit conscia quod nihil isthic contra aliquem agat vel instituat, nisi quod ius et equitas illi persuadere videantur. Qua in re ingenue quidem id fateri et affirmare possum, me post discessum hinc Regie et vre Mtis à nullo quicqz ex dominis Lithuanis mihi scriptum esse, sed nec ego illis alicui hac vel alia quauis de re verbum vllum scripsi. Cum illis enim et aliis omnibus eam in scribendo seruo consuetudinem, vt si quis mihi scriberet quandoqz, rescribam paucis, solus vero ipse nunqz ad scribendum quempiam prouocem, animum enim et operam meam serijs et publice vtilibus negocijs qz in priuatis inanibus et vanis nouarum rerum renunctiationibus occupare me semper malui, Verum tn istis per Mtem vram Sermam mihi nunctiatis ita vt gesta transactaqz à Mte vra cum domino Castellano Vilnen et eius seruitoribus sunt, fidem ego indubiam habeo, et credo Mtem vram Sermam ea que agit non vllo odio vel inuidia sed sola

170

iusticia et equitate adductam agere. Quod equidem decet Principem clementem et piam, et ego id omnibus exopto votis, vt Mtas vra amata semper in vniuersu à subditis omnibus existat, prestat enim amari à subditis qz timeri, et à splendore Regio minime est alienum, in exemplum sibi eos proponere qui per clemenciam indulgentiamqz suam diu ac multis summa cu laude ac omnium hominum fauore atqz applausu imperarut. De ratione eius pntis Conuentus nri à domino Epo Premislien Mtas vra Serma ea cognoscere dignabitur, que ego ad Mtem Regiam perscripsi, que et illi perscripsissem non grauatim, nisi veritus fuissem longa scriptione Mti vre molestiam afferre Cuius gratie me rursus et seruitutem meam diligentissime commendo atqz ex animo opto vt Chrus dominus me Mti vre Serme longam vitam bonam valetudinem et optatam foelicitate concedere, et pro eius voto illam in ea conseruare dignetur Dat in Piotrcow die XXXiij Januarii Anno Mo. D. XXXiiij.o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell Sigismundo primo Regi Polonice.

SAcra Regia Mtas et domine, domine clementissime Post humilem seruitutis et oracionum mearum comendacionem. Cubicularium Mtis vre Serme Jacoschek propterea tantisper apud me retinui, vt per illum qui exitus eius Conuentus esse Mti vre Serme perscriberem, Qui quidem Conuentus deo sit gratia ea tranquillitate et concordia actus transactusqz est, prout et vre Serme Mtis et Regni reipublice rationes postulare videbantur, nisi q circa omnium rerum finitionem interiecta erat quedam difficultas à Nunctiis Posnanien et Calissien Palatinatus qui à dominis Consiliariis et Nobilitate maioris Polonie persuasi et instructi, aliter in publicas decretas Contribuciones se

consentire nolle palam professi sunt nisi vt ex eisdem Contribucio:
nibus publicis, sumptus et stipendium presidiis que in finibus
Slesie ad arcendos Berce et Misce predonum insultus dominiil:
larum terrarum Consiliarii omnino collocari volebant decerne:
retur. Contra verò reliqui omnes nuncii, ei rei, se, cum vniuer:
so residuo Senatu opponentes, dicebant se non concessuros vt
Contributio que nominatim ad tuendos à Thartaris et Valachis
apertis publicis hostibus fines constituta esset ad alios vsus inni:
nui et conuerti debeat, presertim, cum aliquot predonum non sit
tanta potencia quin à Capitaneis si officiis suis vt antiquitus fie:
bat satisfacere vellet, ab inferendis hominum iniuriis prohiberi
possint, adiicientes id in suis particularibus Conuentibus Com:
missum sibi esse, vt nihil omnino sumptus contra predones
suprascriptos ex publicis Contribucionibus fieri permitterent,
Esse enim in singulis terris suas cuique difficultates et tam ab
Hungaria quam ab aliis externe vicinie angulis passim homines
latrociniis molestari, quibus singulis si de publica Contribuci:
one presidia constitui deberent, nihil fortasse residui ad id foret
propter quod potissimum et Conuentus instituuntur et Contri:
buciones decernuntur, ad extremum se protestari dicebant quod
si ad arcendos predones Contribucio publica inminui debeat se
deinceps neque consensuros in illam, neque ad Conuentus ventu:
ros. Alie difficultates etiam et impedimenta per nuncios inii:
ciebantur qui dispensationem publicarum pecuniarum dominis
terrarum suarum Consiliariis, aliis in hoc contradicentibus, co:
mittere contendebant, et constitucionem fieri postulabant, vt Nu:
ciis terrarum ad publicos Conuentus deinceps mittendos terra:
rum exactores viaticum suppeditent, sed cum hec ad obscuram
noctem altercaciones cum magna dominorum molestia fierent
tandem res est omnis optato fine terminata. Contribucio enim
in hunc modum decreta est vt pro defensione Regni Contribu:
antur ex singulis Mansis seu Laneis agrorum duodecim gr.

secundum antiquas Quitancias. Exactiones eciam Schos nuncupate et Czoporve sunt constitute, quarum omnium medietas ad Dominicam Conductus Pasche et reliqua medietas ad festum Sancti Bartholomei futurum reddi et persolui debebit prout hec et alia ex Nunctiis dominorum Consiliariorum et terrarum nunctiorum qui isthuc ad Mtem vram Sermam mittuntur Mtas vra Serma copiosius cognoscet Ego vero litteras vniuersales vt celerius publicari possint Cracouie imprimendas curabo, et cum impresse fuerint ad Mtem vram Sermam per proprium Nunctium seu Cubicularium transmittam, Interim me et seruitutem meam Mti vre Serme diligentissime commendo et dominum deum supplex oro vt Mti vre Serme longam vitam sanitatem rectam et optatam foelicitatem tribuere dignetur Datum Piotrkouie die xxvij Januarij Anno Mo. Do. xxxiijo

Petrus Tomiczki Eps Cracouien. Vicecancellarius Bone Regine Polonie

SAcra Rgis Mtas et domina, domina clementma. Post humilem seruitutis et orationum mearum comendacionem. Finiuimus tandem deo bene volente Conuentum hunc per Mtem Regiam institutum, in quo domini Consiliarii habentes racionem absencie et negociorum Mtis Regie que magni momenti in isto Ducatu habet, diligentem intenderunt curam vt pro desiderio Mtis sue Serme et pro reipublice Regni necessitate bene constituerentur omnia sicut sunt sine magno negocio consensu omnium ordinum constituta, Que Mtas vra Serma ex Nunctiis qui isthuc ad Regiam Mtem a Conuentu mittuntur breui intelligere dignabitur, Ego tamen hec Mti vre Serme breuibus his meis litteris celerrime et in magnis occupationibus scriptis prenunctiare volui, cui me et seruitutem meam diligentissime

commendo, et vt Mtas vra Serma cum Sermis Regibus et ce:
teris omnibus liberis in multa foelicitate longo tempore viuat
et optime valeat supplex oro Datt in Piotrcouie die xxvij[a]
Januarii Anno domini M° D° XXXiiij°

Petrus Tomiczski Eps Crac. Vicecancell.
Joanni Chogenski Epo Praemisliensi.

RME in Chro Pr et domine frater et amice charissime et ho:
norande. Quomodo Conuentum hunc absoluimus, intelliget
D° Vra Rma tam ex lris quas ad Mtem Regiam ego per huc
Cubicularium mitto, qz ex nunctiis qui a Conuentu ad Mtem sua
Regiam proficiscuntur, his enim reppetendis et D. vram Rma
occupare nolo, saltem hoc ab illa rogo vt dominum Achacium
Czemam consilio et intercessione sua subleuare velit apud Sacra
Regiam Mtem, que decretum quod in differencia inter illum et
D. Costkam racione Predii Rehoff habita erat Cracouie latu,
ad simplicem ipsius domini Costka sollicitacionem, se non vocato,
reuocare dignata est, de qua re et de aliis muneris cum ipse
D. Czema Mtem Regiam conueniet D° vra Rma deesse
illi nolit, et quantum in se est, curare et efficere contendat,
vt inimicitie et controuersie istorum duorum officialium ex
priuatis odiis manantes, ad concordiam et pacem reducantur.
periculum siquidem est non bene pacatis in Prussia rebus, istos
duos tam aperte inter se contendere, faciet in hoc D° vra
Rma rem se et officio suo dignam et mihi singulariter grata
Cuius beneuolencie et amori fraterno me commendo et foelicem
Semper vehementer esse atqz recte incolumem opto Datt Piotr:
couie die xxvij Januarii Anno M° D° XXXiiij

Andreas Cricius Eps Plocen
Bone Sphortie regine Poloniae.

SAcra Mtas et domina domina mea clementissima. humillimam mei comendacionem. Finiuimus Conuentum quietius concordiusqz qz vnqz alias, nisi quod in fine turbacio quedam inciderat, que gratia dei mox sopita fuit, Sex fuimus Epi, decem Pallatini, Castellani plurimi, Rmus Ds Wladislanien tactus decumbit, Rmus D. Posnamien pectus, me vero caput male habent, dominus tamen Pallatinus Posnamien peius valet et pleriqz alii queruntur, vnde vra Sacra Mtas conijcere potest quam diligens fuerit mea pro sanitate Mtum vrarum et precatio et potacio. Contribucio decreta vt anno superiore Nuncii ad Mtes vras designati ex Senatu Ds Pallatinus Plocen, et dominus Castellanus Biecen, et duo ex Nunciis terrestribus.

Clementissima mea domina super querimonia Oppidanorum Camenecen de Ponte, mittam ad Sacram Mtem vram cum Nunciis Conuentualibus, meum qz Nuncium, nihil dubitans quin vbi Sacra Mtas vra rem vti se habet cognouerit iudicare dignabitur, nihil a me fieri vel ad iniuriam ipsorum Oppidanorum, vel ad incomodum vre Sacre Mtis, cui vt domine mee clementissime non in hoc solum, sed in omnibus aliis semper parere volo, Cui me humiliter comendo Plotzcoviae XXviija Januarii Anno Mo. Do. XXXiiijo

Legatio a Conuentu tocius Regni Data ad Sigismundum primum regem Polo^e in Lituaniam:

obiuerant hanc Felix Srzenski Palat^s Ploceñ: Laurentius Missskowski Castell^s Bieceñ: Ioannes Boratinski: Georgius Latalski.

Dicent inprimis M^ti sue Regie, tum Senatorum vtriusq ordinis tum Nunciorum terrestrium nomine, humilem ipsorum subiectionem, integerrimam fidem, et seruitutem. Dicent preces, et vota esse omnium, vt deus omnipotens M^tem suam Regiam, vna cu Ser^mo filio, et Inclyta Coniuge, longa et prospera donet valetudine, et foelicissimis semper augeat successibus, ac M^tem suam, confectis in Lithuania negociis omnibus ex sentencia et laude sua perpetua, ad Regnum incolumem reducat.

Agent deinde nomine tocius Conuentus, immensas gra^s M^ti sue Regie, quod inter curas et sollicitudines suas, quibus in Lithuania distinetur, dignata sit non obliuisci Regni sui et necessitatibus illius prospicere, Conuentumq generalem statuere ac que pericula reipublice imineant, quanq illis prouisum et bene consultum velit, per Nuncios suos declarare, quos, vniuersi qui ad ipsum Conuentum magno numero conuenerunt, cu ea que debetur reuerentia, cumq propensissimis animis ad parendum in omnibus voluntati sue Regie audiuerunt.

Ac inprimis quod ad deffensionem Regni contra Thartaros

Valachum, et alias iminentes hostilitates attinet: Senatores et Nunctii universi expendentes et considerantes generalem motionem, que debita est defensio, neque utilem, neque tempestivam esse posse, presertim absente Maiestate sua Regia, de Contribucione ad servandum militem Mercenarium diligentissime consultarunt, et licet consideraverunt comunem populum et subditos universos attritos et exhaustos, cum istis Contribucionibus, tum inundacionibus et aliis huius anni incomodis, habentes tamen racionem tranquillitatis animi et status Maiestatis sue Regie, ac reipublice necessitatis, contribucionem, que maior hoc tempore ab hominibus ferri possit decreverunt, videlicet fertones ex agris et, reliqua omnia ut anno superiore.

Quam Contribucionem licet minorem quam necessitas et iminentia discrimina postulant, ut Maiestas sua Regia clementer suscipere ac pro suma sua sapientia ita, hoc presidio, mederi dignaretur malis impendentibus reipublice, ut hactenus cum imortali gloria sua fecit, domini Nunctii humilimis precibus illi supplicabunt

Decreta est eciam omnium consensu et voluntate generalis expedicio bellica universe Nobilitatis, si illa opus fuerit, et publica regni necessitas id exposceret, ita quod Maiestas Regia habet potestatem a Conventu generali movendi, et cogendi omnes subditos suos in Castra ad bellum, ubi grave aliquod periculum et urgens necessitas reipublice id postulare videretur

Cum autem domini Consiliarii et ordines Regni considerent tuciorem firmioremque futuram defensionem tam Regni quam Magni Ducatus Lithuanie, si comunibus coniunctisque utriusque Dominii viribus comuni hosti resistatur: Rogabunt domini Nunctii Maiestatem Regiam, ut nunc in Lithuania existens dignaretur Maiestas sua constituere cum dominis Lithuanis, de tenendis mutuo

presidiis contra Thartaros, talibus qualia Regnum statuet, et licet Mtas sua retulerat illos iam ad id consensisse, quia tamen certa in multos annos presidia habere volebant et D. Consiliarii Regni annuam duntaxat quottannis defensionem consulere et statuere solent, neqz aliter consuleius arbitrarunt propter temporum, rerumqz humanarum mutabilitatem ~~iuxta~~ iuxta quam necesse est humana consilia dirigere, agendum proinde vt ommissis istis ad diuturnitatem ordinacionibus, que difficulter fieri possunt sint contenti domini Lithuani singulis annis talia presidia servare in finibus contra Thartaros qualia ex Regno servabuntur vt ad omnem necessitatem sibi invicem subsidio esse possent.

Supplicabunt item vt Mtas sua Regia, et benigne audire dignaretur articulos per Nuncios terrarum datos, et precibus subditorum suorum annuere.

De grassatoribus qui fines regni predantur visum est omnibus dominis Consiliariis vtilem et oportunum modum istum esse continendi ipsorum licenciam, vt videlicet vtrimqz mitterent[2] Comissarii cum plena facultate ad differencias omnes componendas, etiam invitis partibus dissidentibus, vt si qua sentencie et Decreto ipsorum stare et parere nollet, ambo Serm[i] Reges adversus illam authoritatem et manum etiam extenderent, ac ad parendum Decretis cogerent. Rogantqz ipsi domini Consiliarii Mtem suam Regiam, vt iam scribere dignaretur Ser[mo] domino Romanorum Regi, vt illius Mtas et Comissarios deputare, et locum conveniendi illis designare dignaretur. Interim vero vt Mtas Regia providere dignaretur quieti finium Regni sui, vniversi ordines Mti sue humiliter supplicat

Caeterum quia non solum subditi Mtis Regie ex Regno iniuriis et damnis a predonibus ex Ducatu Slesie grassantibus afficiuntur

sed plerique etiam Slesitae Incolae sustinent non modica damna et pares iniurias à nris domesticis, et suis eciam hostibus, qui in Regno receptum habere dicuntur, visum est dominis Consiliariis ad rem esse accommodatum, vt Mtas sua mandata facere Capitaneis locorum per litteras suas dignetur, vt illi pro suo Capitaneali officio provideant, ne quis in Regno per licenciam in publicis itineribus alicui iniuriam inferat, eumque violenter aggrediatur et spoliet. Neue predonibus domesticis vel externis, receptus et hospicium vllo in loco concedatur, quin etiam in eos Capitanei locorum severius animaduertant, qui per consilium et auxilium suum in insidias quempiam et in periculum adducere paciuntur

De Iuribus Regni recens recognitis nihil agi et concludi pro Mtis desiderio potuit. Nonnullarum enim terrarum Nuncii super hoc quomodo quid agerent mandata non habebant. Dicebant enim in Terris suis hactenus neque lectam, neque expensam, et revisam esse à Nobilitate Iurium predictorum recognicionem. Quare vt ad futurum Conventum parati vndique et instructi hac de re Nuncii venire possent, visum est dominis Consiliariis vt revisoribus his, qui sunt Electi, et Nunciis Conventus in Seeda datis. Mtas. Regia de sumptu et expensis providere dignaretur, datis lris ad Exactores terrarum vt ad racionem publicarum Contributionum, singulis revisoribus numerent et dent decem Marcas pecuniarum ita vt aliis quod qui functi sunt iam suo officio anno superiori fuit datum

Terris

Illmus dominus Dux Prussie significavit dominis Consiliariis de Decreto et Mandato Caesareae Mtis adversus ipsum lato et facto, rogans vt agerent apud Mtem Regiam, quo Mtas sua iuxta sentenciam et peticionem ipsius, quam Mti suae declaravit geti

et tuicioni ipsius providere dignaretur. Proinde cum hec res ad Mtem suam et Regnum non minus pertineat, quam ad ipsum, rogat domini Consiliarii, dignetur illi Mtas sua, sic vt petit non desse. Nam si illi Mtas sua literalem defensionem denegaret, in armata prorsus desperaret, vtque Mtas sua mittere dignaretur Nunctios suos ad Conventum ad hoc per illum statuendum, ad subditos suos in fide et subiectione retinendos. Verum vt ipsi Nunctii confirmatis animis et fide eorundem subditorum, admonerent seorsum ipsum dominum Ducem, ne se illis tam gravem exhiberet, vt passim omnes querantur, non solum oneribus et gravaminibus aliis, sed eciam religione bonis omnibus abominabili. Consideraret primas pretendi causas in Decreto Camere Imperialis defectionem à religione et Ecclesia, vt ita pium bellum ex parte ipsorum videri possit apud omnes, impium vero qui repugnaret. Porro graviter ferre omnes ordines Regni quod eius Illtas non admittit Salvos Conductus Regios, et appellaciones ad Mtem suam Regiam, gravat tamen acriter tam Regnicolas quam subditos suos ceditque res in preiudicium superioritatis et vilipendium auctoritatis Regie. Vt igitur deinceps sua Illtas iustum et clementem Principem se ipsis subditis suis preberet: Iurisdicioni Regie non derogaret, et causas omnes que negocia ipsius gravant, et existimacionem eius ledunt, amputare dignaretur, si eius Mtem Regnumque ipsius, vult sibi in suis necessitatibus et difficultatibus non deesse.

Negocium Visniewski captivi diligenter domini Consiliarii tractaverunt, et examinaverunt, perquirentes à dominis Masovien omnes raciones et circumstancias, quibus ad cognicionem rei perveniri possit, ne vel tantum facinus abiret impunitum, vel hominis innocencia opprimeretur, ex testimoniis igitur et argumentis dominorum Masovien, quamvis multis certis racionibus constare possit illum hoc facinus perpetrasse, imo maiores esse coniecturas de illius innocencia, quod vigit multis aliis occasionibus

aut nocturno tempore mulierculam illam trucidare potuisset quia de die cum illar hominibus transitus erat ad Ecclesiam vbi de fenestra decidit, et lre quas defuncta scribere debebat, etiam si ab ipsa scripte fuissent metum et suspicionem illius, non autem factum probare possent. Quamuis item in facinoribus dubiis iniustum videatur aliquem quasi incertis damnare, fuga enim illius à termino tam metu mortis, que nocentibus et innocētibus terribilis est, q3 consciencia fieri potuit, presertim si vel d2 consultor probus accessit. tamen q2 vtiq3 hac fuga suspicionē de se non vulgarem prebuit, Domini Consiliarii decreuerūt vt ipsam Captiuitatem sustineret adhuc ad festum Paschē, humilibus precibus Sacrae Mti Regie supplicantes, vt cū omnes domini et Nuncii Masonien testentur statutum illud vigore cuius condemnatus est, neq3 in obseruacione vnq3 fuisse, neq3 de voluntate aut sentencia ipsorum per dominum olim Palatinum statutis Mtis Regie traditis insertum esse, vt et pleraq3 alia per ipsum assuta, dignaretur Mtas sua Regia pro excelsa sua virtute et benignitate sua illum, cō:pleto ipsius sessionis termino, et clementer dimitti mandare, et bona illi restituere, ne in posterum sequella et exemplum hoc in similibus euentibus dubiis et erroneis vergeret in magnum cōmunis libertatis detrimentum.

In causa Iudei Theloneatoris Premislien et Petri Falkener Ciuis Gdanen nihil determinari potuit, dominis Consiliariis in sentenciis suis variantibus, et non concordantibus, sicut hec vt in vtramq3 partem dicta disputataq3 sunt. clarius et copiosius domini Nuncii referrēt Mti Regie, Quibus cognitis et expensis Mtas sua id quod iustum et equum magis existimabit, in ea ipsa causa decernere, et dnm Castellanum Posnamien quomodo sentenciam promulgare debeat instruere dignabitur.

Secretius agendum.

Coeterum quod Mtas sua Regia perquirere dignata est sententiam dominorum Consiliariorum quid faciendum esset deinceps ubi Thartari muneribus que illis Mtas sua misit contineri non possent, et ab exigendo stipendio quod ante hac illis solvebatur desistere, ne hoc illis negato adhererent hostibus Mtis sue, dni Consiliarii super hoc difficillimo negocio diligenter et anxie consultarunt, Una enim ex parte considerarunt rem magni esse periculi, ubi Thartari ipsi hoc tempore desciscerent, et se hostibus Mtis sue Moscis et Valachis coniungerent, presertim cum ab illis in partem suam sollicitantur, ex alia vero parte revolverunt easdem tum causas et raciones fuisse ad pendendum hoc illis stipendium, que nunc Mtem suam urgere videntur: resque tum necessaria et utilissima videbatur cum deinde experientia docuit, nihil perniciosius ignominiosiusque Mti sue et regno dominiisque ipsius contingere potuisse Nam preter hoc, quod nec fides, nec pax unquam tuta cum illis erat, reliquumque stipendium ipsum non sufficiebat, sed res auctionibus donorum in immensum crescebat, que etiam nisi essent ex ipsorum sententia contemptibiliter ab illis reiiciebantur Tumultum venientibus, et quidlibet tanquam a subditis suis exigentibus, unde illi in perniciem nostram ditabantur, Regnum vero et Dominia Mtis sue exhauriebantur, auro presertim, ad cuius valorem res omnes existimantur et venundantur, sed eciam quod perniciosius est, honor et existimacio Mtis sue regie quam cum omnibus aliis, tum maxime Regibus et Principibus custodire et tueri plurimum refert, ubique minuebat[2] et Thurcus ad exigendum etiam Tributum aliquoties hoc exemplo inducebatur. Quod enim nos stipendium, illi et coeteri

Tributum iudicabant. Nam nisi ita esset non illud nunc Tartari tam pertinaciter veluti debitum exigerent.
Proinde nichil foelicius Mti sue Regnoqz et Dominiis suis contingere potuisse, q discordiis et sedicionibus ipsorum intestinis hunc laqueu contritum et Mtem suam subditosqz omnes liberatos fuisse.
Consulciusqz esse extrema queqz subire, qz in hanc servitute et ignominiam rursus incidere. Que omnia domini Consiliarii expendentes et tamen inter hec duo mala quod nunc minus noxium esset disquirentes, nullum aliud salubrius consilium invenire potuerunt, qz vt Mtas sua Regia curaret pro sua summa sapientia Thartaros ipsos omnibus modis quibus posset in amicitia et obsequio continere tam diu donec Mtas sua cum Moscis et Valachis hostilitatem habet. nihil etiam interim vbi aliter esse non posset illis negando, citra inscriptiones et pacta aliqua quibus et dignitas Mtis sue ledi, et res in posterum pro debito ab illis reputari et exigi posset. prout Mtas sua Regia vnacum dominis Consiliariis Lithuanie melius conducere videbit. Alioqui communis libertas et dignitas Mtis sue Regie et omnibus rebus quantumcuqz vrgentibus anteponenda videtur

Secreto etiam agendum.

ID quod secretius de Valacho Imbraim Bassa Mti Regie significat, etsi res est admodum salubris habere illam regione regno deuinctam maxime propter Thartaros. Tamen quia nunc id factu est difficillimum cum propter domesticam indispositionem, tum etiam q Mtas sua Regia adhuc est bello Moscovitico implicata: nec etiam quisqz ad manum sit illius nationis, quod inprimis esset necessarium qui preefici illic deberet. Non censet

domini Consiliarii consultum id hoc tempore aggredi. Verum cum Sermus dominus Rex Hungarie, qui sibi Jus plenum vendicat in terram Moldanien bellum suum componeret et pacem et Regnum stabilire posset, cum illius demum mutuo consilio et auxilio res oportuno modo perfici posse videtur. Censentq ipsi domini Consiliarii si quid hac in re excusatione opus fuerit, respondere dignaretur Mtas Regia, q nollet cum homine Christiano (nisi quiescere nolit) bellum gerere presertim alio bello Moscovitico implicata: Valachum nunc quiescere, et fortassis iussis Imperatoris Thurcorum pariturum tamen si in pertinacia sua persisteret Mtem suam Regiam cum scientia ipsius Imperatoris, et cum mutuo consilio Sermi Regis Hungarie id serio aggressuram esse.

Commendabunt etiam et promovebunt domini Nuncii nomine totius Conventus peticionem domini Thworowski Castellani Camenecen, qui petit se gratia et munificentia Sacrae Mtis Regie sublevari, ut Castrum suum Roszdziecz, quod habet in Pokuczie preter quod nullum aliud illic Castrum extat ita servare et providere possit, ut ab hoste et malo vicino Valacho non intercipiatur.

Referent preterea domini Nuncii difficultatem domini Castellani et Capitanei Miedzirzecen quam se habere coram universo Senatu in preterito Regni Conventu declaravit, in hoc quod dominus Dzialinski Theloneator Posnanien existens sub securitate Salvi Conductus Mtis Regie, occasiones et modos querere videtur per suos ministros quibus illum inducat, ut aliquid contra illius salvum Conductum facere cogatur, quod tamen ipse cavet plurimum et cavere vult, tamen ut evitare possit grave aliquod periculum, Rogabunt domini Nuncii Mtem Regiam nomine totius Conventus, providere dignetur pro sua prudencia et benignitate et

mandare vt dominus Theloneator cum suis ita se conseruet sub
hac securitate sibi concessa, vt dominus Castellanus Miedzrzecen
cum suis seruitoribus, ab illo et eius ministris non impetatur
sed quietus et nullis iniuriis lacessitus permanere possit

Apud Mtem Reginalem et Regem iuvenem eadem erunt dicenda in comendationem
fidei et seruitiorum tam dominorum Consiliariorum quam aliorum ordinum regni, que
coram sacra regia Mte seniore dicentur.

Domini eciam Consiliarii Lithuanie accedendi sunt, et dicta sa:
lute et commendacione fraterna nomine tocius Conuentus Regni
Referendum erit illis quemadmodum domini Consiliarii Regni,
considerantes, firmiorem tuciorem que esse defensionem tam Regni
quam Magni Ducatus Lithuanie, communibus coniunctisque vtriusque
Dominii subsidiis, sepe ab illis postularunt, vt aduersus comunem
hostem Thartarorum coniunctis viribus et presidiis fines vtriusque
Dominij defenderentur, ad quod negocium constituendum miserant
quidem ipsi domini Consiliarii Lithuanie, Nunctios suos, anno
ab hinc tercio, sed quia Conuentus generalis iamtum solutus erat
et pauci illi domini qui apud Regiam Mtem restiterant ad tra:
ctandum negocium tanti momenti facultatem non habuerunt, su:
spensum fuit negocium vsque ad generalem anni preteriti Conuentum
ad quem sperabant omnes Senatores ipsos dominos Lithuanos missu:
Rorum Dominationes ros fuisse nuncios suos, quod cum forte occupacionibus negociorum reipublice
sue et expectacione aduentus ad se Regie Mtis non fecerunt, Roga:
bunt domini Nunctii nomine tocius Conuentus Regni, vt eorum
Dnes saltem aduersus hunc communem hostem Thartarorum con:
iunctis et paribus viribus fines vtrosque tueri velint, taliaque pre:
sidia seruarent in ipsis finibus qualia ex parte Regni seruabun:
tur et vtroque sibi inuicem subsidio esse possint, et non postulent eo:
rum Dnes vt certa in longum tempus statuantur in Regno presidia

202

militum. Nam id facta neque integrum neque necessarium esse videtur, cum non equalibus semper periculis Regnum et magnus Ducatus Lituaniae ab hoste infestetur, opusque sit propterea augere vel minuere presidia, prout tempus et publica utriusque Dominii necessitas exposcat.

Et quoniam Sacra Mtas Regia nullum certum foedus neque pacem habet in pns cum Thartarorum Precopen, et timendum est ne ille tempore hoc desisceret et se cum hostibus Mtis sue Moschis et Valachis coniungeret. Rogabunt dominum Nuncii ut eorum D. curare et consulere dignaretur Sacrae Mti sue quibus modis contineri possit idem Thartarus in amicitia et obsequio citra stipendiariam illam et ignominiosam servitutem, qua se illius Mtas et universi eius subditi premis involuerant, degna nonnisi divina ope datum est elabi, quo facient Dnes ipsorum officium dignum prudentia et virtute sua et reipublicae sue plurimum commodabit, que omnia et presertim communem deffensionem contra Thartaros curabunt ipsi domini Nuncii illis constituere et concludere.

Ubi vero Dnes eorum obiecerint, ut solent se non posse paribus presidiis fines cum Regno tueri: propterea quod facultates Ducatus Lithuaniae ammissis plurimis Arcibus sit minimite. Regni vero opes et vires Ducatu Masoviae et aliis ad regnum incorporatis sint adaucte. Respondendum erit dominos regni Consiliarios tanti apud se estimare magnum Ducatum Lituaniae, ut in puti tam illius quam regni statu facile credant illum agrorum fertilitate, hominum numero, finium amplitudine, et omni denique redditum ubertate regno prestare et ob hoc iure et merito eorum Dnes subtrahere se non debere, neque secundum

aequitatem posse a servandis suo stipendio tantis presidiis in finibus quanta in Regno servabantur.

Articuli generales nunctiorum ex omnibus Palatinatibus regni Polonie ad regem in Lituaniam missi.

Imprimis vniuersa Regni Nobilitas humiliter supplicat vt dnj Consiliarii pro debito et officio suo de bono statu reipublice cum omni sinceritate et fide tempori consulant, adhibeantqz apud Sacram Mtem Regiam exactam diligenciam, vt Mtas sua tanqz dominus clementissimus et iustissimus efficere dignetur, quo tandem misera respublica continuis et diuturnis exactionibus grauata, contra Iura et libertates suas quiescat et respiret.

Item vniuersa Nobilitas queritur contra dominos Palatinos omnium terrarum, q in rebus venalibus, Mercancijs, artificiisqz, presertim Sutorum, nullum modum, nullamqz ordinationem iusti et decenti precii statuere curant, prout ex debito officii sui tenentur/ Artifices autem presertim Sutores causam istius caritatis in rebus venalibus esse dicunt, q Cutes et alia vsui eorum necessaria ex Regno ad vicinia externaqz Dominia euehuntur, indeqz tuta esse rerum prefatarum caristiam, ad maximum omnium Incolarum Regni grauamen. proinde tota Nobilitas rogat, vt hec supra expressa omnia bonam et decentem indilatamqz ordinacionem habeant, Prouideant eciam domini Palatini, vt Cocti et Mensure sint iuste in oppidis et Ciuitatibus

Item vt cohibeatur infrenata Iudeorum in negociando licentia que omnibus ordinibus Regni longe est perniciosissima, Nam eo ventum est, q omnis fere negociatio, a Iudeorum manibus pendeat, Illi Merces omnes presertim humanis vsibus destinatas corrumpunt viciantqz, et q nemini Christianorum licet Commercia habent cum externis, Fiscum Principis mei clementissimi et vectigalia defraudantes

dantes, Nullus est locus quem Iudei non penetrent, Illi ad Valachiam euntes coemunt Boues, Cutes et alia eius generis, eaque extra Regnum educunt, atque inde oboritur tanta rerum omnium caristia, Quod si suis vsuris suoque fenore contenti viuerent, a negociacione abstinen(tes), cessaret haec de qua omnes queruntur caristia que calamitas totum fere Regnum affligit, neque vero alicui sunt vsui reipublice nec pro defensione aliquid impendunt, Signa rotarum more solito portent, et quum res ablate furto apud eos reperte fuerunt, euictores statuant, nec maiori quam Christiani prerogatiua, quoniam ipsi soli se(m)p(er) is fruantur

Item vt Moneta bona vna eademque sit vbique per totum Regnum alie autem Monete, vtpote, Ducis Prussie, Gedanen(sis), Thorunen(sis) Elbigen(sis) et cetere extranee omnino excludantur

Vt Aureos et grossos argenteos bonam Monetam, quam Sacra Regia M(aies)tas in commodum reipublice cudere mandauerat, Ciuitates, Iudei, aut hii, qui Monetariam disponunt, deperdiderunt, absconderuntque, malam vero et peruersam solidorum Monetam in detrimentum reipublice inter plebem sparserunt, Ideo rogat Nobilitas tota vt res ipsa bona ordinacione prouideatur, Ne propter priuatas personas vniuersa respublica paciatur iacturam

Item omnes terre, Vistule vsum habentes, cocto sale vtentes, humiliter supplicant, vt depositoria antiqua salis maneant, ac in locis publicis conseruentur, saleque repleantur, Tum vt sint plene et precio solito vendantur, prouideaturque ne per aliquem Sal totum vel pro maiori parte lucri causa reuendantur, quoniam multi sale in depositorio non existente Sal illud reuenditum maiori precio vendunt, desertatis prius depositoriis

Vt Sacra Regia M(aies)tas suppliciter roganda cum auxilio domino(rum)

Consiliariorum, vt dignitates officiaqz omnia que incompatibilia fuerunt vni eidemqz non conferat contra Statuta Regni et antiquas consuetudines

It Nobilitas Regni humiliter rogat dominos Consiliarios, vt eorum D.nes graciose et diligenter apud Sacram Regiam Mtem intercedere dignentur, Quo Mtas sua benignam habendo racionem sue nacionis subditorum, semper eidem obsequentissimorum, Jura et consuetudines eorum conseruare et manutenere, seqz ipsis qz alienigenis clemenciorem exhibere dignetur, Ne sczt sua Sacra Mtas externis hominibus et plebeis quoqz, beneficia spualia Epatus, Abbacias, Prelaturas, Canonicatus et Preben(das) etc Cathedralium et Collegiatarum Ecclesiarum conferat, nec eos in Secretarios suos suscipiat, Similtr, dignitates, Castra Capitaneatus ceteraqz terrestria officia talibus hominibus comittere non dignetur, videt enim Nobilitas hec fieri cum magno dolore in detrimentum Jurium suorum et magnam nacionis Polonice ignominiam, Proinde sua Sacra Mtas scribere dignetur Capitulis Ecclesiarum seuere illis inhibendo ne personas huiusmoi in Ecclias recipere audeant, In Ciuitatum eciam officijs, vt Juramenta, decreta Judiciaria, ceteraqz actiones Juridice, no alia qz Polona lingua exerceantur, Sacra Regia Mtas rogãda, iniqz enim talia beneficia in extraneis Dominijs Polonis videntur exhiberi

It Vectores non prohibeantur in villis frumenta cuiuslibet grani emere, et libere quo velint ducere

It supplicandum Sacre Mti Regie per graciosas dominorum intercessiones, vt incursus Raitharorum precipue à Slesia sua Mtas prouidere dignetur, Capitaneisqz suis secundum antiquam consuetudinem subditos suos defendendos et in securitate conseruandos comittat, publico Incolarum consilio no auxilio

expectato, prout antea observatum est/contradicebant tn Palatinus Calissien et Posnamien

Jt roganda humiliter Mtas Regia cum auxilio dominorum Consiliariorum vt terre Prussie et Ducatus Zathorien ac Oswianczimen veluti membra Regni, vnam et eandem defensionem nobiscum sustineant, eidemqz oneri, quemadmodum et nos sint subiecti/constat enim terras ipsas magnis sumptibus, cum multa sanguinis effusione per maiores nros esse acquisitas, et ab inimicis sepius defensas ac Regno Polonie annexas

Jt supplicatur ab omnibus, vt Cives occasione capitis occisi Nobilis et pro vulneribus, non Jure Theutonico, sed suo Polonico iudicentur veteri Statuto ita disponente. Quod sepe in plerisqz Ciuitatibus, et non ita pridem Cracouie in casu occisi domini Borsche contigit Cives enim Cracouien et alii soliti sunt se reuocare, ad Jura et Priuilegia sua. Jn quorum vsu Cracouien affirmant se semper fuisse nec aliter qz iuxta Priuilegia sua similes casus semper iudicasse.

Jt sepe euenit qd vulnerans aliquem, volensqz solucionem vulneris euadere, Cittat calumniose vulneratum, pro totidem vel pluribus vulneribus. Rogat itaqz Nobilitas vt ipsi perniciose calumnie via precludatur

Jt ne domini spirituales res mere Seculares Jure suo iudicent Statutumqz de hoc sancitum exequatur

Jt Sentencie excomunicacionum, ne, nonnisi super eos qui iure conuncti fuerint, ferantur, rogat comunitas.

Jt Missalia et Decime, ne ex desertis agris exigantur, omnes rogat

Jt Decretum Conuentus Cracouien proxime preteriti contra Cortisanos editum, vt in longiori forma extendatur non secundum specificaciones ibidem descriptas, sed generaliter quicumqz auderet contra Jura, Priuilegia, et immunitates aliqui ex Cortisanis facere

vel omisso medio appellare, et aliquid attentare, subiaceat Statuti severitati.

It rogant omnes, ne Incole regni Polonie evocarentur in Ducatum Lithuanie nec alio usque extra Regnum, pro quacumque causa vel excessu prout quibusdam contigit anno preterito

It ut officiales Iudiciarii salaria non exigant ultra Statuta super hoc sancita

It Iudices Lancicien secundum consuetudinem et Statutum antiquum decernant solucionem lucri, victori a victo et tempus solucionis assignent.

It omnes terre Vistule adiacentes, et generaliter universa Nobilitas, Civitates, Oppida, universique Incole regni, precipue vero Plocen et Nieschevien gravissime queruntur contra Thorunenses qui sursum versus fluitacionem cum Alecis, et aliis Mercimoniis impediunt Iuribus Regni et decretis Regiis non attentis, Itaque supplicat humiliter universa Nobilitas, ut ista Thorunen licencia toti Regno communibusque regni libertatibus et Iuribus perniciosa cohibeatur.

It Terre Masovie et presertim Sochaczovien queruntur specifice, contra dominum Capitaneum Sochaczovien, qui litteras a Sacra Mte Regia dicit se expediuisse de non propinando Lovicien et ~~Pult~~ Pyzt:covien Cervisia in terra Sochaczovien, unde fortiter prohibet, ne Coloni Nobilium illam ducant et propinent, non sine iniuria et gravamine terre illius. rogant ut id provideatur

Idem Capitaneus eciam vi recipit pannos in Villis Nobilium et aliorum domestici laboris, vulgariter Samodziali dictos pro usu suo in illis terris laborari consuetos, rogant humiliter, ne tanta iniuria afficiantur.

It quia sepe contigit dominos Palatinos et Castellanos absentes esse in Conventibus particularibus, ob idque mandata sua cum quibus Nunctiis ad generalem Conventionem mittuntur, ingrate soliti sunt suscipere, et plerique dominorum sunt impossessionati

in illis terris in quibus dignitates et officia obtinent, proinde rogat tota Comunitas vt huic errori occurratur

Jt domini Ciues Cracouien humiliter supplicant Sacre Regie Mti et sue Mtis huiusqz inclyti Regni Dominis Consiliariis, vt Ciuitatem Cracouien atqz eius Incolas circa Priuilegia et Jura Depositorii generalis in quorum vsu et possessione semper fuerunt, graciose conseruare dignetur, Ne Leopolien illud temere pretergredi audeant, Wratislaniam et ad alias Slesie oras Mercandi grá proficiscen, Jlli enim contra equitatem Cracouien prohibent quo minus vltra Leopolim in Valachiam Thartariam et Thurciam comeare possint, Cum tamen vigore insignium Priuilegiorum que Cracouien habent, iter illud, vt ante patuit, ita et nunc merito eis patere debeat.

Nobilitas terre Dobrzinen supplicat humiliter, vt in terra sua haberet Depositorium Salis, et vt solito precio sal ipsis vendatur, ob cuius defectum maximam penuriam paciuntur.

Jt queritur Nobilitas de Exactoribus impossessionatis et spiritualibus qd preter decreta exigunt aliquando exactiones, variis grauaminibus Nobilitatem opprimen, presertim eos quibus domesticis curis occupatis pro suis iniuriis non vaccat Jure agere Jtaqz rogat Nobilitas vniuersa vt si quando publica Contribucio esset laudata, Exactores possessionati in suo quisqz Districtu eligerentur et quod personis spiritualibus talia officia non comitterentur / Czopowe non arendetur, neqz in alios vsus distribuatur preter publicam defenssionem, de quo reddatur districta racio in Conuencione.

Jt Nobilitas rogat vt si aliquando contingat Nuncios ad Conuentum Regni generalem de reipublice necessitatibus consulturos expediri et proficisci ipsi in terris per Exactores expensis prouideantur.

Jt queritur vniuersa Nobilitas de grauaminibus, quibus varie opprimitur á Theloneatoribus impossessionatis. Jtaqz supplicat

humiliter, vt Mtas regia dignaretur Theloneatores possessionatos in Districtibus preficere, sed non omnes Palatinatus consenserunt.

It humiliter supplicat tota Nobilitas vt Conuentus particulares in omnibus terris iuxta antiquam consuetudinem rite celebrentur, ita vt vna alteram successiue sequatur in vna ad minus septimana sed non p vna eademqz die in diuersis locis presertim in terris Podolie, Cracovien, Posnamen, Calissien, et Colo / Conuentus eciam Colen more consueto semper celebretur, vt Nuncii mittantur ex terris Russie in Corczin, ex Corczin item ad Conuentum Colen prout fuit obseruatum antiquitus.

It Exactiones publicas laudatas omnes soluant, Nemoqz ea immunitate et prerogatiua in preiudicium aliorum tociusqz reipublice detrimentum gaudeat sed omnes secundum vniuersales litteras equaliter soluant

It vniuersa Nobilitas humiliter rogat dominos Consiliarios vt dignaretur ad Mtem Regiam pro Virginibus Monialibus Conuentus Strzelnen in eorum miserabili casu clementer intercedere, quatenus sua Sacra Mtas Regia pro sua clemencia Oppido eorum Strzelno violenter ignis voragine totaliter conflagrato, vnde ipse Moniales pro maiori parte victu gaudebant, libertatem ab exactionibus Ciuilibus Ducillorum et Schoss, tum et a Stacione libertatem ad tempus competens largiri dignaretur, quo oppidum ipsum pro earum sustentacione ad eandem condicionem redire possit

It tota Nobilitas et in generali omnes Ciues rogant ne Sanctimoniales que se religioni dediderunt nullum interesse haberent, neqz ad terrestria, neqz Ciuilissia bona.

It vt Transsumpta taxacionum remitterent, ad Districtus, vt quilibet scire possit taxam suorum bonorum

Postulata Masoviensium

Rogetur Sacra Regia M^tas^ :

Imprimis vt conseruare dignaretur totam Nobilitatem, ill^mi^ Ducatus in omnibus punctis articulis publicis priuatisq3 secundum confirmacionem Priuilegii ex gr^a^ clementissima emanatam, et vt Nobilitas sit libera ab omnibus oneribus et solucionibus in magnum preiudicium et abrogacionem Iuris tocius Nobilitatis existentibus

It vt Poradlne iuxta Priuilegium et consuetudinem tocius Nobilitatis maioris Polonie exigant.

It q^d^ sua M^tas^ regia dignaretur l^ris^ suis mandare exactoribus factoribusq3 suis, vt suscipiant documenta Scabinorum cuiuslibet Ville pro agris desertis in eisdem Villis content^is^ iuxta antiquam consuetudinem eiusdem Ducatus

It q^d^ M^tas^ sua regia Statuta^m^ Ducatus Masonie per dominum Pallatinum modernum et Consiliarios, Necnon Nuncios terrarum sue Ser^mae^ M^ti^ Regie porrigend^a^ approbare et confirmare graciose dignarent. Nam illa^m^ quod olim M^gcus^ dominus Prasmowsky Pallatinus Celsitudini sue sine Scitu et consensu omnium Consiliariorum et Nobilitatis terrarum Cracouie tradiderat, nondum erat reuisum et conformatum. In quo statuto per olim dominum Palatinum porrecto continent nonnulli articuli in grauamen et preiudicium tocius Nobilitatis. Quos articulos olim dominus Palatinus vltra voluntatem omnium Consiliariorum et Nobilitatis imposuit et induxit Et omissio plurium articulorum in eisdem Statutis facta est propter conflagracionem aliquod sexternorum in domo Vicariorum Varschouien. vbi eiusmodi Statutum transcribebatur, per Notarium domini Popelsky Decani Varschouien

Statuta

It ut Officiales cuiuslibet Districtus sint possessionati et Capit residen, et hoc propter negligenciam causarum inter partes adversas vertencium, quod est cum magno grauamine tocius Nobilitatis.

Jtt ut Sacra Regia Mtas Comissiones ad disgraniciandum bona Regalia cum bonis Nobilium in personas Dignitariorum et Officialium illius Districtus, conferat iuxta consuetudinem antiq Ducatus.

Jtt ut soluciones in Cancellaria à Priuilegiis et literarum exigant iuxta Priuilegium generale terrestre Ducatui Masoviae concessum.

It ut non fiant Cittaciones ad terminum Curie de Ducatu Masoviae euocant, tum à Sacra Mte Regia, tum eciam à Nobilitate in quacumqz causa.

It q Mtas sua Regia mandare dignaretur subditis in omnibus Ciuitatibus et Oppidis ut Nobilitati sit liberum bona empta, utpote domos, ortos etc reformare et inscribere in librum eorundem Ciuium, et tenere pacifice, presertim cum omnia onera illorum bonorum in se assumant, quod dictis Ciuibus non preiudicat.

It & vadia accepta contra Nobilitatem ad fidem ibeantur per Nobiles bene possessionatos iuxta consuetudinem inter Nobilitaté obseruatam.

Jtt ut Coloni eorumqz liberi non habeant libertatem exeundi de Ducatu Masoviae, ad terras extraneas, et profugi ut detineantur per Capitaneos in graniciebus Ducatus.

Jtt ut Mtas sua Regia dignaretur conseruare totam Nobilitatem Ducatus eiusdem iuxta promissiones graciosas in emptione Salis Varschevien Depositi, Tunam per Sexagenam et Centenarium per quindecim grossos.

Jtt ut Nobilitas sit libera à solucione Theloneorum omnium terrestrium et Aquaticorum Regalium et Nobilium presertim cum

rebus proprii laboris transiens, et vt sint littere à M^te sua ad
borum Capitaneos, quod habeant facultatem et mandatum Judicandi
Nobiles et Theloneatores exigentes Thelonea inconsueta contra
libertates Nobilitatis etc et Jura non responsiua haben

Jtem vt spirituales non euocent homines seculares pro re seculari
ad Jus spirituale, et si aliquae causae eiusmodi inceptae sint quod
remittantur ad Jus seculare.

Jtem vt Nuncii terrestres Ducatus Masouiae, pro Conuencione re:
gni mandato Sacrae M^tis Regiae equitaturi, in propriis Dis:
trictibus per Exactores publicarum Contribucionum, ad man:
datum domini Pallatini vel Dignitariorum illius Districtus
pro expensis commode prouideantur, vt sic tempestiue prouisi
sine dilacione ad Conuencionem proficiscantur.

Jtem ne Nobilitas Ducatus Masouiae ad posicionem Jurium super
bona sua hereditaria in quorum pacifica possessione temporum
Jllustrium dominorum Ducum Masouiae plures per annos, ex
Auis proauis etiam extiterant per Comissarios, et alios quoscunque
Judices ex Brachio suae Ser^mae M^tis regiae deputatos com:
pellantur, nam id esset contra consuetudinem Jncolarum omnium

Jtem vt sua M^tas Regia dignaretur graciose l[itte]ras concedere ad
Officiales et Capitaneos, ne Nobilitas contra Jura et Priuile:
gia per Ser^mam M^tem Regiam illis concessa et donata gra:
ciose astringant ad illa onera, ad quae ex dictis Priuilegiis no
sunt obligati et exempti.

Jtem Nobilitas Terrae Vissegradien queritur super Factores
Oppidi Monialium Plocen in Bodzanow, in terra Vissegradien
Quod à subditis regiae M^tis et domini Ep[iscop]i, Necnon Nobilium
foralia inconsueta exigunt et Thelonea ~~est~~ etiam ab vno Choreto
Auenae, et ab aliis frumentis, pro Braseis coemptis, à quibus
Czopowe soluitur, Necnon ab aliis rebus, contra consuetudinem.

Sententia et Responsum Consiliariorum Regni: in Conuentu Petrcouien datum Nunctiis Equestris ordinis.

In primis autem non placuit Nunctiis responsum datum ad primum illorum Articulum, qui vt proponeretur nunc Mti Regię presertim à Regno absenti, non fuit visum dominis. Quippe qui probe norunt solam Mtem suam non posse inuenire aut statuere alium modum defensionis Regni preter illum qui est debitus, absque suo et Nunctiorum terrestrium consensu. Quia vero ipsi Nunctij, vti dominis fuit relatum, mussabant inter se et deducebant, nesciunt cuius suggestione et Consilio Mtem Regiam ex prouentibus Theloneorum et Ducatus Masouię, qui non pridem Regno est incorporatus, posse seruare presidia militum in terris Russię contra imminentes hostilitates, et Regnum liberum facere à continuis Exactionibus quibus supra modum esset iam attritu non susceperunt grato animo responsum dominorum sibi datu adhuc primum articulum, sed voluerunt omnino refferri illud, quemadmodum, et alios omnes, ad Mtem suam Regiam.

Ad Secundum articulum, responderunt domini, exploratum se habere, quod Sutores Crac non habent iustam causam querendi contra Cerdones Crac seque subtrahendi à suscipiendo et amplectendo eo precio pro Calceis suis, quod per dominum Pallatinu Crac, aut eius officium imponeretur, Nam Mtas Regia viam

viam precludere volens eiusmodi diffugiis ordinavit et statuit sub magna poena, quot Cutes numero habere debeant quotidie Cerdones venales, in foro Crac, et quo precio quasqz Cutes vendere, sic quod de poenuria, aut inmodico precio Cutium Sutores Crac queri non possint, sed et nimis durum atqz iniquum esse videbatur dominis, quod soli Cerdones, qui hoc unico artificio victum sibi querunt in tantum arctari deberent, ut Cutes à se elaboratas, quas in sua Civitate non vendunt ac ultra necessitatem Civitatis habent paratas ad alia loca mittere et vendere non possint, cum omnibus aliis opificibus res suas vendendi et commutandi ubiqz locorum sit permissum

Mercaturam Iudeis in totum prohibere, ut petunt Nuncii, in suo tercio Articulo, non fuit visum dominis in pñs, presertim cum domini Palatini dicerent, habere illos Privilegia, quibus Mercatura illis permitteretur, penderegz illos Mti Regie Tributa ordinaria et extra ordinaria, et ob hoc non videbatur statui posse aliquid contra illos inconsulta Mte sua, cuius sunt subditi, Ut autem discrimen sit inter illos et Christianos placuit omnibus ut gestarent pileos aut Bireta crocei coloris.

Ad articulum quartum responderunt domini, Monetam domini Ducis et Civitatum Prussie cum sit equata in gradu et valore cum Moneta Regni de consilio communi, sitqz illius magna vis importata in Regnum, abrogari non posse absqz maximo damno hominum, hoc tamen petunt domini et omnes ordines regni, ut in terris Prussie, in universum cesseretur iam à cudenda moneta.

De cohibendo incursu predonum ut pecierunt Nuncij in Articulo suo nono, fuit magna dissensio inter Posnanien. et Calissien. ac reliquorum Palatinatuum Nuncios. Illi enim magno studio contendebant, ut certus numerus militum Mercenariorum servaretur de publicis Contribucionibus, in terris illis que incursib9

predonum sunt obnoxie atq[ue] exposite, alioquin protestabantur se nõ posse nec velle consentire in aliquas Contribuciones, reliqui vero omnes Nuncii dicebant sibi id comissum esse, à fratribus suis in Conventibus particularibus, vt nullo modo consentirent, quo quidpiam ad arcendos impetus predonum de publicis Contribucionibus si statuerentur, impendatur / mirati q[ue] omnes fuisse aiebant quod M[aies]tas Regia inter alias causas propter quas Conventum generalem agi voluit hanc q[uo]q[ue] vnam pretexuerit, vt consuleretur eciam de cohibendis incursibus predonum ex Slesia in regnum, cum ea res antehac nunq[uam] fuerit p[ro]posita in Conventibus, Nam Capitanei locorum eiusmodi incursus semper prohibere solebant, prout id ad eorum spectat officium, et si cõmunis Nobilitas eciam ad arcendos predones contribuere deberet, nunq[uam] deinceps Nunchos suos ad generales Conventus mittere vellet / Domini igr[itur] Consiliarii considerantes eam dissensionem esse perniciosam propter quam eciam rescindi possent oẽs deliberaciones et decertaciones (decreta) tocius Conventus, cum aliter illam sistere non potuissent, promiserunt se intercessuros apud M[aies]tem Regiam, quo securitati et tranquillitati illarum terrarum maioris Polonie prospicere modo oportuno dignaretur.

Articulo vndecimo causam prebuit differencia que facta est non pridem inter Consules Cracovien[ses] et Consanguineos atq[ue] amicos Borsche, qui per Zaifferetos Cives Crac[ovienses] noctu, absq[ue] vlla illius culpa est interfectus. Consules enim iudicari volebant Erasmu[m] Zaifferetum natu maiorem, cum eius servis, qui fuerunt in recẽti et flagranti crimine capti, Iure Theutonico. amici vero et necessarii Borsche ad Ius Polonicum se refferebant, et ab illo discedere nolebant cumq[ue] ea res fuisset relata ad generalem Conventum domini Consiliarii, quia Consules Crac[ovienses] dicebant se Iura et Privilegia habere, quibus cavetur, vt deprehensos in flagranti et re:

centi crimine iure suo Theutonico et Maidebrugen iudicarent sicq3 hactenus omnes tam Nobiles q3 ignobiles semper se iudicasse affirmabant, suspenderunt cognicionem et iudicium huius differencie ad Mtem Regiam, ad quam solam spectat interpretari Privilegia sua et predecessorum suorum.

De calumnia recens introducta cum vnus Citat alterum pro vulneribus, vt habet articulus duodecimus, quesiti sunt varii modi quibus huic malo obuiaretur, sed nullus solidus, et que astucia hominum irritum non faceret inueniri potuit. Quare reiectus est is Articulus ad futurum generalem Conuentum

Cum respondissent domini ad articulum vigesimum, non incognitum sibi esse Sacram Mtem Regiam scientem Ciuitatem sua Thorunen ad magnam egestatem redactam esse, ob ademptum illi Emporium et Depositum Mercium et frugum, permisisse Ciuibus Thorunen in preterito Piotrcouien Conuentu vt omnes Mercatores, qui ex Gedano Merces aliquas, presertim vero Alecia aduerso flumine Vistule ducerent, retinere possent, quo saltem hac vna re illorum inopiam subleuaret, exclamauerunt omnes fieri id non potuisse contra Iura et libertates regni et contra priorem sentenciam Mtis sue regie, pecieruntq3 vt lre ille cassarentur et publica omnium Regnicolarum libertas in sua firmitate permaneret, sed quia non licuit dominis facere aliquid contra litteras Mtis sue, rem hanc suspenderunt et relaturos se promiserunt ad Mtem suam Regiam prout et retulerunt in pns, cum his Articulis Nunciorum terrestrium quos mittunt ad Mtem suam.

Articulus 24 suspensus est in aduentum Mtis Regie in Regnum non enim licere videbatur dominis discernere inter Privilegia Ciuium Crac et Leopolien cum illorum interpretacio spectet ad solam Mtem sua.

Articulus 26 visus est dominis valde impertinens, nempe scriptus ad extenuandam authoritatem regiam. Quisqz enim eligit sibi ministros et Exactores pro suo arbitrio. Quare Mti regie legem in deligendis Exactoribus statuere, non fuit visum decens nec honestum, verum vt contribucio Czopowe nemini locetur, reliquaqz que in calce eius articuli scripta et posita sunt, domini admiserunt et approbarunt

Articulum 27 ita admiserunt domini, vt Nunctiis terrestribus ad generales Conuentus designatis, remocioribus à loco Conuentus, soluant Exactores in loco per 15 Marcas pecuniarum, propinquioribus per 10 Marcas, reliquum vero quod pro illorum impensis dari deberet reliquerunt arbitrio et gratie Mtis Regie, Nunctiis tamen deliberacio et sentencia dominorum non placuit, neqz eam susceperunt.

Articulus 28. responderunt domini non licere sibi legem imponere in statuendis Theloneatoribus Mti Regie, cum Mtas sua sufficiens sit ministrare iusticiam vnicuiqz querenti de Theloneatoribus suis.

Ad articulum 29 responderunt domini quod in indicendis et statuendis Conuentibus particularibus placet eis, vt obseruetur mos antiquus hactenus obseruatus, idqz relictum esse voluerunt in arbitrio Mtis Regie.

De Monialibus et eorum successione ad bona paterna et Materna, responderunt domini satis prouisum esse per nouum Statutum in Conuentu Crac de Anno domini 1527 editum

Ad vltimum Articulum responderunt, in precedentibus Conuentibus Nunctios terrarum, taxaciones fundorum refutasse, et interi

multos Palatinos, Castellanos, et alios quibus id munus fuit co:
creditum mortuos esse ut scire non possint apud quos querenda
et pervestiganda sint registra eiusmodi taxacionum. Quare is
articulus reiectus est ad futurum Regni Conventum et pñciam
Mtis Regie.

Reliqui articuli generales Nunciorum omnium terrarum
visi sunt iusti et impetrabiles

Responsum Consiliariorum Conventus ad petitiones Masoviensium

Primum articulum Nunciorum Ducatus Masovie admiserunt
domini, et iustam illorum peticionem esse censuerunt.

Ad secundum articulum responderunt domini solvere debere oes
Exactionem Poradlne, ex omnibus agris possessionatis, secundu
Privilegium regni, ad quod ipsi qq domini Masovien sunt ad:
missi, quemadmodum et alias libertates Nobilitati Regni co:
cessas

Articulus tercius est refutatus et non admissus per dominos
nisi quatenus in illa villa in qua ager desertus esse dicitur,
non sint plures agri seu Lanei possessionati, qz qui sunt in Qui:
tancia, certa enim experiencia didicerunt domini hoc pretextu
et colore Quittancias antiquas decrescere, frierique posse, si ad:
mitterentur eiusmodi probaciones, ut brevi tempore Contri:
buciones agrorum seu Laneorum ad maximam diminucionem
redigerentur, cum enim semel detrahitur de Quittancia aliqs
Laneus qui probatur esse desertus, nunqz postea reviviscit. Ne:
mo enim dicit Exactori, cum collocat hominem in agro suo de:
serto. Quare cum Contribuciones publice instituti soleant secu:
dum antiquas Quittancias non censent domini admittendas esse
probaciones super agris desertis, nisi cum Quittancia tot La:
neos agrorum continet, quot sunt in rei veritate possessionati

in villa illa in qua numerus Laneorum possessionatorum dici:
tur decrevisse.

Ad quartum articulum responderunt domini plurimum se mirari
quod fama et memoria domini olim Laurencii Prazmowski Palati:
ni Masovie adeo per Nunctios Masovien suggilletur et infametur
cum prudentes homines parcere soleant mortuis, qui pro se respon:
dere non possint, et ob id reiecerunt hunc articulum ad Mtem
Regiam prout et reliquos omnes.

Ad quintum, sextum, et septimum articulos responsum est vt
conserventur, et conservari deberent secundum Privilegium il:
lis concessum vltra quod egredi non licet nisi quatenus Mtas
Regia annuere dignaretur.

Nonus articulus qui vergit in preiudicium Civitatum Mtis re:
gie qui legibus et libertatibus suis gaudent et nihil de illo di:
ffinire domini voluerunt, sed illum reliquerunt arbitrio et
voluntati Mtis Regie

Ad articulum decimum visum est dominis equum esse, vt Cives
qui vadia capiunt contra Nobiles a quibus sepius violantur
et iniuriis afficiuntur, statuuntque fideiussores sui generis et con:
dicionis videlicet Cives possessionatos, Nam Nobilis contra
Nobilem nunquam ponet se fideiussorem pro Cive et homine ple:
beio, alioqui vt in ea re et casu ita observaretur prout tempore
regiminis dominorum Ducum Masovie fuit tentum et ob:
servatum.

Ad articulum vndecimum responsum est, vt servetur in hoc
mos antiquus, cum domini Masovien in Iuribus et consue:
tudinibus suis antiquis sint conservati.

De precio salis quod Varschoviam flumine Vistula demittitur
ex Zuppis Crac stat et stare debet in arbitrio Mtis re:
gie que proculdubio non permittet modico precio Salis sub:
ditos suos gravari

Ad articulum 15 promissum est eis quod eorum Nuncii ad generales Conuentus designandi, dummodo numerum Senarium aut ad summum octonarium non excedant prouidebunt per Exactores, priusquam de domibus suis exeant, vti Nuncii aliarum terrarum.

Articulus 16 relictus est secundum antiquam consuetudinem que seruata est tempore D. Ducum Masonie, Nam D. Masouien. sua Iura et consuetudines habent diuersa à Iuribus et consuetudinibus regni, in quibus conseruari se pecierunt et obtinuerunt.

Supplicant domini omnes Mti Regie vt subditos suos de Ducatu Masonie conseruet in Iuribus et libertatibus illis concessis, eosque ad onera que abolita sunt cogi non permittat, id quod ex eorum querelis plene Mtas sua cognoscet. Queruntur enim de Theloneis que ab eis exiguntur, queruntur de laboribus et Contribucione mellis, que de eorum bonis exigitur, à quibus omnibus per Priuilegium Mtis sue Regie, dicunt se esse liberos et immunes factos

Andreas Cricius Eps Plocen
Bonae Reginae Poloniae

SAcra Mtas et domina, domina mea clementissima, humillimam mei commendacionem. Quia dominus Pallatinus Plocen referet Vrae Sacrae Mti abunde omnia tam publica quam priuata, superuacaneum mihi est visum aliquid de his scribere, tantummodo commendo ipsum dominum Pallatinum, et me vna gratiae Vrae Sacrae Mtis et supplico vt illi in quibusdam meis negociis aures benignas praebere dignetur, vt domina mea clementissima quam deus omnipotens seruet semper sospitem et foelicem Poltouie XXiiija Februarii Anno domini Mo. Do. XXXiiijo

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell
Joanni ex Ducibus Litual Epo Vilnensi

REME in Chro Pater, et domine frater et amice charissime ac honorand. Litterae D. Vrae Rmae, Quas dominus Custos Opalenizki mihi reddidit, gratae iucundeque mihi extiterunt, quod ex illis et propensionem animi et singularem D. Vrae Rmae erga me beneuolenciam perspexi. Caeterum illud de domino Preposito Cancellario D. Vrae Rmae erat mihi magnopere mirum et molestum quod persuasum apud se habeat meam ab illius persona abalienatum esse voluntatem, ego enim neque vigilans neque somnians id admisi in animum, vt illum vel odisse vel contemnere debeam, quandoquidem nec ille quod sciam causam vllam offense mihi ex se praebuit, nec ego simultates vllas cum viris probis et honestis sine causa exercere consueueram Qui etiam illos a quibus offendor vlcisci numquam soleo. Cancellarium autem D. Vrae Rmae quantum de me ipse testari possim

ob eius doctrinam et virtutes de quibus commendatur, intra me dilexi semper, et sum eciam in aperto fauore et beneuolencia prosequutus, quod eciam in facere non desinam, modo illam male conceptam opinionem ex animo deponat, et fiduciam quam merito debet mee erga se beneuolencie adhibeat.

Expecto vt quid nobis boni afferat noua ista rerum in Moskouia mutacio, in qua nunc nisi animus desit omnia cooperari in bonum possunt, post hec occasio calua, dico autem id de recuperandis illis que per iniquitatem et contra foedera hostis abstulerat. At recuperanda illa esse censeo consilio et arte ad hoc composita, non bello et tumultu, his enim difficillimis temporibus honesta pax melior est, quam quoduis magnum bello querendum emolumentum, belli enim euentus, semper solet esse dubius, et humana felicitas nunquam vno et perpetuo tenore durat et consistit. hec tamen altius expendenda Maiestati Regie, et vestre Reverendissime Dominacioni ac ceterorum istius Magni Ducatus Lithuanie dominorum Consiliariorum prudencie committo, et Dominacionis vestre Reverendissime amori et fraterne beniuolencie me commendo, illamque recte sanam, et in rerum omnium affluencia felicissimam semper esse, ex animo opto. Datum in Kielcze die xi^a Februarii Anno domini M^o. D^o. XXXiiii^o

Petrus Tomiczki Eps Cracovien. Vicecancellar.
Joanni de Domanow Praepto Vilnen. et Cancellario
Joannis Epi Vilnen.

Venerabilis domine, frater in Chro charissime. Accepimus litteras vras, quibus dolorem animi vri ob nostram quam suspicamini erga vos abalienatam voluntatem declaratis. Quas equidem non sine magna admiracione et animi molestia legimus, admirati enim sumus unde hec tam inmerita de nobis suspicio proveniat ut qui vel minimi cuiuspiam hominis amiciciam conciliare nobis consuevimus, vos hominem virtute et Doctrina preditum sine causa odio vel malevolencia quauis prosequi debeamus. Fatemur sane nos in causa que domino olim Nicolao Visgal Epo Samogitien. vobiscum de quodam Plebanatu intercesserat, ipsum dnm Visgal pro nra veteri benevolencia et rei equitate ope et patrocinio nro sublevasse, illud tamen nunquam vobis imputavimus nec propterea vobis irati fuimus quod commodis et utilitatibus vris prospicere, vos quoque studuistis. At etiam et nunc minime imputamus, sed boni id consulimus, fauemusque vre industrie, et si ipsi quid pro vobis aliqua in re commode efficere possemus, id nihil equidem grauatim, pro virtute vra et nra item erga vos propensione, prestare parati sumus modo et vos repulsa opinione quam de nobis concepistis, id de nra benevolencia vobis in posterum persuadeatis quod et maxime velitis et possitis ab alio quouis amico nro pro honestate expotare, nihil certe vos fallet opinio vra. Quod reliquum est vos et benevalere et foelicem esse optamus. Dat. in Oppido nro Kielcze die xi^a Februarii Anno domini M^o. D^o. XXXiiij^o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni Andree de valentinis Ppto Sandomir
Medico reginae.

Rde domine amice et frater in Chro charissime Reddite sunt mihi litterae D. vrae quibus quod me viset et salutat est mi apprime gratum, illaqz ob hoc ago et habeo magnas gras, Caeterum qp à me cupit edoceri quid factum fuerit quod et Albus Sacerdos ex illius domo sit amotus et vicedecanus in illa collocatus, sic breviter accipiat D. vra cum Aestate praeterita Sandomiriam descendissem, vt de moribus et vita loci illius Sacerdotum qui pessime audiebant pro Pastorali officio inquirerem Album Sacerdotem inter ceteros solutiorem et à professione sua magis aberrantem repperi, Is enim in domo D. vrae manens Concubinam in suburbio à multis annis fovebat, cuius dies noctesqz consuetudini inherens et Officium inter Mansionarios fratres negligebat et multis publice scandalum de se exhibuit, cuius vite ego consulere voles et veluti ovem errantem ad morum honestatem reducere cupiens, eam tum legem posueram vt Albus in consortium fratrum suorum Mansionariorum revertatur, cum quibus vna et officia expleat divina et honestati atqz castimonie quam profitetur impendat operam, vt autem D. vrae Rmae domus vacua custode non esset, comisi illius custodiam Vicedecano qui non habuit tum vbi caput suum reclinaret et Factori D. vrae de Andrzeschkowicze id me ita facere declaravi, vt habitacionem domus Vicedecanus habeat si id D. vra gratum probatumqz extiterit, Quare cum res haec à certo profecta consilio ambulatoriam et arbitrariam habeat in se voluntate

D^o V^ra id integrum habet si forte Vicedecanus Ecclesie servus illi non placet alium ad Custodiam domus sue adhibere et dere sua vt ego enim quod feci in eum finem feci vt et scandala propul: sentur, et occasio male agendi precludatur. Scriberem D. V^re libenter quepiam noua sed hic in solitudine habitans, nil scitu dignum ipse audio, si forte tamen aliquid ad aures meas peruenerit post hac scribam non grauatim, Interim me D. V^re commendo et illam rogo vt et Regie et R^li M^ti liberisq3 illo: rum inclytis me per occasionem commendare velit, valeatq3 foelix et incolumis D^o V^ra et me diligat Dat^o in oppido meo Kielcze die xi^a Februarii Anno domini 1534

ut lubet disponere

Petrus Thomiczki Ep^s Cracc. Vicecancell
Ioanni Benedicto Varmien Vilnen Cano^co medico regio

Venerabilis domine fr^e in Chr^o charissime. Non dubitamus iam vos cognouisse ex litteris Doctoris Philippi, qua causa Prelati et Cano: nici Eccl^ie n^re Crac non admiserint litteras Coadiutorie V^re nec in eas consentire voluerint. Quod illorum factum nos non probauimus, nec etiamnum probamus, diximusq3 eis redeuntes ex Conuentibus particularibus, q3 molesto animo id feramus, quod illi nullo n^ri habito respectu nempe qui propria in persona de: scendimus ad eos ad locum Capitularem et negotium v^rm pro: mouimus, ausi fuerint literas Apostolicas refutare, que cu^m Regie M^tis et n^ro consensu sunt impetrate et expedite Nisi enim Regia M^tas et nos qui caput sumus Eccl^ie defendemus et manu: tenebimus libertates et Iura Eccl^ie n^re, ipsi illa nunq3 defen: dere poterint, vtcumq3 tamen est factum, vos sitis bono animo cum enim vacabit Canonicatus ad quem Ius vobis competit, co: gentur Prelati et Canonici Ecclesie n^re parere mandatis Apos: tolicis et nostris Qua in re non deerit vobis consilium et pa: trocinium

rem intexim vero nihil erit tentandum nomine vestro, satis enim est quod litterae Vrae publicatae sunt in Capitulo de reliquo erit cura et sollicitudo nra, vos autem bene speretis, et in utramque aurem secure dormiatis et bene valete Datum in Kielcze die xi^a Februarii Anno domini M° D° XXXiiij°

Petrus Tomiczki Eps Vicecancell
Bone Regine.

Sacra Rlis Mtas et domina, domina clementissima. Post humilem servitutis et oracionum mearum commendacionem. Utcumque nil habeam quod scitu dignum Mti Vrae Serme scribam, id ipsum tamen quod nihil sit preterire silentio nolui, ut aliquid saltem litterarum dem homini ad Mtem Vram Sermam eunti et per hoc, officium et observanciam meam illi testificer Et commendem, quam clementem et gratiosam mihi efficere domina, suma ope annitor cuique a deo id quod summum in animi et corporis bonis habetur, tribui et concedi opto. Ceterum dominum Castellanum Brzeczen amicum meum et Mtis Regie et Mtis Vrae bonum atque fidum servitorem Mti Vrae Serme commendo, ab illaque impense rogo, ut et gratia sua illum prosequi et apud Mtem Regiam patrocinio in his que est petiturus adiuvare dignetur quod ille Mti Vrae Serme unacum perpetua servitute promereri curabit, Comendo me rursus et servitutem meam Mti Vrae Serme Quam deus omnipotens in multos annos sanam, salvam et semper foelicissimam servare dignetur Datum

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni de Tarnow Palat.o Russie: Capit.o
Sandomiriensi

Magce domine frater et Consanguinee charissime ac honoran
Litterae Mgciae Vrae, et Bisontinae carnes, quas illmus puer heri
mihi reddidit, non potuerunt mihi esse nisi gratissimae, agenti enim
mihi in hac solitudine multum ad voluptatem conducit, amici
quem plurimi facio litteris et salutacione recreari, et simul
iuvat temporis eius libertati cibum carum Carminum adaptare
quae et in precio sunt, et vires hominis corroborant Quare
et pro amico salutacionis officio et pro munere misso magnas
ago et habeo Mgciae Vrae gras, id vtrunqz illi dum feret oc:
casio omni studio et facultate mea relaturus.

Negocium domini Chorazicz, opus est vt ad reditum vsqz Mtis
Regiae suspendatur, Ego enim cum nihil illorum quae prioribus
litteris continebantur memoria retineam, ex coniectura statu:
ere certi quidpiam non ausim, neqz citra periculum possem lras
quibus ipse summas pecuniarum coniunxi quibusqz vetustas
lras irritas feci, absente et inconsulta Mte Regia mutare
vt tamen suo tempore causam domini Chorazicz adiuuare put
opto valeam. Interim quod Mtas Regia reuertitur, per:
quiri illas litteras antiquatas faciam, quibus repertis et
mutuum collatis, negotium secundum equitatem facile confici
poterit, nunc id quod fieri nequit, dominus Chorazicz boni equiqz
consulet.

Ego Piotrconien negociis et curis fatigatus secessi huc ad bona
Epatus mei, et vt animum et corpus ocio recreem, Cui otio et qui:
eti meae indulgere ad Dominicam vsqz Iudica proximam hic
et Bodzeczin decreui, Craconiam posthac auxiliante deo reditu:
rus. Ex Conuentu Piotrconien, quem vt actus transactusqz

est proculdubio amici Mgcie vre declararunt, designati sunt ad Regiam Mtem quattuor Nunctii, quorum duo, dominus Pallatinus Ploczen, et dominus Castellanus Biecen nomine dominorum Consiliariorum, reliqui duo dominus Sczt Georgius Latalski et dominus Boratinski nomine Nunctiorum terrestrium fungetur quod foelix faustumque sit nobis atque illis. Comendo me amori et benevolencie fraterne Mgcie vre Quam recte sanam et semper cum suis omnibus foelicissimam et florentem esse toto animo et corde desidero Datum in Kielcze viia Februarii Anno domini Mo Do XXXiiiio

Petro Opaleniczki Castellano Landensi et Sigismundi augusti regis iuvenis Curie Magistro

Dominus Eps.

MAgce domine amice et Patrue charissime. Retulit mihi frater vr dominus Custos Posnanien et Canonicus Ecclie mee Crac vos bone spei esse in assequendo eo officio quo ornari vos optatis Id quod ego libenter audivi, et bene quoque ipse spero et sperabo, ubi hera mea vobis adesse iuvareque vos sua intercessione et patrocinio voluerit. Quod enim ad me attinet certo vobis persuadeatis quod ego vos omni ope facultate et intercessione mea quantum maxime potero adiuvabo, idque non more Aulico sed sinceriter et re ipsa prestabo. Que acta et decreta sunt in Conventu regni preterito, puto vos iam ex fre vro et aliis intellexisse, intelligetis vero illa plenius et certius ex Nunctiis qui a toto Conventu et omnibus ordinibus regni designati sunt et missi ad Mtem Regiam, hii uti spero venient isthuc ad vos ante Dominicam Letare, nam uti accepi non prius quam post instans Carnisprivium sunt hinc discessuri. foelicissime valete, et Sermo Regi iuveni communi meo domino me et mea obsequia frequenter comendetis Datum in Kielcze die xia Februarii Anno 1534

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Consulibus et Magistratui Wratislavien

SPectabiles et Famati domini amici nri charissimi. Accepimus lras vras quibus declaratis quosdam Cives vros vna cum nonnullis Mercatoribus Posnamien recens iterum non longe ab Oppido Ostrzeschow ab Martino Idzielski predone despoliatos esse Burgrabio Schellelbergen super hoc plane conniuente neqz auxilium dum intueretur facinus, vi oppressis ferre volente. Cuius casus indignitas et Ciuium vrorum iniuria, etsi nos dolore et molestia non mediocri afficiat, illi tamen absente Regia Mte et citra authoritatem Conuentus regni qui premisqz lre vre sunt nobis reddite, solutus est, consulere oportune et secundum quod res postulat non possumus presertim cum tam atrox atqz indignum facinus non in terris hiis nris, sed in maiori Polonia est comissum. Verum ne hac in re et desideriis vris et nro officio aliqua ex pte desimus perscribemus qz primum Ciuium vrorum vi oppressorum iniuriam, et vram simul postulacionem Mti Regie domino nro clementissimo et litteras vras ad illmã Mtem mittemus, suadebimusqz Mti sue, et vna illam rogabimus, vt malefactoribus, et qui Cives vros cum potuisset non defenderunt penam irrogari et de rebus ablatis iis qui damnum passi sunt, satisfieri mandare dignetur, quod Mtem suam pro Regia equitate et bone vicinitatis Iure facturam esse nihil diffidimus. interim optamus ex animo vos et saluos et foelices esse omnes Quorum beneuolencie atqz amicitie nos comendamus Dat in Oppido Zarnow XXIXa Januarii Anno domini Mo Do XXXiiiio

P etrus Tomiczki eps Cracc. Vicecancell
Bone Regine Polonie.

Sacra Regia Mtas et domina, domine clementissime Post humilem seruitutis et oracionum mearum comendacionem. Tametsi crebro mihi et à multis tum Ixe, tum Nuncii de prospera valetudine Mtis vre Sermé adferantur egoqz exinde non parum consequi soleam voluptatis, quia tamen nullum tam efficax esse apud me potest amicorum Nuncium vt vel meum vidende Mtis vre extinguat desiderium, vel ni tantum meo satisfaciat animo quin non magis adhuc et explicatius aliquid de illius foelicitate, dici, scribi, nunciarique mihi optem. Quare cum nunc continua vt solet de Mte vra Serma recordacio mihi ob oculos versaretur tederetqz me eius temporis, quo per non modicum iam spacium siluerunt amici, induxi in animum, meum, proprium hunc meum Nuncium ad Mtem vram mittere, vt hac racione et qui sit status valetudinis Mtis vre Serme melius perdiscam, et apud omnes testatum faciam mee erga Mtem vram Sermam obseruancie cui vni semper magis qz vniuersis placere studui minime oblitum esse. Quare viso et saluto pntibus Mtem vram Sermam et à domino deo opto vt hunc quem foelicem nunc datum illi successum audio illius diuina bonitas auctum esse faciat et diuturnum.

Cum nuper soluto Piotrcouien Conuentu, hinc ad bona Epatus mei proficiscens alterius diei iter facerem, oblatus est mihi Nuncius Ciuium Vratislauien, litteras ab illis ad me, dominum Marschalcum Regni et dominum Castellanum Zarnouien inscriptas ferens, quas ego absentibus ceteris Collegis

gis ut primus accepi, ita priori resignavi, quibus illi decla:
rantes facinus magnum recens ab Martino Jdzielski sub:
dito Mtis Vrae in Cives eorum perpetratum, graviter
sunt questi quod in Regno Mtis Vrae, eorum Mercatores
iterum sint non longe ab Ostrzeschow facultatibus et Mer:
cibus spoliati, conniventibus et prope intuentibus ad hanc
illorum vim et iniuriam Capitaneis Mtis Vrae Sermae
et regni eius subditis, postulantes a nobis efficeremus quod pri:
mum ut et damna illorum Mercatoribus sarcirentur, et
bonorum raptores iniuriaeque illatores debita et promerita
animadversione puniantur id quod clarius Mtas Vra
Serma ex literis illorum quas praesentibus annexas mitto
cognoscere dignabitur. Ad haec ego solus cum Collegarum
copiam non haberem ita illis respondi me molesto quidem
accepisse animo, et dolere multum, quod in eum casum et iacturam
Cives illorum incidissent, verum cum et facinus de quo que:
rerentur in maiori Polonia esset comissum et Conventus
Regni sit iam paulo ante solutus, aliud me in ea re prae:
stare non posse, nisi ut quod ab illis scriptum esset, ad Mtem
Vram Sermam referrem, hocque me facturum recepi, et
adscripsi Mtem Vram procul dubio tantam audaciam sub:
ditorum suorum impune non esse praetermissuram. Quae
cum Mtas Vra Serma ita esse et fieri audiat non abs
re profecto esset, ut penitius hanc rem intueri dignetur
et cognoscere mali istius iniuria eo usque iam esse progressa
ut nisi mature fomites illorum sopiantur incendium
aliquod magnum aegre extinguendum sint nobis allatura.
Querimur nos assidue de Bezka et Miska praedonibus
et ut a nobis illorum conatus reprimamus praesidia ex pu:
blicis Contribucionibus in finibus constitui efflictim peti:
mus, parum fortasse advertentes, quod nisi nostrates
homines ab inferendis iniuriis et rapinis exercendis co:

timuerimus non simus nobis vllis presidiis commodaturi quin
etiam magis et impensam amissuri et occasionem maioribus
copiis nobis resistendi vicinis daturi.

Sanius autem esset nos si publico bono consultum esse velimus
de cohibenda in primis nrorum licencia quam de aliorum
per vim arcenda iniuria cogitare, cum intelligi possit sub:
lata ex hinc inferendorum damnorum occasione, illam vi:
cinorum noxiam rapiendi libidinem per se collapsuram,
presertim cum Serenissimus dominus Rex Ferdinandus et oes
Slesie ordines condiciones proponant mittendorum vtrimque
Oratorum cum plena facultate ad fines regni Mtis Vre
Sermae, qui et occasiones dissensionum tollere, et damna vtrinque
suscepta sarcire possint. In quibus mittendis tametsi ego nil
dubito Mtem Vram Sermam sibi et Regno suo non esse
defuturam pro meo tamen officio ac debito illi humiliter
supplico dignetur ingenii et prudencie sue vires ad has
exortas discordias pace et concordia stabiliendas tempori
intendere vt quantocius afflictorum hominum incomodis
medeatur, Regni racionibus consulatur, et tam nrae quam futu:
rorum omnium Incolarum saluti provideatur. Nam si mi:
nus ante intelligebant homines nri qui fructus domestice
privatae pacis esset, ex dissensionibus atque discordiis publicis
facile possint percipere et excontrario cogitare nullam
esse domum adeo stabilem nullam adeo firmam Civitatem
nullum denique adeo munitum Regnum quod non odiis
atque dissensionibus funditus everti possit

Et cum subditi Mtis Vre Sermae in optima tranquillitate
et concordia cum vicinis hactenus sunt versati, opinari li:
cet eos nihil preter pacem et tranquillitatem hoc tempore
in votis habere ad quam profecto vt illos se accomodare
suis moribus decet, ita et dignitati et existimacioni Mtis
Vre Sermae conducit, vt primo quoque tempore habeti et inclinati

illi regni sui parti quę latrociniis et depredacionibus infesta-
tur occurrere dignetur.

Caeterum vt nihil more intercedat in exigendis Contribucionibus
in preterito generali Conventu institutis ac decretis literas
vniversales typpis exprimi feci, quas cum presentibus ad
Mtem vram Sermam mitto vt obsignari illas et per vni-
versas terras et Districtus regni circumferri celerius faciat

Contendentibus in Conventu preterito multum terrarum Nun-
ciis vt munus dispensande publice pecunię dominis Pallati-
nis et aliquibus in dignitate constitutis precipuisque aliqui-
bus Nobilibus committeretur, et vt ipsi cum suis dominis Exa-
ctores sibi eligerent et constituerent, cum domini Consilia-
rii assentiri noluissent, consilium hoc tandem ad sedandos
placandosque illorum animos sunt amplexi, vt concederetur
illis Exactorum electio, quam etiam bona pars Nunciorum
ambiebant, ceteris ad Mtem vram hoc sicut et pecunię
dispensationem refferentibus. Et concessa quidem est in
hunc modum illis Exactorum electio, vt non alios eligeret
nisi quos dominus Thesaurarius regni commodos et vtiles de-
clarasset, Verum quia res hec in fine omnium actionum est
constituta quę non in vniversum sed paucis erat cordi, in tu-
multu quidem domini Palatini cum suis Nunciis nomina-
runt suos obiter, quidam vero qui aberant vel iam à Con-
ventu discesserant, nullos nominarunt, sed in eorum loco
promiscue qui id curabant designabant sibi gratas vel cō-
mmendatas personas vt factum est in Exactore terrę
Siradien, vbi enim cognitum erat et Palatinum et Castel-
lanum eius terrę abesse, Reverendissimus dominus Archiepiscopus,
Gnesnen in eorum locum nominavit G Homolinski iuniorē
Cum autem dominus Thesaurarius laudasset magis dominum
Lieszczinski Capitaneum Przedborien, commendans illius

in preterito anni Exactionibus fidem et diligentiam, adscribi
ego illum pari loco cum consilio domini Thesaurarii curaui
vt Mtas Vra Serma habens duos sibi propositos, eligere
eum possit qui studet officia sua augendis non minuendis
et impediendis comodis publicis accomodare Supplicoqz hu:
militer Mti Vre Serme vt domino Liszkowski id mu:
neris deferre dignetur, rem enim et sibi ac reipublice vti:
lem et multis gratam Mtas Vra Serma facere dignabi:
tur. / Cuius gratie ego me et seruitutem meam iterum
atqz iterum suppliciter commendo ac ex animo opto vt
deus omnipotens per graciam suam Mti Vre Serme cu
suis omnibus concedere dignetur longam vitam prosperam
ac inofensam valetudinem, et optatam vtriqz ducatuum
rerum et actionum omnium foelicitatem. Datum in oppido
meo Kielcze feria quarta proxima ante Dominicam Car:
nispriuii Anno domini Mo. Do. XXXiiij

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Premisliensi.

R. Me in Chro Pr et domine frater et amice charissime Et
honorande, Considerans ego quam prope distet primum
tempus solutioni Contribucionum Piotrconie decretarum
assignatum, laborique manum scribentium parci in presens cu:
piens imprimi feci Cracouie vniuersales litteras que ne:
cessarie sunt ad publicandas Contribuciones publicas
quas non aucupato nec expectato alieno quopiam Nuncio
per pntem meum ideo mittere volui vt eo diligencius ferē:
do asseruētur et celerius perferantur. Quare D. vram
rogo vt cum illas accipiet curare velit vt et obsignentur
citra moram et ad suas quasqz regni terras et Districtus
transmittantur.

Intelliget. D.o V.ra R.ma ex litteris ciuium Vratislauiensium quas mitto M.ti Regię quam grauiter de iniuriis Ciuibus suis in Regno recens per Martinum Idzielski illatis querantur, quaque indigna suspicione nos omnes et suum Capitaneos de tollerata publica grassandi licencia arguant. Quare res cum videatur mihi admodum esse perniciosa, et quę nisi matrure interčipiatur, sit aliquod magnum malum paritura. D. V.ram R.mam rogo, agat diligenter apud M.tem Regiam vt consilio apud se quęsito sistere quamprimum et cohibere licentiam Idzielski et aliorum regnoque et subditis suis ex authoritate subuenire dignetur.

Ex authoritate propterea dico vt Capitaneis mandetur serio ne deinceps infesta latrociniis permittant esse itinera, sed pro officio ac debito suo expurgent et abigant istos predem insistentes Coruos, tutaque et secura vltro citroque commeantibus Mercatoribus itinera efficiant, ad hoc enim instituuntur et penduntur vectigalia à Mercibus, vt Merx salua per eum cui datur vectigal, prestetur, quod vbi fit secus, et continget vectigali accepto Mercem reliquam in predam diripi, Iudicare nollem an solus ipse qui damnum accepit, culpam alterius ferre innocens vltra damnum debeat.

Quod attinet ad iniurias et damna quibus mei et Slesitę inuicem sibi tenentur suntque obligati D.nis V.rę R.me erit officium M.ti Regię persuadere, vt M.tas sua designare quamprimum velit Commissarios suos cum plena facultate, qui cum Ser.mi domini Romanorum Regis Commissariis in finibus congressi et querelas vtriusque proponentium audiant, controuersiasque componant, et quę de bono et ęquo illis videbuntur inter partes diffiniant, nulla sanguinis fauoris vel odii ratione habita, audiui enim vnum ex Consiliariis Protoreomię dicentem se, iniuito amico et affini suo, neguaque aliquid vnque contra illum decreturum esse. Et istius modi quidem ~~affectibus~~

et generis homines, affectibus et commodis propriis magis quam
publicis obtemperantes, nihil umquam sunt eiusmodi conciliaturi
quod et Maiestas Regia cupiat et publice utilitati expediat, sed
querendi essent viri et integritate et fide probati qui studio
boni publici velint et possint pro iusticia et equitate sua fi:
nem rebus imponere, et patriam presenti incomodo et futu:
ro periculo liberatam paccatam et tranquillam efficere
Nihil hactenus profuit quod iampridem dixi suasi et monui
ut propter unius culpam periclitari multi non paterentur, co:
tradixerunt enim alii nescio quo consilio seducti, At iam vi:
deor mihi coniectura assequi id illos sponte sua magno malo
et cum ignominia vestra quesituros et suscepturos esse, quod ab
inicio amplecti, dum tempus erat detrectarunt. Exactores
publicarum Contribucionum tametsi sunt in preterito Con:
ventu per dominos Consiliarios, et terrarum Nuncios nominati,
illos tamen mutare ex arbitrio suo Maiestas Regia suasu et
consilio D. Thesaurarii poterit ita ut et merita personarum
et publica utilitas postulare videbitur, Quoniam vero dominus
Joannes Liessenski Capitaneus Przedborien anno preterito
testimonio domini Thesaurarii optime se in hoc officio gessit
D. Vestram Reverendissimam rogo, ut illum ad annum presentem etiam
per Maiestatem Regiam confirmari obtineat, tametsi in illius
locum Gomolinski iunior fuerit obiter designatus. Literas
in membranis scriptas quas ad subscribendum manu Maiestatis
Regie Proxcomia per servum domini Palatini Crac miseram
si hactenus ad me non misit D. vestra Reverendissima, per hunc
rogo puerum meum mittere mihi non obliviscatur Cuius
amori et benevolencie fraterne me commendo Quam sanam
foelicemque esse in multa tempora ex animo opto Datum
in Kielcze die xi^a Februarii Anno M° D° xxxiiii°

Littere Contributionis publice: institute in Conuentu Pietrcouien. qui agi ceptus fuit ad Diem S. Trium Regum. 1534.

Sigismundus dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie, Masouie, etc dnus et heres

Vniuersis et singulis, Ecclesiasticis et secularibus Consiliariis regni nri ceterisqz subditis nris quibuscumqz, tam terrestri: bus qz Ciuitatum et Oppidorum honoribus et officiis insi: gnitis, ad quorum noticiam presentes littere nre peruene: rint et presertim in Palatinatu Craccouien. et Districtibus eius consistentibus sincere et fidelibus nobis dilectis graciam regiam. Rmi, ac Reueren. in Chro Pres, Necnon Mgci, Generosi, Nobiles, Famati, et Prouidi, sincere et fideles nobis dilecti. Cum videamus Regnum nrm, propter vim, et impetum hostium, pene quotannis pre: das et depopulationes in eo agentium, ad eam vsqz necessita: tem deuenisse, vt quolibet qz anno, comuni consilio, ad arce: dos hostes ipsos, a finibus iam attritis et depopulatis indigeat: Statueramus Conuentum generalem in Piotrcow, pro die fe: sto Sanctorum trium Regum proximo, comiseramusqz, vt in eodem Conuentu, constitueretur per Prelatos, Proceres, et Consiliarios regni, terrarumqz Nunctios ad annum pre: sentem talis defensio, que opportuna et sufficiens videretur Tandem in eo ipso Conuentu vnanimi omnium consensu et de: creto, sunt infrascripte Contribuciones, ad annum presen: tem institute ≠ Quas nos rathas et gratas habentes, omnibus in vniuersum denunciamus et declaramus

≠ tam pro regni defensione: qz pro Suppetiis Mag° Ducatui Litua. ferendis..

Regalin | Inprimis, decretum est, q Coloni seu Cmetones, tam villarum nostrarum, q3 omnium Secularium et Spiritualium subditorum meorum in toto Regno mo, de singulo Manso seu Laneo possessionato, duodecim grossos. De medio vero Manso seu laneo sex grossos, de quarta parte lanei tres grossos, Et reliquum de quantitate Laneorum, secundum antiquas quitancias, ad duas temporum rathas infrascriptas soluent: octo grossos vz pro Dominica Iudica, à qua solutio illorum inchoari, et ad Dominicam Conductus Pasche in totum per omnes terminari et finiri debet, et quattuor grossos pro festo Sancti Bartholomei proxime futuro.

Nobiles vero, qui Colonos seu Kmetones non habent, soluet quilibet eorum de quolibet Laneo seu Manso octo grossos dumtaxat pro vtraq3 rata predicta: quatuor grossos videlicet pro prima ratha predicta, et alios quatuor pro secunda ratha, hoc est pro festo Sancti Bartholomei proxime futuro. Illi vero Nobiles, qui Prędia, et non laneos habent, computatis istiusmodi Prędiis in Laneos seu Mansos, soluent pro vtraq3 ratha, de quolibet Laneo seu Manso octo grossos De medio Laneo seu Manso quatuor grossos de quarta parte Lanei seu Mansi duos grossos, et reliquum de quantitate Laneorum.

Vbi autem duo tres, aut quatuor pauperes Nobiles vnum laneum colunt, soluent omnes simul de huiusmodi Laneo, etiam pro vtraq3 ratha octo grossos, alias quisq3 illorum soluet secundum quantitatem agri, et portionem Lanei seu Mansi, medietatem vz pro prima ratha, incipiendo solucionem illius à Dominica Iudica proxima, vsq3 ad Dominicam Conductus Pasche, et aliam medietatem pro festo Sancti Bartholomei proximo.

Similiter Aduocati et Sculteti non habentes Colonos seu Cmetones, soluent de suis Laneis seu Mansis per octo grossos. Aduocati

vocati vero seu Sculteti Cmethones habentes, nihil soluent, verum ipsi Cmethones eorum, id quod Kmetones dominorum ac Nobilium contribuent, hoc est, de quolibet laneo duodecim grossos, ad duas rathas temporum suprascriptas.

It Ciuitates et Oppida, tam mea Regia quam subditorum meorum spiritualium et Secularium in toto Regno. Exactionem Ciuilem, quam Schos vocant, vnam duntaxat integram, iuxta antiquas quitancias soluent et Contribuent. Cuius quidem Exactionis Ciuilis, medietas vna solui debet pro prima ratha supradicta, hoc est incipiendo solucionem à Dominica Iudica usque ad Dominicam Conductus Pasche, alia vero medietas eiusdem Exactionis Ciuilis contribui debet, pro die festo sancti Bartholomei proximo.

Que autem Ciuitates et Oppida libertatem habent à Ciuili Exactione, nihil contribuent, idem de Villis vastatis, exustis et libertatem habentibus, que non soluunt Censum dominis suis est intelligendum, ita quod Incole huiusmodi villarum, liberi sint, et esse debeant à solutione contribucionis, in presenti Conuentu institute

It Contribucio Ceruisie, vini, Medonis, Malmatici, Muscatelli, Czopowe dicta, in hisdem Ciuitatibus et Oppidis, ac etiam Tabernis villarum tam meis quam subditorum meorum Spiritualium et Secularium, incipiendo à die festo Annunciacionis Sancte Marie proximo ad integrum annum, à singulis Ceruisie Coctuus, more solito soluetur, ex quibuscunque Braseis fuerit eadem Ceruisia cocta, siue brasea ipsa sint Ciuium et dominorum, ex Molendinis prouenientia, et emensurata siue domi facta

Item etiam à Ceruisia, quam domini, et Nobiles ex braseis suis

coquunt seu braxant, et illam dant ad propinandum suis Tabernatoribus, ab eadem Cerrisia Exactionem ducillorum ipsi Tabernatores, et quisqz eorum per sex grossos soluet, ac etiam à Cerrisia externa, quę de externis regionibus et Ducatibus nobis, et regno meo non subiectis, ad ipsum Regnum meum ducitur, vt Swidnicen, Theschnen, Bernonien, Glogonien, et alia quaecumqz, Contributio ipsa Czoporve soluatur, Qui vero Nobiles subditi mei, pro sua domestica necessitate et usu proprio coqui faciunt Cerrisiam in Ciuitatibus et Oppidis Contribucionem Czoporve, ab illa non soluent, si autem illam ad propinandum suis aut alienis Tabernatoribus dederint, ab illa Contribucionem Czoporve, Tabernatores ipsi soluere tenebuntur.

Item Tabernatores hereditarii, siue sint dominorum, siue Aduocatorum, siue Sculteterorum qui agros habent, ab illis Contribucionem solust iuxta agrorum quantitatem, hoc est de singulo laneo seu Manso pro prima ratha predicta octo grossos De medio laneo seu Manso quattuor grossos, et reliquum de quantitate laneorum / Pro secunda vero ratha soluent de quolibet Manso quattuor grossos. De medio Manso duos grossos. Exactionem vero ducillorum, à singulis Cocturis Ceruisię, more consueto soluere nihilominus erunt astricti.

Alii autem Tabernatores manuales, qui aduecticiam propinant Cerrisiam sex grossos semel ad duas temporum rathas supradictas soluere debent: Et hii Contribucionem Czoporve non soluent, cum non coquant Cerrisiam, sed aliunde illam ad propinandum adducunt.

Item, Molendina omnium Villarum, tam meorum, qz subditorum meorum Spiritualium et Secularium quę Pozrzebne vocantur manuales seu anniuersarios Molendinatores habentia, ex singulis rotis sex grossos soluent, Quę vero Molendina deserta sunt

et in eis frumenta non moluntur, illa seu illorum Molendinatores nihil soluent. Hereditarii vero Molendinatores dictarum Villarum, et Folusche, ex singulis rotis Molendinorum suorum que Valne dicuntur duodecim grossos persoluent, ad rathas temporum supradictas: vizt octo grossos pro prima, et quatuor grossos pro ultima rathis.

Item Molendina brasealia et hereditaria, Aquatica et equestria in omnibus Ciuitatibus et Oppidis more veteri taxata, Contribucionem integram vnam que Schos dicitur soluent: medietatem videlicet pro prima ratha predicta incipiendo solucioné eius à dominica Judica vsqz ad Dominicam Conductus Pasche, Et alteram medietatem pro die festo Sancti Bartholomei proximo.

Et similiter illa molendina quorum tercias mensuras. Tenutarii bonorum nrorum Regiorum exemerunt, et illas à se exemptas, seu in summis pecuniarum obligatas tenent, ad vsum et vtilitatem suam, soluent Contribucionem que Schoss dicitur, sicut reliqua omnia Molendina in Regno, seu illorum Molendinatores eam soluere solent, contraria consuetudine, que corruptela potius dici debet, penitus non obstante

Quorum autem Molendinorum nostrorum terciam mensuram Capitanei nri, de mandato meo, et pecuniis nris redemerunt ad nostram vtilitatem, ex illa nihil solui debebit.

Minerarie vero officine alias ferrum facientes, et serre hereditarie, ex singulis rotis octo grossos soluent, Annales vero officine minerarie et similiter annales serre, hoc est locate seu conducticie, à qualibet rota sex grossos. Medietatem vizt pro prima rata, et aliam medietatem pro secunda ratha, Item

Molendina ventilia hereditaria octo grossos: illa vero venti:
lia Molendina, que anniversarios Molendinatores habent, sex
grossos solvent ad ratas duas temporum supradictas, incipiē:
do vizt solutionem prime rathe à dominica Judica, usqz ad
dominicam Conductus Pasche, et aliam medietatem pro festo
Sancti Bartholomei proximo

Item Sacerdotes Ruthenj qui Popones vocantur, ex singulis
Ecclesiis et Synagogis suis mediam sexagenam grossorum,
solvent. Prothopopones alias Namiesniczi per duos florenos
in monetha solvent.

Item Valachi ex singulis Laneis integris si illos habent, vel
Areis que Dworzisza dicuntur, sex grossos solvent. Et qui
Agros non habent, à singulo centenario ovium similiter sex
grossos persolvent Tres vizt pro prima et reliquos tres gro:
ssos pro secunda ratis superius expressis

Ut autem supradicta ordinatio, in exigendis Contribucionibus
facta debite executioni demandetur in Palatinatu .N.
et Districtibus eius Generosorum .N. .N.
Exactorem constituimus et designavimus, presentibusqz literis
nris designamus. Et mandamus, ut in manus eius, pro desi:
gnatis temporibus, easdem contribuciones persolvere curetis.
Vobis vero Capitaneis quorum interest mandamus, ut pre:
fato Exactori nrō, pro rathis et temporibus superius expres:
sis sub poenis, ad hoc constitutis, absqz cuiusuis more et dila:
tionis interventu, de dictis Contribucionibus, per eos ad quos
pertinet respondere faciatis, et vos ipsi respondeatis. Negli:
gentes vero in solvendo et contumaces, per pignorationes,
et alias poenas solitas, ad solvendum easdem Contribucio:
nes compellatis. Pro officio vrō et grā nrā facturi. Datu

Vilne sabbato ante Dominicam Reminiscere Anno domini Millesimo quingentesimo trigesimo quarto. Regni nri Anno vigesimo octavo.

Instructio ad Dietam Wschouen contra Prædones: Cómissariis a Rege data

In primis agent domini Comissarii cum Ser^mi domini Romanorum Regis Ferdinandi Comissariis, vt ante omnia leuitas et iniuria à Georgio Berka Mti Regiæ irrogata, impune non transeat. Indixit enim ipse hostilitatem Mti Regiæ, et Dominis suis, nulla occasione sibi ad hoc data. Quandoquidem Mtas Regia nunq̃ illi negauit iusticiam ministrare, quam ipse q̃o nunq̃ à Mte sua petiit, immo volens Mtas Regia declarare, q̃ parata fuerit ad decernendum id quod iustum esset, prouiderat Berkom de Saluo Conductu, et libero atq̃ securo adytu et reditu, qua grã Mtis suæ ille spreta hostem se et scriptis et rapinis prædisq̃ suæ Mti et eius subditis declarauit Quæ res si impune et absq̃ vlla animaduersione et coercione cedet, dabitur facile ansa aliis similia audendi aduersus minores Principes et dominos poteritq̃ inde nasci pessimi facinoris exemplum, in quo prudentia dominorum Commissariorum ita decernet et statuet, quod tantis ausibus et insolentiis viam præcludere posset

Verum vbi cautius consultiusq̃ videretur, vt hæc per alium noie Regio potius q̃ per dominos Comissarios proponantur poterunt domini Comissarii alicui idoneo eam prouinciam delegare, idq̃ pro fide et officio suo diligenter curabunt, vt auctoritatis et dignitatis Regiæ vbiq̃ ratio maxima habeatur

Deinde meminerint hac racione datam sibi plenam decernendi facultatem in omnibus quæ istic in Conuentu proponentur, ne partium dissidentium temeritas in manu sua habeat dissoluere tam celebrem Conuentum sine profectu quod alias sepe factum est cum non fuerit in facultate Comissariorum decernendi quod equum et iustum illis videbatur sed à partibus pendebat. Iudicia

authoritas, quod iam secus erit Et proinde dabunt operam domini Commissarii ne ab arbitrio seu desiderio partium stare aut pendere videantur, sed iusticiam et rationem sequa: tur in omnibus. Verum si videretur prius tentandum vt per concordiam discordie componi et ad bonum finem deduci possint id quoque liberum illis, et nobis non ingratum erit.

Quia vero superioribus annis in similibus Conuentibus dif: fidatores Slesite et forsan eciam Comissarii illius partis videbantur plurima preter fas et equum, preterque rectam racionem à Polonis petere et exigere, idque iuribus et con: suetudinibus suis subnixi. Quare si in proximo isto Con: uentu eadem similiter tentabunt et conabuntur, persuade: bunt illis Comissarii Regii, vt potius misceantur Iura et consuetudines Regionum, ex quibus recta ratione consti: tuatur Iudicium Commissariorum, ita vt ex arbitrio et per: spicaci rerum et personarum indagatione, Comissariorum sentencie et decreta ferantur, et non secundum actoris vel rei forum, quod partes iam hic reuocare non poterunt.

In summa hoc conabuntur, et agent domini Comissarii, ne re: bus infectis soluatur eorum Conuentus. Nam quicquid cō: munibus votis decreuerint, hoc totum ratum habebit Mtas Regia et mandabit execucioni, non aliud facturum Sermum dominum Regem Romanorum indubie sibi persuadens.

Quia vero Sermus dominus Romanorum Rex, scribit se misi: sse, vt edicto publico accersantur omnes subditi sui in Slesia qui se accepisse iniurias pretendunt ab Incolis regni Polonie, et deponant querelas apud Illmum dominum Ducem Carolum Munsterbergen, cui sua Mtas comisit, vt et subditorum suorum querelas nris Vicesgerentibus Cracouiam significet, et ab

illis vicissim nrorum subditorum descriptas cognoscat, Judicet et subditis meis de Slesitis iusticiam ministret, et vt idem mei Vicesgerentes faciant Mtas illius postulat. Verum talem Jurisdicionem nos dare et comittere non possumus, refragantibus regni mei Juribus, que vetant aliquem extra Districtum Citacione euocari. Sed in proximo Conuentu regni hec facultas dari poterit in minori Polonia Capitaneo Cracouiensi, vt in Maiori, Capitaneo illius generali, quibus tamen interea comissum est, vt de querelis à domino Duce significatis si poterint iusticiam ministrent, Sin minus illos, in quorum Jurisdicione iniuriatores agunt pro iusticia comone faciant, aut nobis rem vti se habet citissime perscribant, et ad eum modum Serᵐⁱ Regis Romanorum vel vt melius videbitur erit respondendum, et cum illis statuendu

De profugis hominibus hinc inde restituendis, seruetur equitas inprimis, vt demum veteri in hac re mores statuatur que quod racionibus vtriusque partis magis conducere videbitur

In Theloneis regni Polonie, subditis Serᵐⁱ Regis Romanorum post exolutum Theloneum, equi etiam capiuntur, qui tam sint insolentes Thelonearii, nescit Mtas Regia. Contenta tamen est comittere, vt de illis iusticia ministretur, modo habeat compertum, quo nam in loco talia admittantur.

Libertatem quam ambire videntur Wratislanien, vltra Crac Calisch, Posnania et Gnesnen Ciuitates, in Russiam ac Lithuaniam causa Mercimoniorum proficiscendi, Jam dni quidem amiserunt, et forsan etiam propriis lris se illa abdicarunt. Verum de hoc, cum agatur de Priuilegiis, non potest fieri iudicium nisi in Conuentu Regni, ad quem si volent Vratislanien venire et cum istis Ciuitatibus experiri, iubebimus et illas cu Juribus

earum comparere vbi non detrectabimus quod equitas et iusticia postulauerit inter ipsos decernere.

Valeczki. Opell, et Caroffrank, eorumqz complices quos pro hostibus apud se reputat Sermus Rex Romanorum iussimus abire ex regno nro, quam prouinciam delegauimus Capitaneo nro Crac. Verum Caffrank nusqz aparet iamdudu in Regno, sed certum receptum habet in Hungaria vnde et nris subditis iam non semel intulit damnum.

Quod attinet limites cum bonis Generosi Janussii Racheberg, res apud nos noua videtur, q res semel tam solenni Judicum decreto, et lris determinata iterum tam subito in dubium vocari et nouo Judicio discuti, aut rescindi debeat Nam hoc modo nulla vnqz sentencia fieret firma, nec vllus esset litium modus et finis / Et huic rationi addent domini Comissarii alia que illis negocii sciencia facile subministrabit ad excusandum ne se rei superuacanee misceant. Stabit enim ab arbitrio eorum si quid ea in re tentare inter partes voluerint per omnia et in omnibus curam adhibendi et industriam vt pax et amicicia mutua cum vicinis conseruetur.

Preter hec si que alia vel proponentur ab illa parte vel ab hac Regni proponenda videbuntur, omnia permittuntur consilio prudencie et arbitrio dominorum Comissariorum.

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliariis regni Polonie.

Significarunt nobis Ill. princeps d^s Albertus Marchio Brandenburgen dux in Prussia nepos
nr charmus exploratum se habere ex quorundam amicorum e Germania lris et relatione, impe:
tratum aut extortum potius esse apud Judicium Camere Cesaree Mandatum executoriale Banni
superiori anno ab eodem Judicio Camere dati, sed ad optatam nram in biennium quod nondum
exactum est, a Cesarea Mte suspensi, quo omnes ducatus Prussie incole, a fide, iuramento,
et obedientia ipsi Duci Nepoti nro prestita absolvebatur. Atque id Mandatum gnali Crucife:
rorum in Italia et Germania Magro sollicitante et urgente, datum esse ad oes et singulos or:
dines in Prussia ipsius ducis, atque adeo viros feodales subditos, quo iubetur trium mensium
spacio post eiusdem Mandati insinuationem seu publicationem penitus ab ipso duce eiusque potestate
deficere, et pdicto Magro homagium et iusiurandum dare. et de oibus ipsius ducatus Prussie
proventibus respondere. Quod nisi fecerint, citantur eodem Mandato peremptorie ad
comparendum coram eodem Judicio Camere Cesaree ad nonagesimum diem proximum post de:
cursum dictorum trium mensium: demonstraturi num eidem Mandato paruerint: aut quam:
ob rem id facere non debeant causas reddituri. quemadmodum hec oia latius in dicto Man:
dato executoriali continentur. Super ea re scribit idem dux nepos noster se a
fidis amicis suis e Germania huiusmoi consilium accepisse, ut nos priusquam hoc Mandatum
allegabitur publicabiturve, stilo potius et scriptis hanc rem transigamus, si fieri
poterit quam armis. nuntium ut ad Romanam et Cesaream Mtem † ad proceres, ad principes, † mittamus
ordines. civitates et comitates mercatorum qui comercia cum dominiis nostris habent
scribamus, eosque commonefaciamus, ut ne Cruciferorum causa publicam Christiani orbis
pacem et concordiam perturbent: sed ut dipsum executoriale Mandatum omnino tollat.
tolli que iubeant etc ut latius patet ex ipso lrarum ad dictos Germanie status mit:
tendarum exemplo, quod nunc ab ipso ad nos missum, ad vos mittimus. Neque enim
nobis visum est absque vro consilio rem agere. Vestrum igr erit, ut perlecto trutinatoque
diligenter isto lrarum exemplo, aperiatis nobis per hunc Cubicularium nrm vestram
in ea re sententiam, hoc est num ita nobis ad pdictos Germanie status scribendum esse
censeatis: aut num quid imutandum. addendum. minuendum ve: postremo num ad omnes
et singulos principes, ordines, Civitates, et mercatorum comitates quemadmodum ipse
dux vehementer a nobis petit. scribendum vobis videatur. Facturi rem offo vro
consentaneam. et nobis gratam. Vilne ultima Januarij. 1534.

Responsum a Sigismundo primo Rege Polonie datum nunciis Alberti Ducis Prussie.

Vilne 30. marij 1534.

Legatio quam paucis ante diebus Sacre Mti regie do. nro clement^o nomine Illustris domini
Alberti Marchionis Brandenburgen, ducis Prussie nepotis eius charissimi attulistis: tum
verbis tum scriptis: hec tria ferme continebat. Primum petiistis a regia Mte ut ipsi
dno duci non desit neque consilio neque auxilio adversus Bannum istud et Mandatum
Executoriale, quod a Judicio Camere Cesaree, adversus eius Illtem et subditos eius
datum est. Deinde ut Mtas sua scribat iterum ad Romanam et Cesaream Mtes, et
ad omnes ordines Germanie secundum exemplar ab eius Illte Mti sue regie transmissum.
Postremo ut Mtas sua consilium daret ordinibus Prussie, quid illis hac de re
faciendum sit, et quo pacto ipsi Judicio Camere Cesaree respondendum.
Ad hec vobis Mtas regia sic iussit respondere: Mtem suam nunquam auxilio suo
defuturam eius Illti: sed eam viribus et armis si ita res exigat defensuram atque
propugnaturam esse. Consilium vero nullum nunc Mtem suam dare, quoad usque
ex responsionibus eorum ad quos ea de re scriptum est liqueat: quid lris Mtis

suę effectum sit. Nam quod ad ipsas Cesaream et Romanorum regiam M.tes et ad ordines Germanię iterum scribere supervacaneum videtur M.ti suę regię. quando si quid scriptis effici debeat, prioribus illis effectum iri M.tas sua existimat. Que tametsi nonnl verbis et sententiis ab his quas Illustris d. dux scribit postulat, discrepant, tamen ad eundem scopum tendunt.

Quod ad ordines Prussię pertinet: M.tas sua vult eos penitus ab omni Jurisdictione Cesaree M.tis Camerę immunes esse. Exemplar autem ad quod ordines eidem Camerario iudicio scribere constituerunt, probatur M.ti regię. quos etiam M.tas sua insigna est desertura. Porro ad ea quę in Commentariolo seu memoriali scripta erant, M.tas sua regia per nuncium suum quem istuc ad generalia Comitia missura est, respondebit. Adhęc arcana quędam consilij sui voluntatis quę suę ipsi dno duci, et ordinibus Prussię significabit apertius.

Sigismundus primus Rex Polonię
Alberto Marchioni Brandeburgen: Duci Prussię

Illustr princeps. Qd Ill.tas vra postulat a nobis, vt cum subditis vrę Ill.tis per Lras nostras ad eos missas agamus: nobis convenientius videtur, et more ex vsu per Legatum nrm ad eos missum agere, tum quia habet quidda magis energię viva vox quam lrę, tum quia alia quędam Ill.ti vrę significare decrevimus. Operę precium itaque fecerit Ill.tas vra, si subditis atque ordinibus ducatus sui Comitia in certum aliquem diem indixerit, et nos tempestive eadem re fecerit certiores, quo Legatum nrm commode cum Mandatis nris ad Ill. vram. et ad Comitia mittere possimus. Erit id nobis pergratum, et Ill.ti vrę non infrugiferum. Quam cupimus felicem esse. Vilne XX Marcij 1534

Sigismundus primus Rex Polonię.
Consiliariis terrarum Prussię.

Accepimus et audivimus diligenter lras: per nuncios vros nobis oblatas, querimonias vras adversus Jacobum Kempa: item adversus Stanislaw Costka Thesaurarium nostrum in terris Prussię, et Nicolaw Holste continentes: In quibus licet secundo loco posueritis Stanislaw Costka, tamen facile perspeximus vos adversus eum longe magis offensis et exulceratis animis esse, quam adversus reliquos duos. Et profecto, ne nobis quidem haec res si ita se habet placere potest: imo vehementer displicet vt qui tantum abest, vt Magratuum et Consiliariorum honorem nostrorum et existimationem vexari et ledi permittamus: vt quorumvis etiam subditorum nostrorum famam diminui et denigrari iniquissimo feramus animo. Quo enim nos animo ferre decet si quis eo audaciae feratur vt afficiat contumelia Sinceritates

vras Consiliarios nros, quorum in nos studium: fidem, et integritatem
semper spectatam exploratamque habemus. Et cum intelligamus ex hu:
iusmodi initiis nihil boni atque pacati pullulare solere: operepretium
esse existimauimus primo quoque tempore huic malo exorienti prius:
quam aut latius serpat aut altius radices agat occurrere, acquieturique
eramus petitioni vrae aequissimae: Nempe vt ipsi Sto Costka diem com:
parendi coram Mte nra et quae obijcerentur audiendi et ad ea rnden:
di praefigeremus: nisi nos duae res id facere prohibuissent.
altera quod hic multis et arduis Ducatus nostri Lituanici negotiis
et praesertim cum Moscis occupati et impliciti sumus: ita vt huic cau:
sae operam dare non vacet. Altera quod non existimamus tantam hanc
tamque arduam causam et honorem atque existimationem attingentem
sine regni nri consiliariis quos hic ad manum non habemus audiendam
examinandam et iudicandam esse. Quapropter vniuersam hanc rem ad
felicem nostrum in Poloniam reditum, quem breui fore speramus reiici:
endam ~~re~~censuimus. Interim autem ne quid amplius turbarum et
exitialium dissidiorum in dominiis nostris suboriatur: mandauimus
ipsi Sto Costka vt suo se modulo metiatur, vtque se intra pellicu:
lam suam contineat: neve quid inceptet eiusmodi, quod nos et Consi:
liarios nros commouere et offendere posset. sed vt ipsos Consiliarios
nros. hoc est vos, debito honore ac reuerentia quod semper ab omni:
bus fieri volumus prosequatur. si secus faciat eam causam suam
magis grauaturum. et quicquid fecerit suo periculo facturum esse. Spe:
ramus tamen quod admonitione nra prudentior factus, interea et iussa
nra diligenter explebit, et operam nauabit vt cum S.tibus vris in
gratiam redeat. Qua re tam ille quam S.tes vrae nihil possunt facere ma:
gis animo nro placiturum.

Iam quod ad Campam spectat cum videamus hominem non contem:
nendarum fortunarum esse, quales regno nro commodo et ornamento sunt:
deinde talem qui se per multos annos non domi solum: sed et apud ex:
teros bene ac honeste gessit, quemadmodum e multis audiuimus: Cumque
senex ipse querulus in conspectum nostrum venerit et asseruerit se
nunquam in animum induxisse suum, vt vobis Consiliariis nris aliquam
labem aspergeret: aut quopiam conuitio honorem et existimationem
vram incesseret, quos ipse plurimi semper fecerit: et pro dignita:
te obseruauerit: sed quicquid locutus sit se aduersus solum Doctorem
Reimek loquutum esse: atque ea verba non consilio. sed per imprudentiam
magis et senilem quandam ruditatem sibi incogitanti elapsa esse.
Neque enim se didicisse Iudiciorum leges et obseruationes, vt qui non
in foro atque iudiciis, sed in aliis quibusuis rebus vitae suae curriculum
in hunc vsque diem peregerit. Postremo cum huius senis verba te:
mere et imprudenter effutita neutiquam ledere aut minuere possint

honoré et bonam existimacóm vrám, que omnib9 passim bene nota et spectata
est mádandum cóstituim9 atqz adeo mádauimus ipsi Semi, vt domum reuersus
assumptis secum amicis suis veniam a vobis simul in proximo Cóuentu ad
ferias diui Stanislai in Maio cógregatis, petat et graciam. atqz ita ad eum
effectum res veniet, ad quem cum fide obstrictus erit ventura fuisset.
Quod si tn vobis satisfactum hac róne non putabitis (quod vos non remur
facturos esse.) Neqz enim suspicamur vos rem adeo leuem et per quam
honori et existimationi vré nihil decedat, tam obstinatis animis perse:
cuturos esse. hanc quoqz totam causam perinde atqz superiorem illam in
id tempus cum felices diuino munere in regnum nostrum reuenerimus
suspendimus.

Reliquus est Nicolaus Holste, quem nos cum in hac causa sua venisset[6] ad[4]
[1] nos ante aliquot[2] annos[3]: hactenus retinuimus et expedire distulimus quo:
ad Nuncii vri huc veniret. e quibus rem ipsam quo modo gesta sit co:
gnosceremus. sed cum vt intelleximus ex lris vris, non in vro iuditio
istic deliquit proloquendo quedam, quibus conuitium Revdo domino Mau:
ritio Episcopo Varmien intulisse dr. sed in aula nra et coram Cómissa:
riis nostris, vt subueniret cause cuius patronum agebat, illam effutiret
non existimamus vestri muneris esse de hoc iudicare: quandoquidé
de his que partes ad tribunal nostrum confugientes admittunt, a nobis
iustitia postulanda venit non ab inferioribus judicibus. ne detur
ansa hac róne refugium quod oppressis in subsidium leges adinuenerunt
vertendi in perniciem. Verum tamen pro conseruanda dignitate
et existimatione vrárum S.tum, noluimus sententiam vrám inualidam
pronunciare, sed illius austeritatem aliqua ex parte mitigavimus.
Proinde Mandauimus ipsi Nicolao, vt cum amicis suis quam plurimis
potest, eundé dom. Epum in proximo Conuentu aut sequenti. vbi
aderit do.s Epus conueniat coram eo se se humiliet et supplex
veniam oret. Quod autem illi judiciis et causis agendis inter:
dixistis. in vro quidem iuditio id ratum esse permittimus. In aliis
tn judiciis et causis agendi munus non denegamus. Hoc enim
equitas suadere videtur: ne hac róne ad extremam inopiam
et vite periculum cum vxore et pueris, ob hanc solam causam adiga:
tur, cum nullam aliam habeat victus querendi rationem.
Speramus hanc nrám cósultationé S.tibus vris probatam iri.
Quas nos valere[2] bene optamus. Vilne vltima febr. 1534.

Petrus Tomicius Eps Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Poloniae

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime. Post humilem servitutis et orationum commendationem. Accepi litteras Mtis Vrae Sermae quibus quid ad se Illmus D. Dux Prussiae scripserit et quid petierit declarare mihi dignata est simul mandans, vt quid in hoc facto commodissimum atque magis vtile censeam, Mti Vrae Sermae perscriberem. Qua in re licet iam ante ego per litteras Illmi domini Prussiae Ducis edoctus Piotrcoviae in Senatu à dominis Consiliariis Regni consilium eiusmodi excusserim, vt litterae potius nunc Illi Suae, quas postulat, darentur, quam bellicus postea sumptus, illi suppeditari debeat, hancque totius Senatus deliberationem Nuncii à Conventu designati, cum ceteris rebus actis ad Mtem Vram Regiam perferendam acceperint. Ego tamen Mtis Vrae Sermae voluntati satisfaciens, privatim nunc etiam declaro, me id et honestum et à Mtis Vrae Sermae dignitate nihil alienum censere vt Illmo domino Duci Prussie darentur, lrae Mtis Vrae tam ad Sacram Caesaream Mtem quam ad Sermum dominum Romanorum Regem ac ad Imperialis Camerae praesidentes aliosque Germaniae Principes Status et ordines darentur in hanc sententiam, prout Illma D. sua postulat, illis tantummodo verbis mutatis quae et Principum animos, et ~~[illegible]~~ electi ordinis Teutonicorum Mgri aures offendere possent, quod Mtis Vrae Sermae Cancellaria facile corrigere et ad planam et honestam orationis formam reducere poterit. Cui non est incognitus modus quo à Mte Vra Serma ad Principes in re tanti momenti scribi solet, reliquam vero iudicii ea in re summam Mtis Vrae Sermae

prudencie committo illiqz me rursus et meam seruitutem sup:
plex commendo, demiqz à deo precor vt Vram Sermam Ma:
iestatem cum Serma Coniuge domina Regina, Sermoqz filio
Rege et reliquis Illmis liberis in longa vita, valetudine
integra atqz inoffensa et optata foelicitate firmare dignetur
Datum in Kielcze die xia Februarii Mo Do XXXiiij

Petrus Tomicius Eps Crac Vicecancell
Bone Regine Polonie

SAcra Rlis Mtas et domina, domina clementissima Post hu:
milem seruitutis et oracionum mearum commendacionem.
Cum amicorum litteré de valetudine Mtis Regié et Vré Mtis
scripté non tantum mihi satisfacerent, vt non essem adhuc ego
magis cupidus certius aliquid de illa quam ipse intueri non
possim Mtatum Vrarum valetudine audire, operéprecium esse
duxi et meo officio atqz obseruancié plurimum conuenire sum
arbitratus, vt meum hunc ad Regiam et Vram Sermam
Mtem proprium mitterem nunctium, per quem Xsmiul et per
pntes meas litteras Mtem Vram Sermam viso et illis qui:
bus soleo atqz debeo verbis saluto, vt foelix faustaqz sit Mtas
Vrá Serma semper et in omnium rerum affluentia iucundam
atqz diuturnam agat vitam, quod proculdubio spero ita
successurum, cum iam dei benignitate Moscorum rationes
qué fortasse Mtem Vram sollicitam faciebant, in eum sta:
tum et condicionem sint adducté, vt facile iam iste Magnus
Ducatus Lithuanié pace et tranquillitate perhenni stabiliri
possit. Cui rei ego Regiam et vram Rlem Mtem pro sua
prudencia non defuturam confido, sed et ipse cum vniuerso
Clero meo preces ad dominum deum facere non desinam,
vt omnes isthic publicas et priuatas Mtis Regié et Vré

451
2130

Mtis actiones fortunare et in optimo q3 statu collocare sua divi:
na bonitate dignetur. Commendo me rursus et servitutem
meam in gram Mtis Vrę Sermę, quam et diu vivere et foe:
licissimam semper esse ex animo opto Dat in oppido meo
Kielczę die xi^a Februarii Anno M°. D°. XXXiiii°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Premisliensi.

R^{ME} in Chro Pater et domine frater et amice charissime
et honorande. Cum aestate preterita Sandomiriam ad
reconciliandum fratrem meum dominum Nicol. Palczki Castellanum Belzen
cum domino Odnowski descendissem, dominus Odrowasch
qui tum illuc advenerat semotis arbitris me fuerat allocu:
tus, aperiens mihi q succensus invenili cupiditate et laude,
atq3 exemplo multorum invitatus, decrevisset in animo ex:
teras orbis partes perlustrare vt per id tempus quo iu:
venis esset domiq3 nihil agendo torperet, hominum et rerum
peregrinarum varietatem conspicere moresq3 eorum qui cum
laude aliqua vivunt cognoscere posset. Quod illius institu:
tum cum mihi non probari declarassem, illumq3 ne id sibi
in animum induceret, multis verbis et persuasionibus quę
tum occurrebant frustra dehortatus essem, id ad vltimum
ab illo obtinui, ne inconsulta Mte Regia veniaq3 ab ea nō
petita discederet, Consulendi et veniam à Mte Regia pe:
tendi onere in me assumpto. Cum hiis vero cum ita San:
domiria discessissemus egoq3 id quod in me receperam, ad
hoc vsq3 tempus propterea quia non probabatur factum
exequi tardavissem. Ecce ad me Nuncius domini Odrowasch
cum litteris accurrit, sciscitans factum nec ne illud esset qd
promiseram hic igitur cum videam ego non dari locum ea

de re amplius tergiuersandi, mitto D. Vrē Rmē illius lrās et ab illa rogo vt hoc negocium ad Mtem Regiam refferat et sentenciam illius exploret, quantumqꝫ potest à Mte sua pro domini Odrowasch desiderio facultatem et veniam abeundi illi postulet. At vbi quis à me quid senciam, quodue in hoc faciendum suadeam requireret, non solum non permittendam abeundi licenciam, sed eciam coercendam manere hanc in adolescente cupiditatem consulerem, presertim hoc tempore, cum alii magni Consiliarii et Proceres Regni vagandi à patria consilium et licenciam sibi assumpserunt verum ne consulto consilium prebere et mineruam docere velle videar, amplius non dico, nisi hoc totum Mtis Regiē iudicio et prudenciē committo vt quod honestum et Reipubcē regni sui vtilissimum censuerit statuere in hoc dignetur

Sunt apud me educati tres germani frēs Korsczi quorum duo natu maiores, muneri et officio scribendi in Cancellaria se alligarunt, natu autem minor natura ad miliciam qꝫ ad lrās propensior, exercitio militari se tradidit. Is cum non pridem in terris Russiē erē Mtis Regiē militaret et indolem virtutemqꝫ suam multis, multum commendasset ad hoc tandem peruenit vt filiam domini Russiani Iudicis Belzeñ matrimonio sibi copularet, vt autem in hoc Connubio honestius inter illius prouinciē homines vitam agere possit cuperet villam Regiam Czelansch in terra Belzeñ et Districtu Socaleñ sitam redimere. Quare à D. Vrā Rma plurimum rogo vt illi ad hoc consensum Mtis Regiē impetrare et lrās in hunc modum prout in Sceda his inclusa continetur, scriptas ad me transmittere velit, Is idem Korski sperat se ad Notariatum terrē Belzeñ vacantem electum iri quod si factum fuerit rogo plurimum dominacionē vram Rmam vt meo et suo nomine impetrare velit à

Regia Mte quo is ipse Notariatus illi conferatur idqz in tempore primo qz aliorum impedimenta et intercessiones interueniant facere velit/ spero enim q dominus Palatinus Belzen non erit huic mee peticioni contrarius faciet mibi in hoc rem gratissimam D° Vra Rma quam vt Horeszi omnes mereri illi curabunt et ego refferam per occasionem paribus officiis et gratificacione mea

Heri littere domini Venceslai Proczek sunt mihi reddite quibus scribit Sermum dominum Regem Ferdinandum Georgio Berka ad octo septimanas saluum conductum concessisse, idqz eo potissimum consilio vt facilius illius Mtis et Sermi D. Regis mei Commissarii controuersias subditorum vtrinqz componere et transigere possent. Qua in re licet scripsit Proczek se Mti Regie scripsisse et exemplum litterarum Salui Conductus misisse, ego tamen cum ignorem an hactenus Mtas sua id acceperit, presentibus D. vre hoc insinuare volui, vt interim quod nunctii a Conuentu missi isthuc veniunt deliberare cum Mte sua possit qua racione mei ab inferendis hominibus de Slesia iniuriis contineri debeant.

Capitulum Ecclesie mee Crac cuius membrum precipuum nunc est D° vra Rma postulauit a me, vt ad Mtem Regiam intercederem quo Oppidulum mense eorum Pabiamcze nuper incendio absumptum et nondum vlla in re satis confirmatum donare aliqua ad hunc annum a soluenda Contribucione Cxpo: porve immunitate dignetur quare D. Vram Rmam rogo vt illorum supplicationem Mti Regie declarare et illam patrocinio suo iuuare velit/ id enim illi oracionibus assiduis ad deum pro sanitate Mtis sue Regie fusis, optime mereri curabunt

Commendo me amori et beniuolencie fraterne D. Vre Rme quam foelicem et recte sanam isthuc semper esse ex animo opto Datum in Oppido meo Kielcze xia Februarii Anno domini M° D° XXXiiii°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Severino Boner Castell^o Zarnouiensi .
Zuppario & Magno procuratori Crac.

Mag^ce domine, amice charissime. Magnas ago et habeo D. V^re gr^as quod nuper ad me datis litteris et viserit me suo nomine et nova Hungarica mihi perscripserit quibus illius litteris quod tanto tempore non responderim in causa fuerunt infinite V^re in Conventu Piotrcovien^ imperfecto occupationes, quare veniam dabit D^o. V^ra silencio isti meo cui non negligentia mea sed negociorum publicorum necessitas causam prebuit.

Quod scribit D. V^ra legere se mea causa Georgium Fox in Consularem Casimirien^, est mihi id magnopere gratu^ sed illud ex contrario molestum, quod citra aliquam legittimam causam temere sit ab hoc officio repulsus, utcumque tamen est ego nihil diffido quod per aliam occasionem eligendi Consulis prediti Fox et mee intercessionis D. V^ra sit habitura dignam rationem.

De Erasmo Betman ut donetur vita, diligentem feci opera et perspexi facile negotio fratres et propinquos Borsche ad mundam cum illo concordiam adduci posse, si domini Lasoczki in hoc non obstarent consilia, quibus et mee et aliorum concordiam suadentium, repugnat intercessioni, het tu spero dominus Palatinus Calissien^ emetietur brevi, et negocium ad eum quem optamus finem perducet.

Ego huc ad bona Ep^atus mei eo consilio secessi ut aliquantisper senatus curis, valetudini mee indulgeam et tam animi q3 corporis vires fatigatas quiete et ocio recreare possim. Commendo me amori et benevolencie fraterne D. V^re quam et bene valere et foelice esse semp^ ex a^io opto Dat

Petrus Tomiczki Eps. Vicecancell.
Casparo Beer Consuli Cracouiensi

Nobilis et famate domine amice nr̃ dilecte. Reddite sunt nobis litteræ vræ et filiæ vræ domine Carlowa, quibus queximini de Wladario nr̃o Crac. qđ locare et ponere incipiat fundamenta sepis seu edificii quod nos in Area nr̃a in ferali extrui fecimus cum preiudicio et damno domus et orti domine Carlowa prope ibi adiacentis et contra eius Iura et Priuilegia. Nos volumus nec consueuimus Iuri cuiuspiā derogare, sed ediuerso nollemus eciam Iuri et iustitiæ nr̃e deesse, aut eam posthabere/ vt autem nos non simus nobis ipsis in ea re Iudices, volentesqȝ sine hominum querela viuere ita vt vixmus hactenus, cum ipsi hic situm loci illius et in quo edificium nr̃m, domui et orto domine Carlowa incommodare posset/ perspicere et emetiri non valeamus commisimus domino Doctori Borek Canonico Ecclesiæ nr̃e Crac. vt aduocatis ad se aliquot probis viris, aduocato eciam domino Carolo Kneczer atqȝ eius amicis aliquo oportuno tempore et die descendat ad locum de quo est differencia, reuisisqȝ Iuribus domine Carlowa, perpenso eciam situ Areæ nr̃e. quam diminutam esse non libenter videremus ita constituat de locando edifficio nr̃o vt illud et domine Carlowa eiusqȝ domui et orto non incommodet et nobis eciā et Areæ nr̃e non officiat Non prohibemus enim nos quominus domina Carlowa habeat Pontem per fluuium Rudawa per quem robora et ligna ad domum et Balneum suum libere inuehere et rursus inde educere possit, modo illa non cupiat ita extendere fimbrias Priuilegii et libertatis sibi concesse, vt Area nr̃a propter illius libertatem qua

plus nimio extendere et ampliare desiderat et qua non alr
qz illi concessa est uti potest, minimum arctari debeat. spera:
mus autem qp dominus Doctor Borek pro sua prudencia
et equitate finem debitum huic rei et controuersie facile
imponet, modo filia vra det locum iusticie et rationi et
non plus habere cupiat, qz quod iure ex vi Priuilegii
sui habere debet. Nos enim quicquid dominus Doctor Bo:
rek in ea re fecerit et statuerit ratum et gratum habe:
bimus foelicissime Valete Dat in Oppido meo Kielcze

Petrus Tomiczki eps Cracc. Vicecancell.
Stanislao Borek Doctori. Canco Cracc.

Venerabilis domine frater in Chro charissime. Hesterna
hora ferme tercia noctis aduenit huc ad nos dominus Gre:
gorius Capellanus vr et redditis litteris vris retulit
ea omnia ordine que à vobis in mandatis accepit et
que in rem suam conducere putauit, quibus auditis et
plene intellectis nos omnia hilari fronte et liberali aio
fecimus que et ille et vos optastis nam et resignacionem
illi factam et prouisionem domini Viccarii mei inde se:
quutam approbauimus et insuper ~~de nouo~~ denuo illi de beneficio
vaccanti prouidimus. Nihil enim est quod nos libenti aio
faciamus pro vobis et amicis vris, exigentibus id me:
ritis vris singularique vra erga nos propensione. erit
igitur iam securus dominus Gregorius in eo Sacerdocio:
lo in cuius possessione nos illum quantum in nobis erit
manu tenebimus et modis omnibus defendemus. scimus
quidem quod dominus Monastriesky queritur de nobis qp
illo posthabito alteri de hoc beneficio prouiderimus. habe:
bit tamen et ille post hac à nobis deo bene iuuante premiu
debitum fidei et seruitutis sue

Placet nobis q accepistis pro nobis à domino Jeronimo Cer:gel vasculum olei Oline quo nos per totum annum in ferealis nris vti solemus, postulamusq à vobis vt nuces Amigdalas, vvas passas, et alias res, siquidem sunt recentes quibus semper indigemus ad vsum Mense nre. ab illo accipiatis et iusto precio soluatis

Mirum est q tamdiu istuc non venerit dominus Electus Medmicen/ speramus tamen q cito istuc adueniet / retulit enim nobis .d. Opaleniczki illum accinctum iam itineri fuisse cum ipse Vilna discederet / veniet tn aut non veniet dns Electus, vos nihilominus litteras nras quas et ~~presens~~ primus, et nuper per Doctorem Jacobum et Swierez Cubicularium Regium ad vos misimus, per dominum Noskowski Romam et Paduam mittatis

Scripsit nobis domina Carlowa per Slupski puerum nrm, et nunc etiam eius Pr dominus Casper Beer per dominum Gregorium Capellanum vrm nobis scripsit querens de Wladario nro Crac q contra Jura et Priuilegia que habet dna Carlowa et in non mediocrem illius iniuriam et damnum ponat fundamenta edificii in Ferali que prohibent liberum ingressum et egressum ad eius domum et ortum quem illic vicinum habet. Nos vidimus lras domine Carlowa quibus derogare non intendimus nec volumus cuperemus tn vt illa q3 vicissim nobis hoc suo iure non incommodet sed cum ingressum liberum et egressum ac Pontem directe sine obliquo ad domum suam habuerit, non cupiat, vt nos parte Aree nre qua citra magnum nrm et Ecclesie ac successorum nrorum incommodum carere non possemus illi cedamus. Scripsimus autem Vladario nro mandan illi vt ita ponat edificia in area nra in Ferali vt non obstent Balneo et horto domine Carlowa, quominus robora et illic citra magnam difficultatem inuehi possint et vt id fiat absq querela

domine Carlona et eius amicorum. rogamus vos vt cum Wladario nro, domino Casper Becz, domino Carolo Curzez, et domino Josto Ludouico, ad locum de quo est controuersia, aliquo tempore vobis commodo, descendatis, et pensatis singulis que in vtramqz partem pensari et considerari debent, et fundamenta edificii mei poni faciatis, vt non fiant cum iniuria domine Carlowa et nobis vicissim qd area mea non arcetur nec diminuatur. Caetera prudentie vre committimus Quicquid autem vos in ea re constitueritis nos id ratum et gratum habebimus bene valete Dat in Oppido meo Kielcze die xiij Februarii Anno M° D° XXXiiij

Petrus Thomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Lucae de Gorca Castello Posnaniensi, Et
Capitaneo Maioris Poloniae generali.

MAgce domine, domine et frater honorandme. Heri accepi binas litteras vre Mgcie quarum alteris a me postulat vt illi permittam quo se pro peccunia quam ego mutuo domino Odrowasch ad intercessionem Mgcie vre iam dudum sufficienti cautione dederam statuere mihi et Nepotibus meis principalem debitorem possit. Alteris declarat quo pacto virgo Hedwigis de Lubrancz Matris sue domine Palatine Posnanien voluntatem secuta, sentenciam contrahendi Matrimonium cum domino Mathia Opaleniczki variauit et quod Mgcie vre id inhumanum atqz asperum videatur vt contra voluntatem suam virgo urgeri et adigi ad contrahendum Matrimonium debeat. in his vt ex ordine Mgcie vre respondeam. primum illud scio Mgciam vram non latere, quod dns Odrowasch, accepta a me peccunia et summa quinqz millium florenorum hippotecauit et inscripsit Nepotibus meis Swidnis sortem Oppidi Jaroslaw, et nonnullas Villas ad illam

spectantes realemque possessionem ac intromissionem omnium dedit per Ministerialem de iure ad hoc datum, post vero hec omnia ita solenniter coram Mte Regia confecta, Conduxit rursus eadem bona à Nepotibus meis seu pocius à me vt illorum tutore ad triennium et certam pensionem illis quotannis soluere obligauit Quorum omnium tametsi nihil hactenus dominus Odrowasch prestitit nam nec pensionem annuam soluit nec bona que nepotibus meis in summa quinque millium florenorum inscripsit, libera fecit, prout se id facturum sub simili vadio quinque millium florenorum obligauit, ego tamen aduersum illum ius non instituo, sed fero hanc illius negligenciam indulgenter, nam amicis meis commodus magis quam asper, officiosus quam inhumanus esse studeo, vtcumque ab illis pari gratia referri mihi non solet. Nunc eciam domini Calissien filii vre Mgcie necessitatem subleuans, mille florenos aliunde conquisitos illi mutuo dedi et dedissem plures si Craconie inter amicos fuissem repertus, ipse enim peccuniam et diuicias non congrego quam Exequutores me mortuo dispersarent, sed vt reuertar vnde sum digressus, peccuniam quam dominum Odrowasch sub obligatione habere commemoraui, libenter in nomen Mgcie Vre transferam et illius solutionem ad aliquod tempus opperibor dumodo et tempus, id quod longum esse nollem nec concedere possem, et Cautionem sub qua res Nepotum meorum tuta esse possit. Mgcia Vra mihi declaret, nam vt ego studeo desiderio et voluntati Mgcie vre obsequi ita ex contrario curo et prouideo ne per me qui mortalis sum vt ceteri, Nepotibus meis quidpiam damni inferatur quamquam quidem satis magnum damnum iam acceperunt quod tamdiu ex sua peccunia pro qua parari eis poterat bona vtilitas hactenus nullum commodum habuerunt.

Ceterum quod ad virginem Heduigim attinet mihi quoque idem quod Mgcie Vre videtur nequaquam honestum esse, vt contra Mathis

voluntatem ipsa etiam inuita à nobis desponsetur, nam si Patri filiam inuitam elocare nõ licet, multò minus id nobis Tutoribus facere conuenit. Quare vt in hac re agatur sinceriter et commodè, ego sentenciam Mgtis Vrae amplexus, Matrem si ad me venerit alloquar et quantum in me erit illi persuadebo, ne in hoc Mgtis Vrae et meae sentencie aduersetur, in quo quicquid effecero Mgtem Vram certiorem facere non negligam. Cuius me amori et beneuolencie fraterne comendo et ex animo opto vt deus omnipotens illam diutissime sanam et semper foelicissimam seruare dignetur. Datum in Oppido meo Kielcze die xiiii^a Februarii Anno domini M° D° XXXiiii°

Sigismundo primo regi Polonie
Petr. To. Eps. Crac. R. P. Vicecancell.

SAcra Regia Mtas et domine domine clementissime. Post humilem seruitutis et oracionum mearum comendacionem. Iam ab aliquo non paruo tempore egi apud Mtem Vram Serenissimam nomine domini Siluestri de Cretkow Palatinidis Rogesnen [Brestensis] vt illi in Matrimonium virginem Vaniczka [Gn. de Cosczeler] Neptem domini Palatini Posnamien desponderc dignaretur ea tamen in re Mti Vrae Sermae non videbatur integrum aliquid certi vel respondere vel statuere, nisi prius quam amplas possessiones ille haberet et vtrum id approbet dominus Palatinus virginis Patruus foret illi exploratum. Ad quam condicionem dominus Siluester relegatus, quiescere prius nõ potuit quam id perspiceret quod in consensu domini Palatini Posn ambiguitas sibi suspenderat. Etenim nunc in proxime preterito Conuentu per me sciscitatus est à domino Palatino an consentire sibi in hoc vellet vt Nepti sue Matrimonio coniungatur, idque responsum à domino Palatino obtinuit

Quod M^{ta} sua dixit sibi id futurum gratum et acceptum vt ipse dominus Silvester Neptem suam ducat in vxorem ad quod illi consensum me audiente prebuit sincerum Quare cum ita iam .D. Palatinum constet hoc velle et probare Matrimonium, neqz verendum hoc sit quin dominus Silvester non habeat vbi dotem et donacionem propter nuptias vxori obliget et inscribat fratres enim eius cessuri sunt illi in sortem hereditatis paterne bonis illis que in terra Crac obligata simul habent supplico humiliter M^{ti} V^{re} Ser^{me} vt consensum ipsa eq^o suum prebere dignetur, quo id Matrimonium pro desiderio domini Silvestri Aulici M^{tis} V^{re} Ser^{me} et adolescentis non solum genere, verum forma et moribus Nobilis atqz clari confici et transigi possit quod M^{ti} V^{re} Ser^{me} et ego et ille perpetua servitute mereri semper curabimus quam servitutem et me ipsum ego iterum atqz iterum in graciam M^{tis} V^{re} Ser^{me} commendo et illam feliciss:simam esse, atqz in multos annos cum Ser^{mo} filio Rege et Ser^{ma} Coniuge domina Regina sanam et incolumem esse ex animo opto et a domino deo precor Dat^s in Kielcze die xvj^a Februarii Anno domini M^o. D^o. xxxiiij

Petrus Tomiczki eps Crac. Vicecancell Bone regine Polonie

Sacra R^{lis} M^{tas} et domina, domina clementissima Post humilem servitutis et oracionum mearum comendacionem Dominus Silvester de Cretkow Palatinides ~~Rogosnen~~ Brzestn cupidus contrahendi Matrimonium cum virgine Vojniczka, que servit M^{ti} V^{re} Ser^{me}, egit nunc demum in proxime acto Piotrcovien Conventu cum dno Gn^{so} d. Costieler Palatino Posnamien, an illam sibi despondere vellet, cuius M^{ta} me pñte in hoc illi est assensa

et dare illi Neptem suam in vxorem est pollicita dummodo ad
hoc et Mtis Regiae et Mtis vrae Sermae tum demum et dnae
Voinigzka consensus accedat Qua in re cum ego Mti Regiae
per litteras supplicaui vt desiderio domini Siluestri Aulici
sui honesto assentiri dignaretur, Mti etiam vrae Sermae
supplico vt pro sua in me et hunc adolescentem Nobilem mo:
destum et cum forma tum moribus optimis ornatum gra
suam voluntatem ad hoc accommodare et animum virginis
ita componere dignetur, vt et adolescens voto suo et virgo
tali Marito quem sine ignominia contemnere illi non liceret
potiri possit, Nam quod ad Dotis et donationis propter
Nuptias obligacionem et inscripcionem attinet, dominus
Siluester consequetur à fratribus suis in sortem hereditatis
paterne bona illa quae in terra Crac à domino Pala:
tino Russie et domino Laski Palatino Siradien sunt
omnibus obligata. Qua in re quicquid gratie Mtas vra
mihi et domino Siluestro declarare dignabitur id totum
vterque meum Mti vrae Sermae optime mereri semper
curabit Commendo me rursus et seruitutem meam Mti
vrae Sermae quam dominus deus sospitem et foelicissimam
cum suis omnibus quamdiutissime seruare nobis dignetur
Dat in Oppido meo Kielcze die xvia Februarij
Anno domini Mo Do XXXiiij

463
236

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Praemisliensi.

Rme in Chro Pr et domine frater et amice charissime et honorand. In preterito Piotrconien Conuentu dominus Palatinus Posnanien declarauit voluntatem suam domino Siluestro de Krelkow de despondenda illi Nepte sua domina virgine Voiniczka et me presente domino Siluestro vt illam in vxorem ducat assensum prebuit hic iam nihil restat nisi Mtis Regie et Rlis tum demumque et virginis consensus vt hoc concludatur Matrimonium de qua re ego ad vtramque Mtem scribo et illis pro desiderio domini Siluestri supplico. Verum vt quod laboro facilius impetrare pro domino Siluestro possim. D. vram Rmam plurimum rogo velit operam suam in hoc prestare, et patrocinio ac persuasione sua apud vtramque Mtem et apud virginem tantum intercedere vt et ego et dominus Siluester quod cupimus quodque petimus sine difficultate consequi tandem valeamus, quod dominus Siluester. D. vre Rme perpetuo mereri curabit, et ego beniuolencia fraterna ac gratificatione mea per omnem occasionem refferam Commendo me amori et beneuolencie. D. vre Rme quam dominus deus, et sanam et foelicem in multos annos seruare dignetur. Dat. XVI Februarij Anno domini M°. D°. XXXiiij°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Petro de Opalenicza Castell° Landen. et
Sigismundi secundi regis iuuenis curiæ Magistro

Magce domine amice et Patrue charissime. Scripsi ad Regiam et Rlem Mtem litteras illarum Mtibus supplicans vt dno Siluestro de Krelkow Aulico Mtis Regie consensum prebere dignarentur quo sibi Virginem Voinieczka Matrimonio coniungere posset, nam dominus Palatinus Posnanien virginis Patruus in proxime acto Piotrcouien Conuentu ad hociam illi consensum prebuit Qua in re cum non tantu lras efficere quantum verba et persuasiones hominum conciliare posse sit mihi exploratum Mgciam Vram plurimu rogo patrocinari mihi et domino Siluestro hac in parte velit et tam apud vtramqz Mtem qz apud virginem Voinieczka agere quo id Matrimonium conficeret at ad exitum optatum perduci possit, faciet in hoc mihi Mgcia Vra rem longe gratissimam, quam illi dominus Siluester vna mecum semper mereri curabit Cuius beniuolencie me commendo et vt sit recte sana atqz semper foelix ex animo opto Datt in Kielcze die xvij a februarii Anno M°. D°. xxiiij°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Poloniae.

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime Post humilem servitutis et oracionum mearum comendacionem. Dominus Jheronimus Schaffraniecz Capitaneus Chazmensis nuper ad me veniens, declaravit mihi, se habere bona here: ditaria Materna, in provincia Pokuzie sitta, propter hoc infesta et minime tuta quod finibus Valachie adiaceant. et Arcis cuiusuis refugio vndiqz careant. de quorum securitate cogitans dixit se in animo constituisse, quod vellet impensa sua Arcem in certo illorum bonorum loco qui natura ex omnibus illius provincie locis est aptissimus extruere haecqz Arce non suis tantum sed vniverse illius provincie Mtis Vre Serme subditis tempore necessitatis commodare. Cum autem vere: atur ne illum talia molientem, Valachus hostis Mtis Vre Serme impediat, et edifficia ac laborem eius in irritum vertat. supplicat Mti Vre Serme, vt illi pro ducentis equi: tibus, et centum peditibus stipendium, ex publica pecunia, adscribi facere dignetur, cum quibus ille, vna opa et reip(ublic)ce necessitati satisfaciat et structuram Arcis tueatur, que alioqui ad omnem hostilem impetum sit futura multis p: necessaria. Cuius institutum cum mihi non possit non pro: bari, ego qz supplico Mti Vre, vt id expendere in animo suo velit et tali suo et reipublice oblato commodo, domini Schafra: niecz peticioni et desiderio gratiose annuere, perinde enim est hic an alter prefit militibus. sed tamen hoc in lucro erit, quod Arx publice hominibus necessaria, privata impensa domini Sha: franiecz construi poterit, si ille turma ducentorum equitum et centum peditum preficiatur. sed hoc sicut cetera ego Mtis

vrę Sermę iudicio et prudencię committo Cuius gratię me et servitutem meam iterum atqz iterum suppliciter cōmmendo simulqz opto et a deo precor vt Mtas vra cum Serenissimo filio Rege et Serma coniuge domina Regina ceterisqz suis sit recte sana et semper foelicissima Datum in Bodzanczin die XX^a Februarii Anno M^o. D^o. XXXiiij^o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Prælatis et Canonicis Eccª. C. Craccovien

Venerabiles domini fratres in Chro charissimi. Reddite sunt nobis litterę vrę quibus simul et postulacionem domini Korski de vita laborantis, et vram deliberacionem sentenciis variatam nobis explicatis, subinde postulantes, vt super hoc quod et ille petit et vos ex varietate sentenciarum in dubium revocatis, consilium et sentenciam meam vobis perscriberemus Qua in re etsi nobis grave illorum videtur esse Iudicium et censura atqz honestate Ecclesię dignum, qui cum homine ob usurariam pravitatem infami nihil sibi comune esse vellet peccuniamqz quam ille Ecclesię commodis in suum anniversarium offert veluti male quesitam non censent suscipienda quia tamen certo edocemur ipsum supranominatum dominum Korski non adeo manifestum usurarium fuisse, vt et sepultura Ecclesiastica prohiberi et elemosina illius contemni debeat, pietati Ecclesię que ad vincendum misericordia et liberalitate munita est magis convenire arbitramur, vt homo tantum infamatus et de usurario illicito facto non convictus ad ea que sponte poscit religionis officia admittatur. Etenim et Ius Sacrorum Canonum non alii qz manifesto usurario, sepulturam et alia religionis approbata solatia in dei Eccª prohibet. manifestus vero fenerator dominus Korski appellari

nequit quem neqz ius neqz factum notorium legis transgres:
sorem declaravit, nusqz enim convictus condemnatus sive cora
Judice confessus reperitur, et quod in facto vel mensarii seu
danist(a)e officia aperte exercuerit vel palam coram testibus
usuras restitui mandaverit nemo est qui affirmet. Quare
cum sit cautum et honestum, beneficio et pietate vra hom:
num voluntates adiuvare, h(a)ec que nobis videntur honori
et dignitati vr(a)e esse utilissima amplectendo suademus ut
sc(il)t dominum Korski ad sepulturam Ecclesi(a)e qu(a)e nemini
ad se redeunti gremium claudit admittatis et ab illo oblata
pecuniam cuius maiorem partem ut accepimus in pauperes
Christi et alia pia opera distribui mandavit non reijciatis
facturi in hoc rem perinde iustam atqz piam, et qu(a)e non mo
non sit vobis irrogatura infamiam sed etiam laudem et gra:
titudinem in animis hominum allatura. Quod reliquum
est cupimus vos et bene valere et foelices esse omnes quorum
orationibus nos commendamus Dat(um) in Bodzanczin die
penultima Februarii Anno domini M° . D° XXXiij

Petrus Tomiczki ep(iscop)s Crac(ovien)s(is) Vicecancell(arius)
Lucæ de gorca Castell(an)o Posnanen(si) Capit(aneo)
Maioris Pol(oniae) generali.

MAg(nifi)ce domine domine et frater honorandissime. Cum huc nup(er)
dominus Thomas Lubranski à domino Palatino Russi(a)e do:
mum rediens ad me descendisset impense à me rogavit ut cau:
sam et iustitiam suam consilio et patrocinio meo adiuvarem.
Cuius ut non obaudirem ego petitionem promisi quidem me
quoad eius fieri poterit illius iustici(a)e non defuturum vero
tamen ex contrario certo monitus consilio illi suasi ut per co:
cordiam potius qz per cognitionem et examen Juris causa
et controversiam suam transigere curaret Nam in re

nona et quae contra Ius commune facta est vereri me dixi ut non divinis Iudicio et Senatorum sentenciis, quam pactis et Conventis amicorum tractetur. Quae Magciam Vram latere nolui, cuius quod soleo benevolenciae et amori fraterno me co:mendo et illam foelicissimam esse atque recte semper sanam atque incolumem ex animo opto, atque à deo precor. Datum in Bo:dzanczin die penultima Februarii Anno M° D° XXXiiij

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Mathiae de Drzewicza Archiepo Gnesnen.

Rme in Chro Pr et domine maior honorandissime. Joannes Volski vicinus Oppidi mei Kielcen mittet vel ipse solus proficiscetur ad D. Vram Rmam in negocio suo quod illi de Plebanatu promiso et possesso à quodam Sacerdote suscitatum est. D. Vrae Rme supplicaturus quo illud ipsum negocium ex equo et bono cognoscere ac inter se et adversarium suum causam transigere dignetur. Cuius quidem causae racio, etsi non sit explicate mihi cognita, ex illius tamen summa co:iectio utrinque inter partes et asperitatis et equitatis non nil subesse, quare D. V. Rmam rogo ut cum Ius dicet parti agenti, meum eciam vicinum provocatum equitate atque pie:tate sua deserere non dedignetur. Cuius amori et benivole:ciae me ex animo commendo illamque foelicissimam esse et recte incolumem semper ex animo esse opto. Datum in Kiel:cze die Xa Februarij Anno M° D° XXXiiij°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Erasmo Abbati Mogilensi.

Rx ren et religiose Pr frater in Chro char^me. Accepimus vras lras quibus declaratis ea de quibus non necessario dominus Czurilo Capitaneus Nepolomicen negocium vobis suscitat, et quidem nos ex animo Vre isti molestie et impedimento condolemus ac de domini Czurilo vehementer admirati sumus q tam intemperanter et pro Imperio cedende Silue Vre vobis facultatem inhibeat quod nec Mtas ipsa Regia in proprietate cuiusqz facere solet Qua in re vt vos pro iusticia adiuuemus scripsimus nras ad ipsum dominum Czurilo lras quas cum ptibus mittimus quibus si permoneri noluerit rem ad Mtem Regiam defferemus. Coeterum quod attinet Curia vram et Turrim in Villa pobiednik a qua demolienda Moniales de Zwierzyniecz cum domino Czurilo vos probibent decreto nro standum esse putamus et nihil esse tantisper in Curia innouandum censemus quantisper Prepositus Zwierzynien ea adque probanda per decretum est remissus non probauerit sub hac enim ad probandum suspensione rem in integro esse decet, vt tamen res hec in alteram partem celerius finiatur, prefigemus nos Preposito eius sue seu eius predecessoris recepte probacionis terminum. Interim vos supersedeatis ab his que controuersiam conciliant et bene valeatis et nos in vris et fratrum vrorum oracionibus habeatis commendatos Dat in Arce nra Bodzanemen die secunda Marcii Anno domini M^o. D. XXXiiij

Petrus Tomiczki eps. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Poloniae.

SAcra Regia Mtas et domine domine clementissime Post humilem servitutis et orationum mearum comendacionem. Accepi mortuum esse nuper Plebanum in Radoschicze Oppido Mtis Vre Serme. Cuius Parrochialis Collatio cum ad Mtem Vram Sermam pertineat, et illa sit usqz adeo in proventibus exilis, ut non sperem aliquem ex Capellanis Mtis Vre illam vel optaturum vel oblatam ita acceptaturum ut illic residere debeat, Mti Vre Serme supplico ut illam Sacerdoti cuidam Stanislao probo et honesto viro summo laudatissimo conferre dignetur qui et residebit apud illam Ecclesiam et tam in spiritualibus, qz in temporalibus eam probe et industrie administrabit: dominumqz deum pro Vre Mtis salute assidue precabitur, ego vero id servitute mea Mti Vre Serme mereri semper curabo quam servitutem iterum atqz iterum illi suppliciter, commendo et foelicissimam esse semper Mtem Vram Sermam, atqz in multos annos recte sanam ac incolumem ex animo opto in Bodzanczin die iiij Marcii Anno domini Mo. Do. XXX iiij

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Praemisliensi.

Rme in Chro Pr et domine frater et amice charissime et honoran. Vaccante nunc Parrochiali in Radoschicze post mortem Nicolai Pieniazek supplicaui per lras Mti Regie vt illam probo Sacerdoti Stanislao de Modlischewicze conferre dignetur, presertim cum sit in prouentibus ita tenuis vt nullus ex Capellanis Mtis sue qui illic resideret sit illam mea sentencia acceptaturus quare et D. Vram Rmam rogo operam facere velit, vt Mtas Regia peticioni mee dare locum, et hunc Sacerdotem presentare dignetur, quod illi vicissim omni studio et gratificatione mea ego referre conabo. dominus deus seruet D. Vram Rmam semper sanam et foelicem. Dat in Bodzanczin die quarta Marcii Anno M. D. XXXiiii

Andreas Cricius Eps Plocen.
Bonae Sphortiae reginae Poloniae.

Sacra Mtas, mea domina clementissima humillimam mei comen. Ego cum primum mihi dominus Opaleniczki Custos nomine Sacre Mtis Vre retulit de querimonia Camenecensium, racione Pontis, mox comisi vt nihil fieret vsque ad documentum Mtis Vre pro quo ad illam vt scripseram misi, nihilque interim factum est neque vel vnus palus pro ipso Ponte est infixus, cuius rei Nuncius Vre Sacre Mtis dominus Grabia oculatus testis esse poterit. Proinde quam graciam et fidem apud Vram Sacram Mtem mereri debet iste qui ausus est tale commentum ad tantam Principem deferre, id ego Vre Sacre Mtis excelse virtuti

et prudentie committo. Similem habent veritatem reliqua eiusdem boni viri allegata, quod deo bene iuvante suo tempore vra Sacra Mtas abunde cognoscet, ego in praesens nescio quid illi aliud respondeam, nisi id quod prius scripsi, me nihil fecisse neqz facturum esse adversus voluntatem vre Sacre Mtis, tal enim illam habeo pro mea domina, quam Camenecen, ex quibus qualem habeat provuentum, et quam utilis sit ipsorum Pons Theloneo vre Sacre Mtis, et commoditati publice, malo ut ab aliis qz a me cognoscat, quod ipsi metuentes anteuerterunt istas querimonias et commenta, ne res uti se habet in cognitione veniat. Commendo me iterum humiliter vre Sacre Mti Pulthovie va Marcii Anno domini Mo. Do. XXXiiij

Petrus Tomicki Eps Crac. Vicecancell.
Praelatis et Can^{cis} Ecce Cathedral. Plocen.

VEnerabiles domini fratres in Chro charmi. Cum Rmus in Chro Pr et dominus Andreas Dei gra Epus Plocen Nepos nr charissimus Venerabilem Andream Noskowski Plocen Canonicum servitorem suum pro eius erga se meritis et pro sua vicissim in eum liberalitate honestare ita voluerit, ut illum in Canonicum supernumerarium Eccliae sue Collegiate Pulthovien creaverit, et nos qzo propter illius virtutem id ratum atqz firmum esse illi cupiamus, esse officii mei duximus, ut ea de re illum D. vris commendemus Et equidem tametsi non dubitamus D. vras eam creationem et unius decime donationem vel solius Rmi D. Epi gratia approbaturos esse, ut tamen ipse dominus Noskowski homo alioqui nobis gratus et multum meritus patrocinio et intercessione nra cui multum fidit non deseratur, D. vris illum in primis commendamus, deinde rogamus ab illis ut factu

Rmi D. Nepotis nri in creatione supranominata approbare, et dominum Noskowski consensu suo Canonicum Polthonien cō:firmare velint, cuius creationis litteras cum presentibus isthuc ad D. Vras mittimus, hoc ab illis iterum postulantes vt illas suo Sigillo Capitulari obsignatas huc ad nos remittere non grauentur. Facient D. Vre in hoc rem nobis gratam et quam vicissim illis per omnem occasionem, omni studio et gra:tificatione nra referre curabimus. Cupimus autem ex aio vt D.nes Vre et bene valeant et sint foelices omnes nosqz habe:ant in suis oracionibus commendatos Datū in Bodzanczin die vª Marcii Anno domini Mº. Dº. XXXiiij

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Andree de Tanczin Castell Cracouiensi
Chelmen Belsen Ratnen Crasnostauen Capitº.

Magce domine frater et amice atqz consanguinee charissime. Intra paucos retro dies, aliquot Mgcie Vre litteras amicitie nre mutue testes accepi, quibus quod hucusqz nihil respondi in causa fuit egritudo mea, in quam paulo ante grauem incideram. tum enim cum ex febre terciana languebam non solum scribere amicis, sed nec colloqui cum illis potui Nunc vero etsi non desit quod scri:bam quia tn tutum non arbitror litteris committere omnia, et Mgciam Vram audiam Radomie Mti Regie obuiam venturam quo et ego conducere Mtem suam decreui ea que scribere debeam, ad tempus illud foelicis nri congressus seruare malo. Interim autem amori et beneuolencie fraterne Vre Mgcie me comen:do, et eam foelicissimam esse atqz recte sanam et incolumem ex animo opto Datū Cracouie die viiiª Iunii Anno domini Mº D XXXiiii

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Andree de Tanczin Castell. Craccouien. Belsen.
Chelmensi Ratnen. Crasnostauen Capit.o

Magce domine, domine frater et amice charissime ac honoran. Sperabam ego Vram Mgciam venturam fuisse huc in Radom ad Mtem Regiam, et libenter aduentum huc ipsius vidissem, sed cum raciones Vre Mgcie ita ceciderunt vt nonnisi in Lukow Mti sue occurrere possit, boni consulo deliberacionem hanc Mgcie Vre, cuius eam erga me beneuolenciam quam testatur in suis litteris et plurimi facio et gratissimo animo excipio meamqz illi vicissim semper declarare curabo. patebunt autem iam vtriqz nrm occasiones faciliores de rebus omnibus et conferendi et citro vltroqz perscribendi. Interim valeat foelicissime cum suis omnibus Vra Mgcia, et me cepta beneuolencia sua prosequatur, habeatqz sibi charum et commendatum. Datu in Radom die xvii.a Junii Anno domini M.o D.o XXXiij

Sigismundus primus Rex Polonie.
Solimanno Sultano Turcorum Caesari.

Serme ac potentissime Princeps amice et vicine noster charissime. Spectabilis et Mgcus Andreas Comes de Thanczin etc Primarius Regni nri Consiliarius, cum partim motu et perturbacione que anteactis annis ferme vniuersas orbis partes exagitabat prohibitus partim circa et administracione rerum nrarum que ad eius consilium pro ingenii animiqz sui magnitudine referebamus impeditus, in partes Iherosolime ad visendum domini nri Iesu Chri Sepulchrum quod in votis habebat conferre se non potuis-
set

nunc pacatis aliquantisper provinciis et bellorum tumultibus ad quietem revocatis, demumque recepta et firmata inter nos et Mtem vram per diuturnum et fraternum foedus amicitia, occasionem sibi datam optimam existimavit, ut et voti et desiderii sui se faceret compotem. Accepta itaque à nobis abeundi venia quam illi egre et non sine magna animi nri molestia concessimus, cum iter suum per Dominia Mtis Vre Sermae instituisset, commisimus illi ut ad Mtem vram descenderet, et salute illi dicta declararet quedam nomine nro, que ad mutuum amorem ac vicinitatem pertinere videntur. Quare à Mte Vra Serma plurimum rogamus, ut illi in omnibus que dicet, eam fidem ac si coram nos ipsi loqueremur adhibere, et pro eo quod apud nos sit magnus et charissimus Consiliarius, illum sua gratia complecti velit. Quicquid enim illi favoris à Mte Vra Serma prestitum et declaratum fuerit, in nos collocatum reputabimus, et nra benivolencia mutuisque bone vicinitatis officiis acceptum Mti Vre Sermae referemus. Quam in omni rerum affluentia et optata foelicitate recte sanam esse et diu vivere ex animo optamus. Datum in Civitate nra Radomien die xvij Junii Anno domini Mo. D. xxxiij Regni nri anno xxvij.

Sigismundus primus Rex Poloniae Imbrahimo Bassae.

Illris et Mgce domine etc. Cum Spectabilis et Mgcus Andreas Comes de Thanczin Castellanus Cracovien ac Belzen, Chelmen, Rathnen, Crasnostavien et in Oczyecz Capitaneus, intimus et Primarius nr atque Regni nri Consiliarius, pro sua in religionem Christianam veneratione, et pio affectu, in animum suum induxisset, ut viseret Iherosolimis domini nri Jesu Christi sepulchrum, hocque iter suum per Dominia Serini domini Thurcarum

Imperatoris amici et confoederati nri charissimi facere destinasset commisimus illi vt ad ipsum Sermum dominum Imperatorem descenderet et illius Mtem simul et vram Illtem viseret et salutaret nomine nro, atqz ea declararet, que ad retinendam inter nos mutuam beniuolenciam et vicinitatem spectare videntur / Qua in re cum neminem sciamus illi aditum et facultatem maiorem apud Sermum et potentissimum Imperatorem facere posse, preter Illtem Mgciam vram, postulamus ab illa diligenter, vt predicto Mgco Andree qui nobis singulariter charus est, et visendi Sermi domini Imperatoris copiam facere, gramqz illius Mtis ei conciliare et salvo Conductu in partes Iherosolime illi providere velit quo citra vllam difficultatem ad Sepulchrum domini nri Iesu Chri peruenire et votum suum nuncupatum persoluere possit. In hoc enim gratum nobis et amicum officium prestabit Illtas vra quod vicissim illi omni studio et gratificatione nra referre curabimus Quam bene valere et foelicem esse optamus. Datum in Radom die XVij Junij Anno domini M° . D° . XXXiiij Regni nri anno XXVij°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Epo Vngarie

R. ME in Chro Pr et domine frater et amice charissime et honoran. Litterae . Dmis vre Rme quas proxime ab illa accepi magna me affecerunt voluptate ex illis enim quod diu scire desiderabam intellexi et . D. vram Rmam sanam esse et Regno isti iniuria temporum afflicto, pacem propediem cuiusmoi affuturam qua et hominum dissidentium animi coniungantur et Ditiones a Regno auulse ad suum vnum corpus restituantur Pro quo tam optato Nuncio ingentes ago et habeo . D. vre Rme

grãs et à deo vobis omnibus precor, quo ista vt in spe sunt suc:
cedant, perficiantur, et in multa diuturnitate temporum per:
maneant confirmata. Spectabilis et Mgcus Andreas Comes de
Thanczin Castellanus Crac., Primarius in ordine et Statu Se:
cularium Regni huius Consiliarius, cum isthuc ex quodam
animi sui instituto ad Regiam istam Hungarice Mtem se con:
ferret, isthinc postmodum Hierosolimam vsqz voti soluendi causa
profecturus, pecijt se à me D. Vrẽ Rme commendari. Quem
tametsi ego pro sua virtute et mutua que illi cum D. Vrã Rma
intercedit coniunctione, nulla commendacione egere sciam. Pro
meo tamen in illum offitio et amore D. Vrẽ Rme ita eum
commendo, vt neminem magis velim aut possim commendare,
illamqz rogo plurimum, vt cum pro sua humanitate illum isthic
amice excipere et tractare voluerit, vltra hec sua offitia aliqd
etiam mea causa grati sui animi erga illum adijcere et declara:
re non grauetur vt intelligere possit et Dnis Vrẽ Rme erga
me beneuolenciam singularem, et hanc de se meam comendatio:
nem non vulgarem esse. Quod vicissim Vrẽ Rme D. omni
gratificatione et amicis offitiis referre per omnem occasi:
onem curabo. Cuius beniuolencie et amori fraterno, me com:
mendo, optans ex animo vt dominus deus concedat illi longam
vitam, bonam valetudinem, et in rebus omnibus optatam foe:
licitatem Dat.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Ioanni regi Hungariæ Dalmatiæ Croatiæ

Serenissime Princeps et domine affinis noster charissime. Spectabilis et Magnificus Andreas Comes de Thanczin Castellanus Cracoviensis, Belzensis, Chelmensis, Rathnensis, Crasnostaviensis, et in Oczieca Capitaneus, supremus Regni nostri Consiliarius tantum adhuc ab adolescentia ingenio et egregia valebat indole, ut et a nostris predecessoribus multum amaretur et reipublice nostre maximis quibusque negociis, ita erat officio suo coniunctus ut ad ~~omnem~~ omnium commoditatem natus esse videretur, quo factum est quod illa etate plus aliene voluntati quam desiderio suo serviens, eam facultatem consequi non potuerit, ut et Principibus Christianis conveniendis et variis regionum locis lustrandis quod maxime pro laude sua cupiebat, dare operam valuisset, succedente deinum illius etate, ubi nos quoque domino deo authore in Regali hoc Solio fratribus successimus, nostra in illum singularis voluntas ad priorum amorem fratrum ita aucta est, ut non solum longam illi peregrinationem non admitteret, sed vel parvam ad privata domestica negocia secessionem impediret, tam enim confidenter illius in nostris et reipublice rebus usi sumus consilio, ut hanc maxime tutam et firmam esse deliberationem pace et bello censeremus, ad quam illius quoque persuasio accessisset. Nunc nunc cum et bella que cum finitimis hostibus regni nostri gesta sunt quieverunt, et cuncte reipublice Regni rationes in summa tranquillitate regantur, occasionem datam sibi existimavit qua se in peragrandis orbis Regionibus voti sui compotem faceret, Neque enim perpetuo isto desyderio affligi atque angi voluit, neque eo otio quod nimio et publicis muneribus impedito

479
244

pedito contigerat, ita languescere, vt nihil ageret dignum rebus his quas à maioribus suis gestas esse meminisset. Quare cum impetrata à nobis abeundi venia, ante omnia Hierosolimam ad visendum domini nri Jesu Chri salutis nre authoris sepulchrum profectione destinata per Regnum Mtis Vre se iter facturum nobis declarasset, comisimus illi vt ad Mtem Vram descenderet, illamque pro mutua coniunctione et beneuolencia, que nobis cum illa intercedit, salutaret et viseret nomine meo, diceretque et polliceretur ea que nos cupere et velle ad gloriam et foelicitatem Mtis Vre scit, et aperte cognoscit. Et proinde cum istuc veniet, et que à nobis accepit referet, Vram Mtem plurimum rogamus vt et beneuola attencione audire et illum singulariter apud se comendatum habere velit. Cupimus enim ex animo, partim quod supremus et singulariter gratus Consiliarius nr est, partim quod illius virtus, integritas, et in rebus agendis maturum et prudens consilium gratiam meretur. vt comendationé hanc apud Mtem Vram Sermam sentiat sibi a honorem profuisse. Nam quod ad necessitatem et itineris explicandi facilitatem attinet, nihil dubitamus Mtem Vram sponte sua illi ita prospecturam, vt et tuto et comode per Regnum Mtis Vre Sermé versus Aulam Coesareé Thurcarum Mtis transire possit, id tamen vt Mtas Vra beneuolencius facere velit, ab illa et nos impense rogamus. Dabimus vicissim operam, vt hoc quod illi à Mte Vra Serma ad honorem et commoditatem tribuetur, omni mea animi gratitudine, et mutua in quacumque re gratificatione amplissime referatur. Commendamus nos amori et beneuolécie Mtis Vre quam in optata foelicitate bene sana esse et quamdiutissime viuere et valere ex animo optamus Datum in Ciuitate mea Radomien die xvij^a Junii Anno dni M^o. D^o. XXXiij Regni mei anno XXvij^o

Pet. Tomic. eps. Cracc. R. P. vicecancell
Ioanni regi Hungariae.

Dominus Stanislaus Comes de Thanczin, adolescens in hoc Regno et familia, et sua egregia indole clarus à parenti: bus ad peragrandas lustrandasque provincias, variosque homi: num mores perdiscendos missus, et primum omnium in Aulam Mtis Vrae Sermae iter directurus summo à me postulauit studio ut illum Mti Vrae Sermae commendarem: confidens pro mea erga Mtem Vram Sermam observancia et servitute com: mendacione mea Xpe apud illam gratum futurum. Quae ne eum fallat opinio, nisteque eius postulacioni ut à me satisfiat Mti Vrae Sermae supplico, ut ipsum dominum Stanislaum predictum in conspectum suum admittere, et clementi atque be: nigno Regio vultu excipere dignetur. Ut inde reversus habeat quod cum honore et dignitate sua de clemencia Mtis Vrae Sermae amicis parentibusque referat. Quod et ipse et ego Mti Vrae Sermae perpetua servitute mea benemereri semper curabimus. Quam ego servitutem meam meque ipsum quantusquantus sum in gratiam Mtis Vrae Sermae humillime commendo, et dominum deum precor, ut Mti Vrae Sermae vi: tam longam in omni rerum abundancia et perpetua foelicitate concedere dignetur. Ex Bodzanczin die Xa Julii Anno domini M°. D°. XXXiii°

Sigismundus primus Rex Polonie
Ibraamo Bassæ.

Illtris et Mgce domine, amice sincere nobis dilecte. Nobilis Stanislaus Spitek subditus ex Primariis Proceribus Regni mei qui pntes lrãs nrãs Illti vrẽ reddet partim maiorum et propinquorum suorum, partim aliorum Regni mei Procerum exẽplo ad comparandam ex honesta peregrinacione laudẽ incitatus, cum in animum sibi induxisset longinquas regiones adeundi et Reges ac Principes in variis orbis partibus terra Mariqz conueniendi, primam itineris sui partem deo et religioni Christiane consecrare cupiens, ad visendum Ierosolimis domini mei Iesu Chri salutis nrẽ authoris Sepulchrum se ante omnia profecturum nobis declarauit, quo, cum illum nulla terrarum ple tutius omnibusqz peruenturum sibi persuaderent propinqui et parentes, qz per Dominia Sermi ac potentissimi Thurcorum Imperatoris amici et confoederati mei charmi, à nobis lrãs ad Illtem vram in commendationem illius postularunt, quas nos illis tanqz primis et nobis charis Consiliariis negare nolen scribi fecimus, et postulamus ab Illte vrã vt hunc adolescentem Stanislaum commendatu meã causa apud se habere illiqz et videndi Sermi domini Imperatoris copiam et facultatem facere, et de Saluo Conductu in partes Ierosolime prouidere velit quo citra aliquam difficultatem tuto ad Sepulchrum domini Iesu Chri peruenire et votum suum persoluere possit, In hoc enim gratum nobis et amicum offitium prestabit Illtas Vrã Quod vicissim illi omni studio et gratifficatione amica referre curabimus Quam bene valere et foelicem esse optamus Datũ in Ciuitate meã Radomien die vo Mensis Iunii Anno doi Mo Do XXXiii Regni mei XXVii

Sigismundus primus Rex Poloniae
Antonio Cardinali Pistorien. protectori

Rx.ME in Chro Pr et Nobilis Stanislaus Spitek subditus meus qui presentes litteras nostras D. Vrae Rmae reddet partim maiorum et propinquorum suorum, partim aliorum regni mei Procerum exemplo ad comparandam ex honesta peregrinatione laudem incitatus cum in animum sibi induxisset longinquas Regiones adeundi et Reges ac Principes in variis orbis partibus terra Marique conueniendi primam itineris sui partem deo et religioni Christianae consecraturus ad visendum Jherosolimis domini mei Jesu Christi salutis meae autoris Sepulchrum se ante omnia profecturum nobis declarauit, deinde illinc per intermedias prouincias iter explicans in Aulam Sanctissimi domini mei venire se decreuisse eo consilio dixit, vt consuetudines mores et virtutem hominum isthic splendide et honeste viuentium perdisceret, cuius laudabile institutum et animi generosi iudicium cum nos et sua et parentum propinquorumque suorum causa, quos et opibus et rebus bene gestis in hoc Regno meo habet insignes, cupiamus ad aliquem laudis et gloriae comparendae fructum peruenire, illum D. Vrae Rme commendandum duximus et commendamus praesentibus plurimum rogantes vt ei copiam et facultatem videndi et conueniendi Sanctissimi domini mei facere, quantisperque in Aula Sctis suae isthic manserit fauore suo illum prosequi et cum in aliud vicinum Regnum se conferre voluerit publice fidei Sanctissimi domini mei litteris et tuti transitus prouidere velit facturaque id D. Vra Rma sua erga nos et mea vicissim erga illam propensione, et singulari beneuolencia Quod illi mea regia gratifficatione semper referre curabimus quam bene valere et foelicem esse semper optamus, vt illam

deus omnipotens sanam et semper foelicissimam cum suis omnibus quamdiutissime servare dignetur. 1511/1553

Andreas de Tanczin Castell. Cracc. peregrinus Hierosolimitanus.
Petro Tomicio Epo Crac. vicecancell.

. ex peregrinatione sua .

Salutem et omne ~~bonum~~ id, quod Rma. Do. Vra ex animo sibi habere cupit, serviciisqz meis accuratissime commendatis. Rme Presul prout ex comendaticiis lris ad Coesaream Celsitudinē per Vram. D. mihi datis apparet iniunctum esse, vt declararem quedam nomine Sacre Mtis Regie domini mei clementissimi que ad mutuum amorem bonamqz retinendam amiciciam et vicinitatem pertinerent, inter bas Mtes, vtqz lris fidei mea oracio corresponderet eo modo functus sum illa, vt in aliis litteris latius Rme. D. Vre descripsi, cum responso Coesaree Celsitudinis, et cum aliis obiter accidentibus quas non minoris estimacionis putaueram. D. Vre Rme insinuasse, causam me moventem ad hoc nuncium brevibus P. Vre Rme describo. Estimabam necessarium fore Principem meum adiungendum esse in coetum Arbitrorum huius divine concordie inter hos dissidentes Principes, que futura, dubie tamen speratur, eundemqz animum Rme. P. Vre ex verbis ipsius ad me dictis in valedicendo cognovi, cum mihi iniunxerat id, vt si qua commoditas offerretur quo Principem nrm iam alienatum ab ea concordia rursus ingeram seu reponam et is modus quem faciebam meo negocio perficiendo videbatur mihi honestior et commodior ceteris

Apparet enim ex oracione mea Regem meum non optare id causa sua, sed pocius causa honoris Coesaree Celsitudinis qui exinde sequetur, si illos dissidentes Principes concordaverit, et eciam foederum inter suam Coesaream Mtem atque eosdem dissidentes Principes stabiliendorum, que eo modo firmiora ac certiora permanebunt, et vt Chriani Principes sepositis armis atque dissensionibus animorum suorum, pace tandem optata gaudeant, ab effusioneque sanguinis Chriani amplius supersedeant, quod vnicuique fidelium ex animo est optandum, vt eciam Regnum Principis nri clementissimi ab eisdem dissidentibus Principibus in certis differenciis que inter illos ac Dominia Principis nri clementissimi extant possit pacificari et tranquillum esse, quas differencias R. me. D. vre bene notas esse scio. quod spero faciliter futurum, vt dum res eorum Principum mutuo dissidentium sua Mtas complanare studuerit autorque et promotor huius concordie extiterit, suorum etiam regnorum negocia non negliget, Sin adhuc minus placent aut non legittime videntur cause, que me monerant ad hanc oracionem dicendam, estimo illud esse aliquid, vt cum Regia Mtas Arbitrum se geret inter eos dissidentes Principes, poterit cum illis feliciter affinitatem iam sepius tentatam modo certam atque indubiam consequi, quo filio et filiabus suis pro voluntate sua, melioreque statu eorum magis vtiliorem affinitatem eliget, que forsan post mortem sue Sacre Mtis quam dominus deus ad longa tempora differat sequeretur, per quam tandem affinitatem et Regno et filio suo si patri supervixerit, magnam poterit conficere amiciciam ac pacem, qua longis temporibus ad annos vsque plenissimos fruetur quod cuilibet Regi adulto vtile esse censeo, maxime autem vtilissimum illi, qui nondum perfectam etatem attigit. Sique etiam ista non monent, habeatur racio saltem tocius Christianitatis qui dissensionibus suis in animabus corpibus

poribus atq3 bonis suis pereunt augentq3 vires Paganorum
que venera, indies magis ac magis ex vris Chrianis ditescant
et ampliantur. Quod cum audire graue, videre oculis, vt
ego nunc presencialiter aspicio longe grauius et acerbius exi:
stit, sepius enim lachrime cum cibo et potu miscentur, vide:
tes innumeram multitudinem virorum in captiuitate existen:
cium qui omni spe redempcionis destituti in Sectam Macho:
meticam cum periculo animarum suarum transferentur.
Et ea si nondum grate à me interpretabunt[2] saltem meam
sinceram mentem acceptent que ex bono processit animo et
ad hoc angeo, si mea inicia huius sedande discordie Prefa:
torum Principum non placent silencio imposito possunt ista pre:
termitti ac negligi, vnicum tamen hoc rogo si non merue:
rim ob hoc gratiam aliquam Principis mei clementissimi
ne in indignacionem incidam, cum hec vt dixi bono animo
et propriis sumptibus feci. Quod si me et hanc meam pro:
uinciam. D. vra Rma tutari noluerit, plures emuli qui
casus in sinistram interpretabuntur partem non modo quod ea
ingrate per me facta acceptabuntur, verum me hostem patrie
et crimine lese Mtis insimulabunt. Rogo indulgeat. D. vra
Rma meo inepto ac indocto stilo scribendi, Sidem mei Ama:
nuensis incomplete manui suoq3 alto ac sagaci ingenio scripta
mea in melius apud se interpretari et Principem nrm cle:
mentissimum velit cuius me clemencie ac pietati Paterne
vnice commendo.

Vt. D.o vra Rma sciat, quorsum, et in quibus locis nunc
agam, primum continuo iter meum ad terram sanctam
si deus annuerit, et Alkayr visitabo, et iterum eadem via
per terram redire vellem, Constantinopoliq3 constitui pro
futura quadragesima, si non obstiterit aliquod impedimen:
tum, Itaq3 si aliquid mibi committere in hoc negocio cepto Pri:
ceps meus clementissimus per medium Rme. P. vre volue:
rit

rit hic Constantinopoli prout descripsi, litterę sacrę Regię Mtis et Rme. D. vrę per eundem meum Tabellarium afferende me invenire possint, sin minus Rma. D. vrā saltem scribat desiste, et tandem doctor pace fruetur. / Aliis lris nova que hic aguntur Rme. D. vrę scripsi, vt eo facilius ceteris cum placuerit communicare possit, presertim rogo, cum Ill. et Mgco domino Comite de Tharnow Palatino Russię mutuam habeant intelligenciam, neminem enim alium scio, quo melius vti Rma. D. vrā possit pro arbitrio suo tam in rebus publicis q3 privatis, quod ipsamet sola Rma. D. vrā melius intelligere potest q3 ego id persuadere queam. / Et id quidem memoria exciderat, et dignum trutinacione, si Regnum peribit Hungarię, si Valachus periclitabitur, quis nrę patrię finis erit, et diu ne expectabimus deploran alios nos ipsos eciam deploratum iri? et cum aliis subvenire negligimus, quomodo ab aliis auxilia impetrabimus, pro certo maiore pietate ipsos Paganos favere nris partibus, nunc vides q3 ipsi nos vt merito debemus nro bono consulimus, Ipsi enim nobis favent concordiam ac permittunt illam aggredi, soliq3 de illa sunt sollicti, Nos autem illam si reyciemus, pereundi subsequēter occasionem suscipimus.

Sacra Regia Mtās Regis Ferdinandi, qui author principalis huius concordię est maiorem profectum meo exili iudicio et sibi et toti Chrianitati pareret, si regno in toto decepto et à suis et hostibus insecuritate ac infidelitate plenissimo quod illi obtinere, et à tam magna Paganorum potencia propulsare est difficillimum, ad optata Cesi Cel. cederet, quam q illo Regno per potenciam hostis integre in Paganismum converso, tum suam patriam Austriā ac totam Germaniam perpetuo bello obnoxiam redderet et exinde promittitur nrī fundi calamitas. Ista tamē

secretius habere velim, ne veritas authori odium pareret.
Cuperem tamen libenter, vt canem dormientem non irrita:
remus, et id vellemus quod possemus. hec tamen vt cetera
per me scripta vrã Rema. D. suo ingenio sagaci expendet
locoqz suo et tempore vbi et cui commodum videbitur ostendet
ac declarabit, meqz benignitate sua paterna complectatur
ab emulis deffendat, et Principi nro clementissimo commendet,
obnixissime precor, me pro his perpetuum seruitorem si vixero
habituros, si vero decessero à domino deo mercedem refferetissima
accepturus, vtqz foelix longe ac sane viuat et valeat votisqz suis
potiatur vrã. Rema. Do. ex animo opto Datt in Constantino:
poli feria quarta proxima ante festum Sancti Thome Apli
Anno domini M°. D. XXXiii

Summa legationis hec erat

Multociens Oratores habuit Rex meus clementissimus apud
tuam Celsitudinem, conficiende pacis causa, qui ad certum tem:
pus foedus amicicie et Threngas pacis constituere solebant
Quod grato animo quidem ipse Rex meus acceptabat

Verum multo gracius cum Orator ille, qui foedus vltimum pepi:
git cum Celsitudine tua nomine Principis mei, et filii sui
ad tempora vite tue Celsitudinis et predictorum dominorum
meorum acceptauerat. Illa enim prima foedera vt tempora:
nea cum tempore variari etiam poterant. Ista vero que sunt
ad tempora vite immutari non possunt neqz debent, ex parteqz
domini mei et filii sui nequaqz immutabuntur, salua, integra,
et intemerata fide, sacrosanctisqz pollicitacionibus vtriusqz
statum vrarum permanentibus.
Clementissimus enim Princeps meus firmissime pacta et foe:
dera cum omnibus adiacentibus vicinis suis sinceriter ac

constanti animo, fouet, tenet, et inuiolata obseruat. Quod luce clarius omnibus vicinis, euidentissimeq; patet, pacta obseruantibus cum Mte sua.

Filiumq; suum charissimum Mtas sua instituet, stabiliet, preceptisq; paternis obligabit, vt compescens feruorem iuuentutis sue hanc per patrem suum partam amicitiam initumq; foedus cum Celsitudine tua obseruet inuiolabiliter quoad vita sibi comes aderit et Senatoribus suis itidem iniunget, vt si superuixerit Pri, eum hortentur et moneant diligenter preceptaq; parentis ob oculos sibi sepius ponat, vt nullam occasionem violandi foederis initi, siue per se aut suggestionem alicuius prebeat, fidem sinceram parentis sui imitan.

Optat enim Princeps meus clementissimus nedum per se et filium suum, verum eciam et ab omnibus Regibus Christianis regno sue Mtis vicinis, ac adiacentibus cum quibus sibi affinitas et cognatio intercessit, vt eam amicitiam foedusq; cum Celsitudine tua per meum Principem initu identidem inuiolate obseruent et habeant, et presertim Sermum Regem Ferdinandum Romanorum etc et Sermum Joanne Regem Hungarie etc qui Principis mei vt cognati sunt et consanguinei, ita eciam cum Celsitudine tua amicabiliter, sinceriter ac fideliter viuant. hec est cura Principis mei et sollicitudo accuratissima. Quorum Regum animos intellexit Princeps meus clementissimus non solum autoritate et potencia, verum eciam humanitate atq; clemencia Celsitudinis tue esse sibi deuinctos et obligatos, pacemq; et foedus cum Celsitudine tua pepigisse. Quod Principi meo vt eximie placuit ita firmissimum et stabile esse cuperet.

Nec aliud veretur Princeps meus obstare, nisi dissidi~~orum~~ eorum in causis domesticis (quod absit) quo in indignacione Celsitudinis tue inducantur. Quod Principi meo ac toti Christianitati plurimum displiceret etsi ab eo non supersederent

multo magis viscera benignitatis Principis mei clementissimi commonerent. Super his tamen vt fama ad Principem meum peruenit, totoque orbe diuulgata est in Iudicem supremum, Arbitrumque benignissimum Celsitudinem tuam selegerunt, ac eius arbitrio parere sese submiserunt. Quod si sequetur nihil penitus restabit, quam ~~non~~ vt ~~tantum~~ pacem sibi gratissimam cum Celsitudine tua amplexam firmiter obseruarent imo loco parentis Celsitudinem tuam colerent ac venerarentur. Quod gratius foret Principi meo, quam vt dissidentes prefati Principes, (quod absit) Celsitudinis tue animum contra se concitent, quem sibi nunc concessa clementia tue Celsitudinis placauerunt

De quorum Principum dissensione componenda longe antea Princeps meus clementissimus studiosissimus fuit vt benignitate sua eorum tumultuantes animos placare posset. Cum tamen illud pium opus Principi meo non successerat, sua tamen Maiestas libentissime audit, et contentissima est pro optimoque officio eximii Principis, Celsitudinique tue reputat quod eorum differencias placauerit et composuerit, et si quid adhuc restat quod repugnet menti Celsitudinis tue ob reliquias dissensionum eorum Princeps meus clementissimus si necessarius est ad stabilienda firmandaque ea, que essent contraria inter voluntatem seu decisionem Imperialis Maiestatis vestre, ac ipsorum dissidens diuersumque desiderium, non denegat subire laborem cum literis, Nunctiis, et Oratoribus suis, et quicquid hoc genus expostulauerit pro posse debitoque honore suo Regio.

In presencia tamen Oratorum Celsitudinis tue, id negocium commodissime putaret intentare, sine quibus rem agredi Principi meo non conueniret, imo minime multis de causis liceret vt bona inicia per Celsitudinem tuam inter hos Principes

dissiden', iacta, optimo fine terminarentur, mensqz pii desi:
derii Celsitudinis tue bono opere non frustraretur. Quod
eciam Princeps meus plurimum factu dignum commenda:
ret. Siqz ad id animus Celsitudinis tue accesserit, innotescat
Principi meo clementissimo, perqz lras. Nunctios ac Oratores
suos in re ipsa conveniant, vel si minus, pace sua Principem
meum non abhorrebit frui cum anthoritas solius Celsi:
tudinis tue ad ea concludenda sufficiet. Quod Princeps
meus certo certius habet

His dictis finem imponendo orationi mee pecii vt hec per me in:
ciata secreto servarentur. tum propter dissidencium Principum
sinistram suspicionem, que sepius concipi solet eciam qui litem
eorum dirimendo concordie ipsorum ex animo succurrere cu:
piunt suspicando et ascribendo pocius eos sibi incommodare ac
obesse qz prodesse tum propter anthores seminatoresqz eius ziza:
nie qui inscii ac ignari modi et temporis eius pie humanissimeqz
actionis, cui ipsi invident, suo malo spiritu eos instigante vt col:
lidi possent, ne tantum velint noceant, negociumqz hoc divinu'
impediant.

Oratores vero sue Celsitudinis Coesaree propterea nominari
esse necessarios qui humeris suis que odiosa essent partibus
concordandis imponerent, quibus id magis facere conveniet
cum anthoritate Coesaree Celsitudinis fungentur. Mtas vero
Regia dominus meus clementissimus, vt ea que suis Mtibus
placida et accepta essent caveret. et ita iste cibus dulci et ama:
ro permixto eo bono condimento reficeretur ac sapidior existens
per partes assumatur deo adiutore, sine quo factum est nichil
et clemencia principis mei aliquantulum eo bono onere gra:
vata ad hec accederet.

Responsum Cesaris ad legatom meam

Contentus est Caesar invictissimus, quod foedus et Trengas pacis iniuit ad tempora vite sue cum Mte Regia Polonie et sue Mtis filio. Novit enim Caesarea Celsitudo integritatem sinceritatemque fidei Principis illius et benignissimum animum Regalem sibi innatum esse. Quod ut firmum et stabile sit ex utraque parte ac iuxta foedera prescripta Caesarea Mtas optat, omnemque occasionem violandi foederis (quod absit) procul à se et à Principe sue. D. semotam habere cupit. ergaque Principem hunc, et filium illius Mtis per suam Celsitudinem firma pax et perseverans amicitia (quoad Caesarea Celsitudo vixerit) observabitur

De filiis vero suis nequaquam id polliceri potest cum res est incerta quis illorum patri supervixerit, Sedemque paternam occuppaverit, vel imperio successerit, et ita filios suos obligare ad tenendum futurum foedus incertum est quod sue Celsitudini neque liceret. cum ille duntaxat certa ac indubia in foederibus suis constituere consueverit.

Quod vero tangit Serenissimum Ferdinandum Regem Romanorum et Serenissimum Regem Joannem Hungarie etc hactenus inter se dissidentes Principes. Caesarea Mtas amplexa est utrumque gratia et benignitate sua Imperiali, clementerque illos suscepit in gratiam et amicitiam suam, atque eos pro filiis adoptivis sibi asciuit, modo observent precepta parentis ac illi obediant, pacemque initam et prescripta foedera cum sua Celsitudine et subditis sue Celsitudinis non violent, secus facientes animum sue Mtis quem nunc placatum obediencia filiali sibi reddiderunt, inficerent redderentque conturbatum. unde quid seq

opporteret prudens cuiusque iudicium coniectari potest

Ne vero differenciis suis, in rebus eorum Privatis seu domesticis sese inuicem contineant et animis tumultuantibus, ac armis ferocibus inter se digladientur quod minime Caesareae Celsitudini placeret, imo contra mentem suae Mtis talia per eos Principes intentarentur: Mittit Celsitudo sua Commissarium suum et Protectorem authoritate suae Celsitudinis regni Hungariae gubernatorem et Thesaurarium supremumque Capitaneum Exercituum Regni illius Illustrem Ducem Venetorum dominum Ludouicum Gritti cum plena authoritate ac sufficienti instructione vt differencias inter hos Principes dissidentes componat et stabiliat ac Regnum Hungariae in vnam dicionem Regi Joanni redigat et vniat in manusque suae Mtis authoritate Celsi: Caes: conferat et ab his qui vi occupparent eripiat vel si confinia regni aggrederentur ac demoliri conarentur autoritate potenciaque Caesareae Mtis defenderet ac protegeret

Quo autem modo id aggressurus est et quam a nobis habeat instructionem ipse tuae Mgtie. Dni nomine Caesareae Mtis referret. Cui hoc faciendum commisimus vt habita cum eo intelligentia Principi suo mentem Caesareae Mtis litteris suis elucidare queat, et exacte declaret insuper commisit illi Caesarea Mtas vt in conclusione dissensionum horum Principum mutuam habeat intelligenciam cum Regia Poloniae Mte, cuius Mtis consilio et adiutorio vbi opus habuerit vtatur, Principesque Mgtiae tuae pro pietate atque clemencia sua illum non destituat, immo adiuuet. Caesarea Mtas optat et hortatur vt pax inter hos dissidentes Principes quae Caesareae Celsitudini placida erit stabiliri ac concludi per hunc Comissarium authoritate Caesareae Mtis ac opera Regiae Mtis possit,

vt firmiter ab ipsis Principibus obseruetur ac teneatur in pos:
terum.

Hec illi regie Mti vt innate pietatis ac benignitatis Principi
cognato consanguineo, ac vicino illorum dissidencium Principum
bene et expedite conueniunt. Coesareeq3 Celsitudini gratissima
erunt vt ab amico suo quem sua Celsitudo in his et alijs om:
nibus suis desiderijs coniunctissimum habere vult, vt prefatos
dissidentes Principes vicem eorum condolendo, tam sue Cel:
situdini Coesaree et Regi Polonie mutua inter suas Mtes cha:
ritate habita lucrifacere.

Postridie iterum conuenimus ipse Illris Dux Venetorum mecum
in Aulam Mgci domini Ciasbasche in cuius presencia responsum
ex commissione Coesaree Mtis ore suo, lingua latina Dux ipse
mihi dedit quod tale est vt sequitur

Coesarea Mtas me expediuit Vngariam versus cum authori:
tate sua et gentibus sue Celsitudinis, mihiq3 precepit vt
ceptam concordiam inter hos dissidentes Principes authoritate
sue Mtis Coesaree stabilire in cuius Celsitudinis manus
et arbitrium differenciarum suarum causas per certos Ores suos
in presenciam et Aulam sue Celsitudinis cum plenissimis eorum
mandatis et facultatibus sua sponte ~~inuiteq3~~ compromiserut
ac detulerunt, hortan' eius Celsitudinem vt earum differenci:
arum cognicionem sagaci benigno iudicio suo dissenciat, com:
ponat, et exequatur. Quod Celsitudo Coesarea grato animo
in se suscepit partemq3 differenciarum earum et dissensionum
pro Regno Hungarie habitarum, per se Celsitudo Coesarea
presentibus eorum Oratoribus decreto suo mediante diffiniuit.
voluntatemq3 suam declarauit, nec aliter fieri velle pro:
nunciauit, eo vz' modo vt Regnum Hungarie integre, et

ex toto prout in confinibus suis late et longe existit. Et que partes huius regni per Sermum Regem Ferdinandum fuissent occuppate ut sint in dicionem et ptatem sine aliquo strepitu armorum sed mere et de plano in manus Serenissimi Regis Hungarie Joannis moderni concesse et dimisse, finemqz omnibus litibus pro prefato regno imponendo sic ipsa Coesarea Celsitudo per se decrevit. Quam sentenciam Coesaree sue Mtis utraqz parcium Oratoribus suis ad hoc habitis et missis grato animo suscepit literasqz Coesaree Celsitudinis in eademqz causa latam et descriptam sentenciam ad suos Principes acceperunt et ad manus eorum detulerunt.

Quarum literarum tenorem ut percipitur ex litteris Sermi Regis Ferdinandi ad Coesaream Celsitudinem noviter per Nunctium suum Vespesianum de Sabara delatis, non bene Sermus Rex Ferdinandus percepit neqz intellexit vel errore translatoris seu interpretis earum, quo forsan interprete pro tunc sua Serenitas caruit, vel mala informacione Oratorum suorum quos hic ad audiendam et suscipiendam sentenciam miserat, collusus est aliterqz Celsitudini Coesaree respondit qz mens et voluntas erat sue Celsitudinis atqz sentencia sue Celsitudinis descripta in literis, animum voluntatemqz sue Celsitudini declarabat. Scribit enim Sermus Rex Ferdinandus velle parere sentencie Coesaree Mtis ita ut Oratores sui sibi detulerunt. Quemadmodum ipse lris suis affirmat ut maneat circa illa Dominia et sit illis contentus partem Regni Hungarie concernencia que armis per eum parta et conquisita sunt. Quod nunqz erat nec est, nec erit intencionis Coesaree Celsitudinis.

Itaqz hunc errorem extirpandum ex animo Regis Ferdinandi mihi Coesarea Mtas comisit iniunxitqz lacius mentem litteras et sentenciam per suam Celsitudinem latam sup

isto articulo Regni Hungarie declaraturum. Quod si vo:
luntati et sentencie seu decreto Caesaree Mtis stare voluerit
declaracionemque meam approbabit ac plane suscipiet reli:
quas differencias extantes componere et complanare Caesa:
rea Mtas inter ipsos dissidentes Reges mihi comisit, super
quo et Orés predictorum Regum personaliter existentes vna:
nimiter consenserunt et Compromisso coram Celsitudine Cae:
sarea in me facto firmanserunt. Intelligencia tamen habita
vbi opus fuerit Sacre Regie Mtis Regis Polonie, et pre:
sertim in conclusione ac confirmacione earum dissensionum
et differenciarum predictorum Principum, que nequaquam per
me intenta finaliter concludere volo absque presencia sue Mtis
Regis Polonie vel Mtis illius Oratorum. Quod horum con:
ueniencius fieri poterint De quo per literas meas cum Ser:lo
Rege Polonie existens Hungarie, sum tractaturus

Cum enim ad hoc peruentum fuerit vt conclusio de reliquis
differencijs fieri pronunciarique debeat, et finis litibus eo:
rum imponi, necessarium existimo fore vt ambo Reges inter se
nunc dissidentes conueniant et quod per Oratores fieri
nequiuerat (vt est sepius tentatum) in presencia sua conclu:
dant, et foederibus desuper habitis oportunis, ac necessarijs
confirment et ratificent vt illa que peragent perpetua atque
inuiolata maneant.

Sed quia iste congressus oportet vt sit solemnis, et ita etiam
prospiciendum et cauendum est, vt sit tranquilissimus ac
tutus ex omni parte, omnibus euntibus et redeuntibus se:
curus. Principis itaque mei personam primum magni estimo
et me etiam Imperiali Mte in hac comissione preditum mi:
nus estimare non ausim, itaque de loco et modo ac quiete
Conuencionis huius, vt de reliquis differenciarum conclu:
sionibus

cum Sacra Mte Regis Polonie vt ante dixi communicatis Consiliis conuenire volo nam Mti illi Regem meum et me in hac parte authoritate Imperiali fungentem Caesarea Celsitudo praecaeteris omnibus concredere intendit, cuius fidem amicitiam et fraternum amorem sua Celsitudo indies magis experta est, ac indies magis experitur

Et iste erit progressus et conclusio ad conficiendam hanc sanctam vnionem inter eos dissidentes Principes si et inquantum decisionem seu decretum inter eos promulgatum de Regno Hungarie Rex Ferdinandus benigne acceptauerit, quod primum et principale est, vnde et pax foederibus praescripta Caesaree Mtis cum Rege Ferdinando facile sequetur et inuiolata manebit. Sin aliter bellum certo certius sperandum erit. Quod si Caesarea Mtas offensa et delusa per Regem Ferdinandum coacta iterum bellum instaurauerit terrasque Dominia Regis Ferdinandi potestate sua visitabit, foeliciterque sibi prout confidit deo, succedet, vt ante succedebat non ita benignus Regibus ipsis ac regnis eorum apparebit prout ante fuit si abutentur clemencia et pietate sua qua eos esse deuinctos sibi putauerat, haecque deo nota erunt ac declarabuntur caeteris Chrianis Principibus, litteris sue Caesaree Mtis quod non ex animo sed in litteris contumeliis lacessitus a rege Ferdinando aggredi illa cogetur

Quod spectat Moldauum satis clare inferius descripsi quibus verbis aggressus sum per Aiasbascham, mediante interprete ipso domino Duce Venetorum, et quia satis magne importantie res et negocium illud est, impetraui vt idem dominus Dux qui se interpretem gessit suas etiam literas in eodem negocio daret ad Sacram Regiam Mtem dominum meum clementissimum, quas cum litteris Rme D. vre scriptis

insimul inclusi. Qui si id integre scripsit ut mecum locutus
est nescio (Venetus enim est) ego tamen omnino nihil addi:
di, nec ommisi recteqꝫ ea descripsi que mecum oretenus locuti
sunt, ac Sacre Mti Regie significare comiserunt nomine
Cesaree Mtis.

Tandem de Moldano quem nos Valachum nominamus hoste
Principis mei clementissimi mentio facta est. interrogatus su
cum Sermo Principe meo pacem et concordiam inivit: de quo
me inscium dixi, asserens me prius discessisse è Regno anteqꝫ
cum eo aliquid de pace conclusum fuisset. Dixi tamen Nunctios
misisse ipsum Palatinum ad Sermum Regem et dominum meum,
per quos forsan Palatinus optabat et tentabat concordiam.
Quid postea secutum est nescio. Interrogatus quid sperem se:
queture ne an non? respondi difficiles condiciones pacis obicere
per ipsum Palatinum nec credo velle Principem meum his
consentire debere. Que ille essent: interrogatus, respondi: op:
tat sibi restitui ingenia bellica, vexilla, et captivos. que
omnia tempore belli nuper acti amiserat. simulqꝫ petit ut
terra Pokuczie vulgari idiomate dicta sibi donetur, que nunqꝫ
antea sua, nec suorum predecessorum erat. Credo tamen eu
posse impetrare, captivos libere mittendos ex utraqꝫ parte,
quos Princeps meus ut generi humano benignissimus in plu:
ribus hostibus suis victoria parta libere manumittebat
In aliis vero supranominatis effectu peticionis sue apud Prin:
cipem meum non credo illum posse consequuturum. Dixit pre:
terea Dux nomine suo et Aiasbasche, non meretur ipse Pa:
latinus omnino graciam Principis tue Mgcie: Qui quoadvixerit
nunqꝫ cessaturus (ut nos certo scimus et credimus) moles:
tari variis modis Principem illum benignissimum Regem
Polonie, inimicum enim capitalem Regi illi clementissimo
certocertius agnovimus. Respondi insidias suas Principi meo

bene et manifeste notas esse. Scio tamen Principem meum illas sibi illatas strennue propulsasse, vt verum Principem et protectorem Regni sui decebat. Responsum est iterum multo maiora ei mala fuisse quam que sibi contigerunt, et merito, mala siquidem malum decent. Ego tot verbis per eos de ipso Valacho concitus intellexi non absre ista fore, eisque iterum verbis eos sum aggressus. Princeps meus scit ipsum Palatinum fore Vasallum ac foeudatarium Celsitudinis Coesaree, Quicquid ergo mitius geritur in eum, à Principe meo clementissimo quam ipse meretur, causa Celsitudinis Coesaree id agit Princeps meus. Cuius Coesaree Maiestatis ob amorem fratrum et amicitiam in personam et in Imperium, ac in Vasallos eiusdem Celsitudinis secundum prescripta foederum accuratissime obseruat. vellem itaque scire que sit mens Coesaree Celsitudinis erga Palatinum prefatum. Et quomodo Princeps meus cum ipso agere et procedere in hiis dissidiis per eum in Principem meum iactis et nondum desitis debeat.

Responsum est Coesaream Maiestatem nobis commisisse, vt tibi secreto secrecius referamus quod est conclusum, in pectoreque Coesaree Celsitudinis firmatum cum tempore, quod prope adest: neque diu est expectandum quod iste Palatinus nemini fidelis omniumque scelerum plenissimus castigaretur et corriperetur Quod cum fieri debeat ante innotescet. Coesarea Celsitudo mentem voluntatemque suam Maiestati Regis Polonie, vt prolunc sua Maiestas Regia eo fortius sue etiam vlciscatur iniurie, modo nunc Regia Maiestas non inferat sibi bellum, propulset tamen siquid ipse intentauerit, imo arceat sua Maiestas, ne quid ipse in Dominiis ac subditis sue Maiestatis perperam agat, Nulla etenim est sibi fides adhibenda.

Quesiui tandem si persona Palatini sit exosa Coesaree Maiestati vel si totum genus illud hominum de quibus sua Celsitudo

habet tributum poenas luere debeat. Responderunt mihi pro:
uisum esse ne pereant gentes Pallatinatus illius Tributumque
Caesaris (ut solet singulis annis fieri) minutum contribuatur
Palatinus vero ut rebellis et contumax erga Caesaream Mtem
destituatur et alter loco sui ibidem collocetur. Quesiui quis
sibi succedere deberet, vellem etenim ut Princeps meus sci:
ret vicinum sibi ~~sibi~~ futurum meliorem, pacisque et foederum
maiorem cultorem quam hic erat. Responsum est mihi de alio Pa:
latino locando in locum istius: velle Caesaream Celsitudinem
conuenire cum Regia Mte Poloniae antequam contra illum insur:
gere et arma mouere deberet: qui suis Mtibus magis ido:
neus et fidelis collocari, ac illi terrae praefici videretur. faciliusque
iste modernus deponi poterit cum ex omni parte circumseptus,
aggredietur, prout id iam constitutum ac conclusum est in
animo Caesareae Celsitudinis. Ab Imperio enim suo certos
Sandziacos cum Exercitu et apparatu bellico est missurus.
Idem Rex Joannes, cui etiam ut ipsi dixerunt multum intulit
leuitatis et contumeliae, de terra Transsiluaniae est eum aggres:
surus. Idem Pallatinus Moldaniae quem mea lingua Multanski
vocamus ex iussu Caesareae Celsitudinis illum adorietur. Scithe
sub eodem tempore eundem inuadere non negligent. Sermum
itidem Regem Poloniae ex Confinibus Regnorum suorum ad
vota Caesareae Celsitudinis praestaturum speramus. qui sic cir:
cumseptus hostibus ex omni parte, à suis populis in manus Cae:
sareae Celsitudinis extradetur corripiendus. Sin minus tum
et ipsi simul cum eo periclitabuntur.

Et adiunxerunt, scribat haec D.o tua Mgca Principi suo, ac
significet litteris suis ut sua Regia Mtas sciens mentem Cae:
sareae Celsitudinis, conformet animum suum ad vota suae Cel:
situdinis, parem se exhibituram vicissitudinem à Celsitudine
Caesarea habitura desideriisque suis compotem, dum ab eadem
Caesarea Celsitudine optauerit

+ In quo non despiciat sua Caesarea Mtas
votis suae Celsitudinis

Andreas de Tanczin Castell^s Cracouien
Hierosolimitanus peræegrinus

Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancell^o.

Rme in Chro Pr et domine fautor gratiose ac honoran
Post seruitutis mee in gram vre Rme Ptis comendacione.
Nouitates quas vre Rme D. scribere institui, hec sunt, prout
scire vra Ptas Rma velit. Imbraimbascham summum
Consiliarium et Capitaneum Exercituum Coesaree Celsitudi:
nis cum magna potencia Exercituum et tota fere Aula Coe:
saree Mtis, non ita diu processisse ad eas terras seu proui:
cias que in Persiam tendunt, et illic hybernare constituit.
Nonnulli dicunt contra Regem Persarum quem nos Zophi
nominamus perrexisse, aliqui etiam asserunt contra Regem
Portugalie, alii contra nonnullos Magnates qui desciuerunt a dicione sua
Imperiali. Ceteri vero affirmant existere Ciuitatem vnam
dictam Babilon, in illis partibus tam magnam vt etiam sua
vastitate Alkair superat, eamqz olim fuisse per Regem
Persarum comissam ad regendum subditos eius, aliqui vero
magne authoritatis et ptatis, quam rursus Rex Persarũ
ab eo rectore alienare, et alium loco sui instituere voluerat
vnde ipse Rector ad Coesarem Thurcarum misit. fauendo
eam Ciuitatem magis Coesari qz ipsi Regi, modo mitte:
ret Exercitum ad eam possidendam et occupandam
Sola etiam Mtas Ces. vt fama mature in principio estatis, cum suo
Exercitu eundem Imbraimbascham sequi debet. Sunt etiã
qui dicunt eum Imbraimbascham velle aggredi et oppugnari
Corfon et Modon, Ciuitates quas olim Andreas de Dorea re:
ceperat, rectaqz exinde multi sperant eum Imbraimbascham
Neapolim versus tendere. Item hiis temporibus Andreas

De Doro Prefectus Navium Imperatoris Caroli Caesaris habi:
ta fortasse intelligencia cum Venetis aggressus est Classem Cae:
saris Thurcarum prelioqz cum eis inito victor euasit. supraqz
triginta Naues magnas, Thurci vero quattuordecim duntaxat
fatentur cepit, et multos earum Nauium Prefectos captiuos ab:
duxit. quos nominatim prout habui relatum à domino Vespesiano
de Zabara Oratore Sermi Regis Ferdinandi describo in Sce:
dula.

Nunc autem Caesar Thurcarum numerosissimam Classem parare
et contra Andream prefatum Doriam expedire comisit, volens
vlcisci hanc iniuriam per eum sue Celsitudini illatam. eiqz Classi
Prefectos dedit Generum suum qui sue Caesaree Celsitudinis so:
rorem duxit, et alium eidem Classi constituit regt Regem
Barbarie, qui vterqz illorum me pnte Constantinopolim aduene:
rant. Caeterum Dux Venetorum Illris dominus Ludoui:
cus post aliquot septimanas, Vngariam ibit causa exequendoru
comissorum à Caesarea Celsitudine sibi iniunctorum. Qui etiam
Dux certos habet Sandziacos tam in Confinibus Regni Hungarie
qz etiam Palatinatus Moldauie, qui semper presto erunt ingru:
ente aliqua necessitate pro deffensione Regni Hungarie.

It fama etiam ad me peruenit, Summum Pontificem cum Caesare
Carolo ac Rege Gallorum, in vnum conuenisse vnumqz velle
et nolle sibi, ac hostibus suis, et hoc ex relatu eiusdem eiusd
domini Vespesiani de Zabara quem huc preueni, et huc vsqz
expeditus non est. Etiam me in Constantinopoli pnte venit
quidam Hyschpanus Throylus vocatus qui à Cesare meo of:
fensus vellet aliquid sue Mti incommodare. sed credo eque
sibi succedere, atqz Camillo qui eodem morbo laborans non
permissus est videre personam Caesaris. iussus redijt cum
Venetorum Oratore quem obuium habui in Edernopoli Ciui:
tate. Preterea et hoc Vre Rme Pth etiam insinuo. Intelligi

250

ex secretioribus Caesarem Thurcarum conuersurum esse, cum potenciis suis ad partem orientalem vbi posset esse cum suae M^{tis} magno commodo et vtilitate, non parua, verum multum timeo ne distrahatur, et reducatur, abinde per istum Prefectum Classis Caesaris Christianorum, Nempe Andream de Doro. Timeo enim si illic diuerteret. occupaturum Neapolim (et quod absit) ne etiam Romam attingat, vel ne iterum quod deus auertat si non perficietur ista concordia inter Serenissimum Regem Ferdinandum et Joannem Austriam sit aggressurus. Est enim hic Imperator vt cognoui potentissimus, ditissimus et foelicissimus, nihilo nisi diuina gratia egens, Si itaque tercio ad Austriam proficiscetur, magnum damnum et periculum exinde facile sequetur. Et timendum postea ne meis terris istud malum (quod absit) approximetur, et quamuis tota Christianitas est indolenda, ordinata tamen charitas incipit a se ipso, hec tamen magis trutinanda et deliberanda D. mis Vrae Rmae sagaci ingenio committo.

Litterae Caesareae M^{tis} quas per presentem meum Nuncium mitto de reliquis meis negociis M^{ti} Regiae fidem et testimonium afferent. Quem cum expedire Vra Rma D^o dignabitur, litteras suas et Principis mei clementissimi sine cessarum videbitur deferendas ad me committet. Securus enim per Regna Hungariae et Thurcarum Imperium ad me redire poterit. Constantinopolim conductore Vlaco Thurcico nomine dicto fungente, quem vel Dux Venetorum vel dominus Palatinus Syradien ad petita mea ordinabit Tandem iterum atque iterum Vrae Rmae D.mis gratiae, me seruiciaque mea vnice commendo eamque diutissime foelicem ac optime sanam ex animo cupio Datum ex Constantinopolim xvii Decembris Anno domini M^o. D^o. XXXiii

Ibrahimus Bassa.
Sigismundo primo regi Polonie

Zlaski bozei i zlaski Czessarza nawienthschego, namocznieisze Czessarza nad Czessarzmi. Crola nad Crolmi, ktori Coroni Crolom rozdaie a panowanie ma nad Balim, nad czarenim Morzem, y nad wielie Czessarsthwii, y nad wielie Crolesthwi, y nad rozmagithimi, y nad bogathimi, y nad slawnieischimi ziemiami. Ja Imbraimbascha iego Czessarskiei Mci Serasker Solthan nawissi Secretarz y Heithman nawisschi, Gubernator wschisthkich poddanych iego Czessarskiei Mci, y wschisthkich Czessarsthw y Crolesthw. Pansthw, Scarbow, nawissi a naprzednieischi rzadziczieł, y wschitkich panow wielkich, y wschisthkich Gubernatorow, y wschisthkich urzendnikow, y Dworzan nawissi sprawcza, naglownieischi pan, i nawisschi naschei wiari, naschei mocy, naschego swiatha, nad Bohatirmi Bohatir, nad mocznimi mocni, nad namocznieischimi, namocznieischi. ktorim iesth Imbraimbascha Seraskier Soltan, czo roskaze bedzie roskazano, czo skaze bedzie skazono: czo komu dam bedzie dano, czo komu vezme bedzie wziato: skim chcze walke poczancz bedzie poczentha: a skim chcze abi bil pokoi bendzie pokoi dzierzan a womoczi sa vmnie, w reku mogich wschisthkie sprawi pana mego milosziwego.

Milosziwi Crolu, slisselismi sposla waschei Crolewskiei Mci, spana Jendrzeia Gorabie sTanczina, Castellana Cracowskiego, ktori iesth naprzednieischa Rada vaschei Crolewskiei Mci miedzi Swieczkimi. izbi Bialogrodsczi Thatarowie ktorzi sa poddani pana mego mieli bi lieckkimi wyiazdi

iako mowiane zlodzieiskim obiczaiem wgezdzac wziemię
Vaschei Crolewskiei Mci à schkodi poddanim waschei Crolew:
skiei Mci czinicz, czego mi nieradzi slischem abi oni mieli nad
pokoi i nad przimierze, ktore iesth miedzi wascha Crolewska
Mcia, ÿ miedzi panem mogim pewniei a iscie vstanowioni
mieli czo czinicz bes roskazania pana mego, ÿ mego wiedze:
nia, ÿ pissa gim listh gimieniem pana mego, ÿ mocza swa
ktora mi iesth dana, roskazuiancz, abi takowei rzeczi niesmieli
wiangzei czi czinicz, a iesliżebi gdi mimo ti listhi czo czinic
smieli abo czinili, wascha Crolewska Mc roskaz: abi bili po:
gimani, a niektore snich raczezie odeslac do pana mego i do:
mnie, ia sie chcza spilnosczia dowiedziec, sczinego tho ros:
kazania czinia, iesli sami ssiebie to maia, albo zrzandze:
nia Valaskieo, skad kolwiek to miecz benda, kazdi stich
ktori to vczinil, albo ie naprawil, à wroczi się do domu do
Panstwa pana mego, bendzie tak srogo karan, isch thego
pothim czinicz niebendzie smial ani mogl, ÿ ÿnim bendzie
stego przikład, ktosch kolwiek iesth poddanim à Holdow:
nikiem pana mego, à bendzie smial dac przicznia zrusse:
nia przimierza, miedzi panem mogim, à miedzi Vascha
Crolewska Mcia, a pokoin niebendzie zachowiwal, bendzie
takiesch karan iako czi karani benda. O drugie Tatari
Przekopskie raczi wascha Crolewska Mc wiedziec zeia mo:
cza pana mego à przicznia swa vsadzilem dzissieissego Cze:
ssarza Thatarskieo na to Czarstwo, ktori iest panu memu
snem à mnie brathem, i themum to roskazal abi zwassa
Crolewska Mcia pokoi zachowal, ÿ wtakim przimierzu bil
iako pan moi iesth, athemu ia wierza, isch sia ten wero:
lebitkim tak zachowa, itemu tesch moze wascha Crolewska
Mc wierzic pewnie iako sia zwascha Crolewska Mcia v:
mowi, isch tego wniwczim nieprzestampi, bo iesth dobri czno:
thiwi ÿ pokoini pan, iam gi poznal dobrze bo bil semna dlugo

na Dworze pana mego, i z mogich slow mozesch mu dobrze wa:
scha Crolewska Mć wierzic i pokoi smim postanowicz
Haslam Soltan to iesth iescze mlodi, a wswei mlodosci niedokon:
cza iescze postanowiom a wschakoss bendzie i ten postempowal
wkrotkim czasie po woli pana mego i moiei, ktoremu tesch to
pan moi roskaze, i ia z roskazania pana mego abi tesch z wascha
Crolewska Mcia / wpokoyu ~~wporm~~ bil. O Valaskieo Voiewode
raczi wascha Crolewska Mć malo poczekac, a wschakoss strze:
ganc swich ziem od niego abi niebile kazone, bo niemasch
komu do koncza wierzic, wkrotkiem czasie pan moi to roskaze
ize ma dossic v siebie slug y poddanich, ktorzi na thim mies:
czu bendanczi przecziw panv memu wiarę zachowaia a
z wascha Mcia w dobrim sasieczthwie beda. Przimierza teo
niepotrzeba waschei Crolewskiei Mci czinic s thim Voiewoda
bo on iest wprzimierze pana mego wlozon, iako Czessarskiei
Mci Holdownik. a to z mich vsth y z mego roskazania posel
Vaschei Crolewskiei Mci pan Jendrzei Hrabia Stanczina,
Castellan Cracowski, napierwscha Rada miedzi Swieczkimi
waschei Crolewskiei Mci pissal iezikiem waschei Crolewskiei
Mci ziemie abi tak bil rozumm czisz a iam pieczanc mo:
ię do tego listu przilozil abi tim wianczssa wiara themu listo:
wi wascha Crolewska Mć dal, bo slowa moie sa slowa pana
mego, ktore sia nigdi niemienia ani sia wczassiech naschich
mienicz benda tego wascha Crolewska Mć banc isth a pewien
Dan Schelepu trzeczieo dnia Marcza xiazizga lata Macho:
metha Mustaffa dziewiacz seth liath iczterdziesczi liath
Christusowego thissiac piecz seth y cztery

Andreas de Tanczin Castell. Craccouien
Petro Tomicio Epo Cracc. Vicecancell
Regni Poloniae.

RME in Chro Pr domine et domine patrone ac fautor graciosissime ac honoran[me]. Serviciorum meorum premissa commendacione humillima. Post discessum meum de Constantinopoli, ex Aula Cesaree Celsitudinis, Postqz illam priorem expedicionem meã quam Vrẽ Rme. D. prioribus satis lucide descripseram continuaui iter meum Hierosolimam versus, et preueni in quadam famata Ciuitate Helep dicta, eam mei Cosmographi Anthiochiã magnam Syrie vocant sub Montibus Thauri iacentem, Illrem dominum Imbraimbascham supremum Secretarium Coesaree Cel[ms] ad cuius presenciam accessi, et cum salutacione à Principe meo clementissimo, reddidi eidem litteras à sua Sacra Mte per Rmã D. Vrãm mihi datas. Qui reuerenter ac humaniter illas suscepit, meqz audiuit, et legacionem quam coram Cel[ne] Cesarea dixi, iussit mihi denuo sibi referre, quod et feci voluntati Ill. D. sue obtemperans, cuius authoritatem magnam cognoui, et forsan maiorem Coesarea Celsitudo sue Ill. D. tribuit qz sibi reliqt Qui eandem legationem audiens quid mecum in prima et secunda audientia egit, Rme. D. Vrẽ descripsi, partemqz ex litteris Coesaree Celsitudinis quas ipse dominus Imbraimbascha noie Coesaree Celsitudinis scribere iussit, per hoc declarans authoritatem suam, quod etiam in absencia Coesaree Celsitudinis omnia ei licent, et quod in absencia eius à Coesare non erant mihi alie date littere, dumtaxat littere fidei, dixit propter eius absenciam id factum fuisse. Nunc vero declarat in istis responsa omnia mihi data in Aula Coesaree Celsitudinis, vrã Rmã. D. intelliget partem ex eius litteris ad Regiam Mtem

datis, quas me iussit ex ore suo lingua mea materna scribere, ut
eo facilius legerentur, quum habeamus defectum interpretum. Si:
gilloque suo muniuit, ut eis maior fides adhibeatur. Ego etiam
coetera que ex ore eius audiui V(est)re R(everendissi)me D(ominationi) articulatim breuis
descripsi. his omnibus perlectis, intelliget V(est)ra R(everendissi)ma D(ominatio) amo:
rem, fauorem, ac humanitatem quem gerit erga Principem no:
strum clementissimum, et plurimum cupit coniunctissimos esse Coe:
saream Celsitudinem cum Regia M(aies)te domino meo clementissimo,
perpetuaque amicitia et foedere inter se frui. Est ipse dominus
Imbraimbascha Princeps magne fortune cum sibi omnia affluere
uberius clarissime dinoscuntur, utpote industria, Diuitie, magna:
nimitas, dexteritas in rebus gerendis, et his similia, preter sta:
turam corporis sibi minime desunt, qui modis omnibus curat
ut nomen eius et authoritas omnibus Christianis Principibus et
fere toti orbi sit cognita, cupitque ab omnibus venerari, amari,
et timeri, Principem meum clementissimum speciali prosequitur amore,
intime ut aspicio, nominatque suam M(aies)tem dominum inter omnes Prin:
cipes Christianos virtutibus excellentissimum, et etate ac moribus
preditum, sepiusque illam appellat patrem Coesaree Celsitudinis
domini sue Ill(ustrissi)me D., dominumque suum Coesaream Celsitudinem
filium M(aies)tis Regie dignatur et filiali amore M(aies)tem Regiam
per dominum suum prosequi asserit, in seruandoque foedere ac Treu:
gis pacis cum Regia M(aies)te domino meo clementissimo constan:
tissimum et perseuerantissimum dominum suum M(aies)tem Coesaream
coram me firmissime et Sancte asserebat, que gratius acceptan:
da sunt iudicio meo pro parte Principis mei clementissimi, quam
quod fides his non adhiberetur, nullam enim video arduam et
arctam adeo necessitatem qua premeretur, ut fallaciis uti de:
beat, quandoquidem omnia sibi Principique suo pro voto suc:
cedunt. Ea tamen potius ascribo diuine gracie, que cum cor:
dibus hominum dispensat, prout vult. Eo fauore istius ma:
gne authoritatis hominis credo fore uti clementissimum Prin:

cipem nostrum, Idq3 maxime muneris ac officii V.re R.me D. est, vt frequencius ac item diligencius premoneat Sacram Regiam M.tem dominum meum clementissimum, vt his pocius fruatur pro honesto et vtili suo, q3 vt illa negligat, modus enim quo conseruari iste Princeps poterit, est satis facilis, nec adeo sumptuosus vt subterfugiatur. Est enim venacionibus deditus presertim aucupiis magnorum falconum als Bialozorow in magnis deliciis eas habens, ac aliorum minorum falconum, qui altissimo volatu prestarent, ac varias aues velocitate sua de alto peterent, quorum vtiq3 frequencia solet haberi in terris meis, hec optat sua Ill.ma D. à Ser.mo Rege meo Juniore, cum quo eo modo vellet inire noticiam et familiaritatem pro cuius voluptate vellet equos Arabicos, qui hic maximi reputantur sue M.ti etiam mittere, dicens iuuenes Principes in deliciis habere Equos, Canes, Aues, et id genus venacionum. à clementissimo vero Principe seniore optat sepius Principi suo et sibi scribi litteras, vt exinde maior fomes amoris inter eos augeatur crescatq3, hec vt dixi, facillima sunt et mediocribus Oratoribus exequi possunt, sine magna difficultate donorum et expensarum. Hec M.tas sua si placebit M.ti sue pro bono suo et filii sui Regnorumq3 suorum faciliter explere poterit, id tamen ego pro exilitate ingenioli mei consulerem et petere facienda. Equum enim et vtile videtur rebus paruis magna sartiri et conquirere, occasione ad hoc presertim habita decenti.

Idem Ill.is D. Bascha actiones suas quas acturus est modo sic mihi declarauit, veni huc cum ea parua potencia contra istum Regem Persarum volens eo modo illum in Campum prouocare, Cui si compertum fuisset, me magnas copias militum habere, aut Celsitudinem Caesaream personaliter adesse, nunq3 auderet prelium committere, et ita eo modo id facio speroq3 illum in Campum exiturum, Quodsi non auderet contra me egredi, et prelium inire subterfugeret, ego tum cum auxilio Dei oipotentis

Ciuitates Arcesq3 illius admitar subycere, facileq3 in hoc voti mei spero compotem esse Nam multi Primores ipsius et homines superioris ac inferioris status ad pedes meos iam confugiunt, committendo se in tutelam Mti Caesaree, proq3 domino suam Mtem profitendo Quod fecerunt partim permoti timore et formidine potenciarum mearum, ne vitam cum bonis suis amitterent, partim etiam magna iniuria atq3 crudelitate huius Perse domini sui. Addidit enim Is dominus Imbraimbascha tantam ibi crudelitatem vigere, vt hominum carne eos vesci dicebat, suieq3 norma et lege victitare, vtpote singuli singulorum vxoribus commiscentur, et maxime qui potencia preeminet, facit quicqd libuerit, virgines, adolescentulos in Symposiis corrumpendo et alter alterius vxori in publico comiscendo, hec et alia recensebat. Dixitq3 hanc iniuriam nequiciamq3 eorum vindicem futuram, et facilem horum scelerum que illic exercentur Quos pocius et vere Thurcas nominabat q3 se et suos, alioquin homines tantis nequiciis conspurcatos Quum vero hec perficiebant incertum ac ignotum tempus est hoc tamen ex comuni plebe horum Aulicorum quibus stipatur is dominus percipitur quod non libenti animo prelium inire volunt cum Persis, tanq3 cum sue fidei hominibus quos proximos appellant multoq3 magis cupiunt diuerti in Gauros quos ipi Chrianos nominant et presertim gentem Germanam nimium exosam habent, Cui non tantum minantur, sed optant vt eo celerius in illos Princeps eorum suas potentias diuertat Et ob id multa angmentur, finguntq3 illic agi vt ita habeant legittimam ac quasi necessariam causam tanq3 hii qui magis cupiunt illic q3 hic videri. Princeps tamen illorum ftt. dominus Imbraimbascha, longe aliter sentit, qui vt dicit cupere Chriamitati pacem modo soli Chriani non prebeant ansam bellandi in Persas sui furorem animi, si fortuna admittet effundere velit.

Ego interea iter meum Hierosolimam diuina fauente gratia prosequi

sequi volo, nec abinde adeo celeriter, vt prius sperabam redire possum, credo enim vix me Constantinopolim reuersurum pro festo Pentecosten, litteræ tamen si quæ videbuntur necessariæ mihi deferendæ, authoritati istius Principis domini Imbra: imbaschæ porrigentur mihi celerrime ex Constantinopoli vbi: cumque locorum fuerim per Postas quas ipsi Vlacos nominat

De Ill: domino Gritti Duce Venetiarum sic sentio, et percepi quod vellet authoritate sua istos dissidentes Principes concor: dare, vt exinde laudem posset consequi, et aliquod priuatum suum bonum in hac parte prospiciat, et timendum est, si non ade: rit Mtas Regia dominus meus clementissimus Primarius ar: biter quod vtraque Mtas dissidentium Principum per eum do: minum Gritti colludetur, hoc secreto secretius est, quod etiam lris committere non audeo, vnum tamen effeci hic existens apud Illmum dominum Imbraimbascham quod omnino plus co: fidit iam in hac parte Sacræ Mti Regiæ domino meo clemo quam ipsi Duci Venetorum, et authoritatem Cæsaream quam ei concesserat iam ei aliquantulum prescribit, eo vsque modo ne quid inscio Principe meo clementio in rebus istius concor: diæ aggrediatur, modo Princeps meus clementissimus nolit sua opera deesse, sed exuere ab eo negotio amore dei, amore familiæ Mtis suæ clarissimæ, amore boni totius Christianitatis, non amittat hanc occasionem quam habet in manu sua Mtas et subeat Mtas sua eam prouinciam, paruumque hunc laborem tediosum non magni sibi faciat, propter magnam gloriam nominis sui et vtilitatem totius Christianitatis que exinde fu: tura est, quam describere longum esset, Sapienti tamen cuili: bet satis est dictum. Habet sua Mtas initium et modum cum eo Duce Gritti hunc actum ingrediendi dum sua Mtas rescribet litteris suis quas ego ad Mtem suam misi et Ora: torem mediocrem discretum cum illis ad eum mittat, per quem

intelligenciam mutuam de his habeant, quibus modis res ipa aggredi possit vt bono fine terminaretur, sine simulacione que vtriqz parti periculo est. hec ego que intelligo scribo vra tamen Rma. D. suo prudenti et sagaci ingenio melius illa discutere poterit, que erunt vtiliora pro republica xpiana et Principis mei clementissimi Statu ac filii sue Mtis. Veneti enim quorum hic Oratorem preueni, non dormiunt, agunt sua negocia, et credo si Rex Joannes interiret partem Regni Hungarie possessuros, qua vi et quibus modis, non tutum ac longum esset scribere non caret enim iusta suspicione qum hec euenire possint.

Cesarea Celsitudo nauale bellum curans et comota per Andream de Auria qui nunc vt ante scripseram aliquot Naues cum milicia Cesaree Celsitudinis agressus fuerat et deuicerat, ante Choron et Modon ceperat, instituit Regem Barbarie in Capitaneum supremum naualis prelii. Cui duos portus hos videlicet comisit Rhodis atqz Alexandrie pro personaqz sua triginta millia Ducatorum stipendium instituit, qui rex omnibus viribus conabitur iam aggredi hunc Andream de Auria, et timendum est, ne Napulia ac Italia sint in magno periculo, si Christiani Principes et capita xpiana simultatibus suis vt ceperunt inter se non desistant ac tempestiue non occurrant periculo. Res enim moram non patitur, hec propediem, vtinam sim vates incertus, audientur De quibus lacius cum ipse aduenero disserere possim

Auditur eciam hic Choron et Modon rursus per milites Celsitudinis Cesaree Thurcarum acceptas fore, Iste enim Sandziacus Semendrien his temporibus illic fuit locatus tanqz in dicioribus et maioribus prouinciis, qui collectis copiis

admitebatur eas Arces oppugnare, multosq3 ibidem varijs supplicijs affecit, deinde ipsi miserrimi Incole illarum Arci-um saluti sue et suorum consulendo Arces iterum eidem Sandziaco tradiderunt, sic fama hic erat, an vera incer-tum est mihi

Quod vero spectat istos Thartaros Przekopskie et Bialo-grodskie ac ipsum Valachum de hoc ipse Illr. D. Imbrami-bascha propria motione et voluntate nihil à me admo-nitus disserebat verbisq3 talibus quales in litteris Sa-cre Sacre Mtis Regie sunt scripte, per Interpretem mihi di-cebat, sine mea aliqua mentione, id tamen ego audiens boni consulebam, quum nihil videbam esse contra nos rēq3 publicam vram. Et eciam quia vrā Rma D. nullam mihi de hoc informacionem dederat.

De hijs omnibus rebus, de quibus ad suam Mtem Regiam dominum clementissimum ob tedium lectionis sue Mtis scribere non fui ausus, precor vram Rmam. D. plena-rie suam Mtem edocere de hijs velit.

Hec vero que hic bona mente et sincero animo egi, precor boni consulantur, sperabam siquidem in talibus obsequium prestare Deo, cupiens hos dissidentes Principes in concor-diam redigere opera Principis mei clementissimi que si boni non consulerentur, queso ignoscantur mihi tamen, quum nemo de bono opere lapidari debeat Ego ab om-nibus si modo cognitam voluntatem Mtis sue domini mei clementissimi habuero supersedebo.

Interimq3 vre Rme D. me commendatum iri cupio Eaq3 impensissime rogo velit me seruiciaq3 mea humilima

Sacre Mti Regie domino nro clementissimo commendata facere, et me ab emulis meis coram sua Sacra Mte tueri ac defendere Quam gram Vre Rme. D. ego rursus cu aliter rependere nequeo, saltim q ubicumqz locorum fuero vt peregrinus deum optimum Maximum, pro Rma. D. deprecabor, idoneosqz ad hoc munus homines deprecaturos conueniam Quam Rmam D. vram diutissime optime sa: nam viuere, secundumqz animi sui sentenciam omnibus rebus frui ex animo precor Datz ex Helep tercia die Marcii Anno domini M°. D. XXXiiij°

Dignetur Rma. D°. Vra de hiis omnibus rebus Vre Rme D. per me conscriptis, significare et communicare Ill: domino Joanni Comiti de Tharnow Palatino Russie etc amico suo syncero, vt habita mutua intelligentia, dig: nabuntur prestancie Vre consulere ac promonere hoc negocium perficiendum a Mte Regia domino nro cle: mentissimo si vtile Vris prestanciis videbitur. Sin minus ab eisdem informari cupio

Haec in prima sessione Ibraim Bassa locutus est ad Andream de Thanczin Castellanum Cracc.

Prout antea prioribus literis Serme Mti sue Regie signifi: caueram, me aduersus hostem domini mei arma tulisse, sciens Mtem suam Regiam Principi meo esse sincerum et constantem amicum, hortabar vt Dei auxilium imploraret, pro foelici euentu belli Principi meo, cui non dubito id fa: uet ex animo vt amico suo et mihi Secretario sue Celsitu: dinis, et nunc iam perueni vsqz ad Halep, maneoqz vsqz huc in Dominiis Principi meo subiectis, iamqz hosti propinquior

sum qz ante fui, et bona initia Deo volente fortuna Princi:
pis mei ac regimine meo in hoste apparent, Nam subditi
illius, terrore perculsi, ne lugeant penas simulqz cum bo:
nis pereant, recurrerunt multi ad pedes meos, Principi meo
clementissimo sese subiciendo et gratiam eius implorando, Iti:
dem deo adiutore futurum brevi spero Principem eorum fa:
cturum, vel si non fecerit, penas condignas luiturum, quod
postea per Principem meum clementissimum, et me, cum factu
fuerit, sue Mti vt amico sincero non erit incognitum, vt ita
simul gaudeat de foelicitate ac triumpho Principis mei,

Illic me prevenit in Halep Orator Mtis sue Regie Andre:
as Comes de Thanczin Castellanus Crac, qui mihi litteras
Serme Mtis sue reddidit, et favorem Mtis sue ob bona
amicitiam verbis humaniter declaravit, Quod vt lubens
audivi, ita et reverentur, vt decuit per eum à Mte sua ac:
cepi, Is seriem tocius legacionis sue quam apud Coesarea
Celsitudinem gesserat, mihi declaravit, quam intellexi ex
puro ac sincero animo processisse Mtis sue Regie vt Pri:
cipis maturi, probi et nomine suo inter Chrianos Princi:
pes apud nos laudatissimi et acceptissimi idqz facit cupiendo
rem optimam vezt pacem et tranquilitatem Principum, que
à quolibet bono Principe est magnifacienda. Coesarea enim
Celsitudo Princeps meus clementissimus nemini infert bellu
nisi lacessitus ab aliquo iniuria, nemini aufert sua, cum pro:
priis satis superqz abundat, lesus tamen à superbis et tu:
multuosis vlciscitur ac vindicat lesam Mtem iniuriamqz sua
quod omnibus fere partibus mundi cognitum est, qua potencia
authoritate, fortuna, diviciisqz polleat, et quos ex hostibus ce:
perit triumphos plurimos, quorum personas, Dominia, subdi:
tos plurimos numero sibi subiecerit ac debellaverit, Et qua
iusticia ac clemencia sit in subditos suos et in confederatos

amicos, notum fere toti orbi est, omnesqz id de Celsitudine Coe:
sarea Principe meo clementissimo merito predicare debent, qui
verbum suum pro lege Imperiali maxime observat, et velut
summum numen, vt summum decet Coesarem, sume colit, eiusqz
Sacram veritatem quamuis totus orbis expertus est, ac indies
experitur. Illi tamen duo Principes ac Reges. Ioannes Hun:
garie et Ferdinandus Romanorum et Bohemie, precipue si veri:
tatem non celauerit prout dignum est, vt ab omnibus Prinici:
pibus teneatur et obseruetur, testabuntur Principis mei cle:
mentissimi iusticiam ac clemenciam, quam in eos ac eorum Domi:
nia, Regnaqz fecerit. Quod scio Mtem suam ac ceteros om:
nes Chrianos Principes non latere hec enim sunt Sole clari:
ora, nec ab eis negari possunt quid clementie ac iusticie à
Principe meo vterqz illorum assequutus est, quod promocione
mea apud Coesaream Celsitudinem dominum meum clemé:
tissimum factum est. et per neminem alium id effici potuisset
nisi ego hoc negocium promouissem, fauens Chrianitati cum
Principe meo pacem quam si curauerint obseruare, prout eis
id esset salubre ac bene consultum, sin secus, Princeps meus
clementissimus vt consueuit, cuilibet aduersario suo viriliter,
et animose obsistere, sic et nunc facere non desistet Turbatoreqz
pacis sua potencia quassabit vsqz ad interitum eius persone
et suorum Dominiorum ..

Mtas ergo sua vti senior inter alios Principes Chrianos vir:
tutibusqz ceteros Principes Chrianos antecellens, apponat ma:
num suam et consilia sua inter hos dissidentes Reges supra
descriptos vt depositis armis in pace viuant Decretumqz Coe:
saree Mtis inter eos latum obseruent inuiolabiliter, ne secus
facientes lese Mtis sue crimen per hoc incidant suamqz Mtez
Coesaream commoueant atqz ad capessenda arma inducant, nisi
foedusqz cum eis initum dissoluant, animum et decretum Cel

Caesareae per Illm. D. Ludovicum Gritti Ducem Venetiarum etc. Cui hec provincia per Celsitudinem Caesaream et me Secretarium supremum sue Celsitudinis est iniuncta, Mtas sua intelliget per litteras et Oratores mutuos, ut ita hii dissidentes Principes in unitatem et concordiam reducantur, Caesareeque Mtis gratia, iusticia et clementia non abutantur Decretoque Mtis sue non adversentur, periculis sibi et suorum Regnorum ac subditorum omnium tempestive providendo ad quod ego ut amicus illorum sincerus illos hortatus sum ac premonui, ne tentet supra vires suas efficere aliquid quam possint. Tantumque Principem ut Caesarea Celsitudo est toti orbi notus, indignacionemque eius erga se non provocent,

Itidem Mtem suam facturam non dubito ut pium et clementem Principem faventem humano generi, pacem et tranquilitatem cuius consilia et admonicionem ipsi si sapiunt gratissimo acceptvri sunt animo. Aliter si fecerint, quid toti Christianitati periculi et incommodi attulerint, ipsi videant, supremusque deus in illo vindicet qui autor eius ausus esse voluerit, et similis fiat acetosissimo aceto vas suum corrumpenti,

Sciat Serma Mtas sua Caesaream Celsitudinem Regnum Hungarie integre contulisse Regi Joanni, nec ab eo accepturum sine eciam id velit habere Rex Ferdinandus, et promittit, ac promittebat multa Caesareae Mti danda et contribuenda, ut ceteri Reges et Principes Omagiales ac subditi Celsitudinis Caesareae faciunt, et sese subdidit Celsitudini Caesareae in filium, patrem Caesaream Celsitudinem appellando ad cuius fimbriam per Oratores dicebat se et manus suas applicasse nec illam velle mittere e manibus eciam si altera abscisa foret, altera tamen manu tenere quoad vita fungeretur, Quam humanitatem non tantum oratoribus sed et litteris Caesareae Celsitudini declaravit, que servantur in Thesauro

sue Celsitudinis in testimonium vsqz in hunc diem. Postea tn̄
litteris suis aliter animum suum declaravit, nutans in suis
pollicitacionibus. quod ei facere non decuit, has tamen eius
pollicitaciones ac humilem subiectionem Coesarea Cel^o non
sprevit in hac parte, quod illum pro filio suo suscepit, fedusqz
pacis cum eo pepigit, Regno tamen Hungarie, (rursum) cum decrevit
pro Rege Joanne totaliter et integre, vsqz Rex Joannes
illo potiatur sine aliquo tributo tradendo Coesaree Celsitu:
dini sua clementia concessit liberaliter

Regina vero Maria relicta Ser^mi Regis Ludovici suo
sive pociatur Dotis et dotalicii Coesarea Celsitudo ex sua
clementia et pietate erga illam sic fieri decrevit, et hoc se
inquantum concordia inter Regem Joannem et Ferdinandū
sequetur quam concordiam ineundam Coesarea Cel^o ad:
misit non tantum de ipsa Dote, sed et de ceteris Castris
commutandis si Regi Joanni videbitur, vt enim liberaliter
Regnum illi tradidit Coesarea Cel^o, ita et libere ei dispen:
sandum cum Civitatibus et Castris illius Regni admittit.
verba enim sue Celsitudinis firma et stabilia esse vult, nec
vnqz permutanda sive totus orbis aliter vellet et optaret
ipse pocius toti orbi se opponere vellet, qz quod verba et
pollicitaciones sue Celsitudinis immutarentur, ipsa enim hu:
manitas magnorum Principum, non in cute, Carne, nec in
Ossibus extat, sed pocius in verbo ostenditur ac relucet.
Quodsi à supremis Principibus non teneretur quanta in:
securitas subditis et pauperibus hominibus nasceretur
quilibet coniectarī potest, ex inde tocius fere orbis commotio
sequeretur.
Ista itaqz habita ex me notula Principis mei voluntatis et
animi sue Celsitudinis, rem deo propicio Mtas sua aggredi:
atur et disponat, vt dissidentes Principes in concordiam redncā

possit. Caesareae Celsitudinis verbum, decretumque non im-
mutando, etiam in minimo, quae omnia intacta et inviolabi-
lia sua Celsitudo esse vult, id placebit et Caesareae Celsi-
tudini atque mihi supremo Secretario suae Celsitudinis. Et
quicquid modo suprascripto Mtas sua inter hos dissidentes
Principes fecerit et concluserit, omnia rata et grata Cae-
sareae Celsitudini erunt, et firme à sua Celsitudine ob-
servabuntur, nec in ullo puncto illa violari permittet,
his verbis et litteris meis Serma Mtas sua fidem ad-
hibeat quae etiam nunquam mutantur, nec aliter fiunt quam ex
ore meo proferuntur.

Petrus Tomiczki eps Cracc Vicecancell
Joanni de Tarnow comiti Palatino Russiae
Sandomirien Capit°

Magce domine frater et consanguinee charme ac honorandissime. Cum accepissem vram Mgciam in Russia et usque versus Chmielnik debere breui proficisci, ad officium meum pertinere sum arbitratus, ut priusque à nobis longius disiungeretur, illam inuiserem. quod consilium sequutus, mitto hunc nunctium meum ad Mgciam vram et illam presentibus viso ac saluto, ut quocumque ierit foelicissima sit et recte valeat semper. pridie huc ad me sunt allatae à domino Palatino Podoliae litterae quas mi et Mti Regiae scripsit dominus Castellanus Crac ex Constantinopoli et proprio nunctio usque ad dominum Palatinum Podoliae transmisit sed ille nunc ex itinere languet Quas ego litteras simulatque accepissem Mti Regiae trasmisi nactus Cubicularium suae Mtis oportunum in Lituaniam, qui hoc tantum temporis spacium est apud me moratus, quod et perlegi ipse meas et transcribi exemplum feci quod Mgciae vrae cum presentibus mitto, ut ea quae dominus Castellanus apud Thurcorum Imperatorem pro honore et gloria Mtis Regiae egit et curauit cognoscere possit, litteras vero domini Castellani manu eius propria subscriptas et annulo ipsius obsignatas ad Regiam Mtem misi et adscripsi suae Mti ut ea quae à domino Castellano sunt curata, clementi et grato animo suscipere dignetur, quod, quo pacto et mihi et ipi domino Castellano apud Mtem suam succedat non satis nunc possum conijcere. verum cum ex Lithuania ea de re aliquid accepero, Mgciam vram certiorem

ciorem facere non pretermittam heri etiam meus nunctius quem in Lithuaniam ad obsignandas vniuersales lrās miseram redijt, litterasq amicorum attulit, quibus scribūt q Consiliarii illius Ducatus vnanimi sentencia et voto id Mti Regiē suadent, vt Arces et regiones per fraudē et dolum Ducis Mosconiē defuncti Mtis suē hostis iniquissimi occupatas, recuperare dignaretur se in hoc Mtem suam omnibus viribus et facultatibus suis alacriter adiuuare promittentes, presertim cum intelligant nunc optimum tempus et occasionem ad rem bene gerendam esse, cum inter puerum Principem et illius duos Patruos pessime conueniat et cum omnia nunc sint in Mosconia et intestinis sediciombus perturbata, quod dominorum Lithuanorum consilium et tam ardens desiderium deus omnipotens fortunare dignetur. Euentus rerum nos docebit omnia, et vtinam non secus q optamus et vt rationibus Mtis Regiē magis expedire posse videtur. Commendo me amori et beneuolenciē fraterne Mgcie Vrē quam vt dominus deus diu recte sanam et semper pro eius desiderio foelicissimam seruare dignetur ex animo opto Datū in Bodzanczin die octaua Marcii Anno domini M° . D°. XXXiiij°

Petrus Tomiczki eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni de Latalice epo Posnaniensi

RX. ME in Chro Pr et domine frater et amice charissime ac honorandissime. Mitto hunc nunctium meum Albertum Skorek ad D. Vram Rmam, cui comisi vt D. vram Rmam meo nomine nisat et salutet, post vero apud illam ea agat atqz curet que ad obfirmandam D. Doctoris Rzeczicza in Parrochiali Kossonien possessionem pertinent. Namqz vt scit D.o Vra Rma turbatur in illa a quibusdam non tam iure qz temeritate. Quare D. vram Rmam plurimum rogo, vt illi in hiis que dicet fidem adhibere, et que petet adiumento esse velit, Nominatim vero hoc ab illa rogo vt prouentus Parrochialis predicte Cossonien qui apud Capitulu Varschonien asseruantur, extradi domino Doctori in manus eius Alberti Skorek mandare velit, et insuper facultatem alicui Plebano dare, apud quem prouentus Ecclesie Cossonien debiti, iure repeti possint, Nam apud Officialem Varschenien quicqz iure pro dno Doctore Rzeczicza agere non prodesset, cum plus fratri suo qz cuiuis alteri in hoc faueat, faciet in hoc D.o Vra Rma rem non minus equam, qz mihi gratam et quam dominus Doctor officiis suis vbiqz locorum illi mereri curabit, Commendo me amori et beniuolencie fraterne D. Vre Rme quam et sanam, et semper felicissimam esse ex animo opto Dat in Bodzanczin ix.a Marcii Anno domini M.o D.o XXXiiij.o

Petrus Tomiczki eps Cracc. Vicecancell.
Mathiae Drzevicio Archiepo Gnesnensi.

Rx. ME in Chro Px et domine maior honorandme. Cum is servitor meus Gnesnam ad suscipiendos sacros ordines proficisceretur, et ego scirem D. Vram Rmam pro illo tempore isthic futuram, committere nolui quin presentes illi darem ad D. Vram Rmam lras, quibus illam viso et saluto, prosperamque valetudinem et omnia fausta ex animo illi precor. Ego hic huc usque sum imoratus operam dans quieti et ocio, sed iam ad maximum decem exactis diebus hinc movebo, Crac recta iter facturus quo cum pervenero, dabo operam, ut negocio quod D. vre Rme cum domino Lagiewniczki de parte Aree super quo constructum est Stabulum intercedit, finis imponatur. Et utcumque communis hec est vulgi sententia quod Area predicta ad edem et prebendam dni Martini pertineat, quodque illa dominus Archiepus defunctus vivente adhuc domino Chelmski Eccle mee Canto tantum precario utebatur, ego tamen nihil his vocibus et coniecturis solis hominum tribuens, rem ex certis et legittimis probationibus atque fidedignorum hominum testimoniis cognoscere et in illa quod equum et iustum videbitur decernere curabo.

Nudius tercius rediit puer meus quem ad obsignandas universales litteras in Lithuaniam miseram, is refert et una amici scribunt dominos Consiliarios Ducatus illius in hoc esse, idque Mti Regie suadere, ut nunc magno motu in Moskovia per discordiam facto Arces et

terre que dudum dolo et fraude hostis occupate fuerunt recuperentur, in hoc enim consilio opibus et sanguine suo Mti sue alacriter adesse vellent, que eorum consilia deus promouere et fortunare dignetur.

Ante aliquot dies accepi a domino Castellano Crac ex Constantinopoli de multis varijsque rebus lras, quas res omnes vt D. Vra Rma ita vt sunt cognoscere possit, illi earum literarum exemplum mitto. Caeterum ab illa rogo meminerit peticionis mee pro domino Abbate Andrzeionien Piotrcomie nuper facte, qui petit paruulam decimam de paucis agris nonalibus mineratoris sui prouenientem donari pauperi hospitali in Andrzeiow. Rogo etiam vram Rmam D. vt ei seruitori meo Pnieroski facultatem facere velit, quo reliquos sacros ordines in mea vel alterius cuiuspiam Diocesi vbi commodum videbitur suscipere possit. Quod vero reliquum est me amori et beniuolentie D. Vre Rme commendo et vt illam deus omnipotens semper foelicem et recte sanam in multam etatem seruare dignetur ex animo opto. Dat in Bodzanczin die ix.a Marcii Anno domini M.o D.o XXXiiij

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Spitcom ~~Ioanni~~ de Tarnow ~~Palat^o Russie. Capit^o~~
~~Sandomiriensi~~
Castell^o Zawichosten. Thesaur^o regni Pol.

Mag^ce domine frater et amice char^me ac honoran^me.
Proficiscente hoc servitore meo Ianek ad terras Russie
nolui illum vacuum literarum mearum ad Vram M.
dimittere quibus illam viso et saluto, faustaqz et foelicia
omnia illi precor et opto. Rediit non pridem Nun:
cius meus ex Vilna quem miseram illuc cum literis
vniversalibus ante Carnisprivium, vt refert et amici scri:
bunt Regiam Mtem agere nunc Conventum cum Con:
siliariis et subditis illius Ducatus qui omnes plus
cupere videntur bellum qz pacem, ita enim sibi persuadet
quod bello et armis repetere poterint eas Arces et ter:
ras que dolo et fraude Ducis Moskovie defuncti erat
à Magno Ducatu Lithuanie ablate et excepte ad quod
vires opes et facultates suas omnes liberali animo im:
pendere volunt et promittunt, quorum consilia et vota
christus dominus me secundet.
Ante octo dies accepi litteras domini Castellani Crac
datas et scriptas Constantinopoli, quibus facit me cer:
tiorem de sua bona valetudine, et quod illuc foelix et
sospes appulerit, et cum honore debito à Caesare Thur:
corum et eius Bassis exceptus preterea scribit se pro:
ficisci ad terram Sanctam itinere terrestri et inde vsqz
ad Alkairum, datumqz et adiunctum sibi esse à Caesa:
re Thurcorum Conductorem et Comitem itineris nomine
Polonum Kierdei, iussit autem et mandavit servitori
suo quem huc misit cum lris suis et Caesaris Thurcoru
ad Mtem Regiam quas ego misi iam Mti sue, vt cum

responsum habuerit à Mte sua et à me cum illo vestigio ad Constantinopolim proficiscatur, vbi ipsum reperire deberet ita enim sibi tum persuadebat dominus Castellanus quòd redire possit in Constantinopolim ex Iherusalem et Alcairo hac quadragesima. commendo me fraterno amori et beniuolencie Vre Mgcie quam dominus deus diu seruet cum suis omnibus sanam, sospitem et foelicem Datum in Bodzanczin die xiia Marcii Anno domini Mo. Do. XXXiiij

Petrus Tomiczki eps Crac. Vicecancell.
Jacobo Groffik Custodi S. Egidii. Crac.

VEnerabilis domine frater in Chro charissime. Non possumus non probare consilium et factum vrm quod causam et controuersiam que vobis cum Stanislao Conductore vro intercedit, cognitioni et arbitrio domini Palatini Podolie detuleritis, quem pro eius virtute et singulari in Ecclesias pietate, nihil dubitamus id in re vra decretnrum constituturum[?] esse, quod nec à vris comodis nec à nra dignitate et decreto alienum videri possit

Caeterum dolemus ex animo dominum Jo. Karnkowski Epm Cuiavien amicum nrm singularem hactenus egritudine corporis detineri, illud vero vehementer miramur quod tam debile adhuc corpus suum hilaritate animi sublevare, et animum recursus amicorum saluberrimis consiliis tum recreare, tum ut expediret Prelato confirmare neque curet ipse, neque alis permittat presertim vero quod vos suum veterem charum et semper familiarissimum seruitorem ad se non admittat à quo et solatia

successiua et fructus aliquos religionis euiternos cape:
re et animo complecti posset. Quequidem illius animi
vulnera, tametsi nos fraterna persuasione et Christianis
monitis nris negligere nolumus: quia tamen hec que
illuc pertinent non tam commode literis qz verbis ex:
plicarq possunt, continere calamum in his rebus decre:
uimus vt ipsi Craconiam venientes quod breui fu:
turum est coram pnti, ea que ad salutem corporis
et anime spectare nobis videntur, sincero animi nri
affectu et verbis appositis insinuemus, interim vos et be:
ne valere, et foelicem esse optamus, vtqz dominum deum
pro nobis oretis diligenter rogamus Datum in Bodzanczin
xi^a Marcii Anno domini M^o. D. XXXiiii

Sigismundus primus Rex Poloniae
Carolo quinto Cesari Catholico.

SAcra Coesarea et Catholica Mtas. Intelleximus prodiis:
se ab iudicio Camere Coesaree vre Mtis, bannum
illud aduersus Illrem Principem dominum Albertum
Marchionem Brandeburgen, et Ducem Prussie, nrm
e Sorore Nepotem, et Regni nri Polonie subditum,
quod vra Coesarea Mtas anno superiore nobis postu:
lantibus in biennium suspenderat, ad hec ipsius banni
executoriale mandatum cum adiuncta Citacione pere:
ptoria aduersus eiusdem Ducis, atqz adeo nros subdi:
tos Prussie Ducatus Incolas, id quod nos vehementer
miramur, neqz tamē adduci possumus, vt credamus hec
Coesaree vre Mtis iussu fieri. Cui vt semper in omni:
bus gratificari et obsequi pro virili nra studemus, ita
vicissim de eius in nos voluntate, optima queqz nobis pol:
licemur

licemur. demum confidimus eandem Caesaream Mtem
vram qua est prudencia ingeniiqz dexteritate animo secu
perpensuram atqz reputaturam fuisse, quid difficultatis
et offensionis inde exoriturum esset, sed suspicamur id
importunis ipsius administratoris Magisterii Theutonici
ordinis flagitacionibus, ab ipso Camere iudicio, Caesarea
Mte Vra inscia datum esse. nobis quidem id placere ne:
quaqz potest, q adversus nos, et quidem immerentes ita
inceptatur, eo enim loco id ducimus: quod adversus Nepo:
tem nrm et Regno nro subditum Ducem fit, ac si adver:
sus nos ipsos fiat. cum propter necessitudinis vinculum, tu
autem propterea q de propria nra provincia, Dominio, iure,
possessione, Privilegiis, et Regalibus agitur, que nos tan:
tum abest, vt adimi nobis et abalienari passuri simus, vt
ne minui quidem aut vexari equo laturi simus animo
neqz vero cuiqz iusticiam adversus dictum Nepotem et sub:
ditum regno nro Ducem denegamus. Quare etiam atqz
etiam petimus a Caesarea vra Mte, dignetur pro summa sua
sapientia perspicere et estimare dum adhuc integrum est quan:
tum incendium ex ea re excitari posset queqz difficultates
que pericula, que demiqz dissidia et animorum irritaciones
que mutuam nram et subditorum nrorum inter se benevolen:
tiam, amicitiam et confederacionem, quod omen deus avertat
ledere possent, quod non sine magno Mercatorum, atqz adeo
tocius orbis Chriani fieret incommodo ex his initiis exo:
riture essent, Nos quidem quantum in nobis erit sedulo
dabimus operam, neqz eiuscemodi malorum ansam demus
demum vt Mtas Vra Caesarea Camere sue iudicio man:
det vt bannum istud vna cum mandato revocent, infirmi:
gant et irritum faciant, aut Vra Mtas vtpote supremus
Iudiciorum preses et moderator id ipsum faciat, erit id
cum vehementer e re vtriusqz nrm subditorum, tum nobis

gratissimum, vr̃e vero Caesareę M^tis dignitati, sapien:
cię, et ei quod pridem erga nos experti sumus, propenso
studio conuenientissimum. Postremo toti Chr̃ianę reipublicę
longe et iucundissimum et vtilissimum. Nos vicissim pro vi:
ribus omni officiorum et congruorum obsequiorum genere
de Sacra Caesarea M^te vr̃a id promereri non intermitte:
mus Quam vt deus optimus Maximus q3 diutissime in:
columem semper secundis rerum successibus foelicitet op:
tamus Datum Vilne xi^a Marcii M^o. D^o. xxxiiii^o

Sigismundus dei gr^a Rex Poloniæ
Ferdinando regi Romanorum, Vngarię
Bohemiæ. Archiduci Austriæ.

Ser^me Princeps, amice vicine, et Sororie nr̃e charissime,
Editum erat anno superiore bannum à Caesarea M^te ad:
uersus Illrem Principem dominum Albertum Marchionē
Brandeburgen et Ducem Prussię Nepotem nr̃m è Soro:
re et Regni nr̃i subditum, quo omnes eius subditi ab
iureiurando fide et obediencia ipsi prestita absoluebantur
sed mox nr̃i respectu ab eadem Caesarea M^te in biennium
suspensum. Nunc iam nondum exacto eo biennio, denuo
audiuimus id editum atq3 publicatum esse vnacum executo:
riali mandato, quod nos factum vehementer miramur,
neq3 tamen vllo modo procliue nobis est creditu, Sacrę
Caesareę aut vr̃e M^tis, velut eius vicesgerentis iussu
atq3 voluntate id factum esse, Nam vt ipsi summa semper
voluntate, et omni officiorum genere, vtramq3 tam Caesa:
ream q3 Regiam M^tem vr̃am prosequimur, illudq3 sedu:
lo agimus nequid vnq3 quod easdem vr̃as M^tes offendat
faciamus, ita vicissim confidimus dignitatem nr̃am vr̃e
M^ti curę esse, neq3 comississe nr̃am vnq3, vt ea impune à quoq3

impetatur multo minus ipsam aliquid euiuscemodi facturam es:
se. Nam quod aduersus ipsum Ducem Nepotem nrm agitur
id nos perinde estimamus ac si aduersus nos ipsos ageretur,
tumque necessitudinis vinculo nobis deuinctus est, tum quod regno
nro vnacum toto Ducatu suo subditus, neque vero vnquam deo
propicio patiemur vt prouincia nra, et Dominium quod iure
possidemus, a nobis per quempiam abalienetur, aut distrahatur ve:
xetur ue. Et tamen nos iusticiam aduersus ipsum Ducem
nemini vnquam, neque denegauimus, neque deinceps denegamus
Quapropter petimus etiam atque etiam cogitet diligenter et
perpendat Mtas Vra quid difficultatum, quid periculo:
rum, quid offensionum atque dissidiorum (ne quid grauius
dicamus quod ominari nolumus) ex huiusmodi initiis
oriturum esset, perque et necessitudo, que inter nos tum
vicinitate et confederacione, tum sanguinis vinculo inter:
cedit, accidi et pax atque concordia inter communes, sub:
ditos cum magno Mercatorum et Monopolarum, imo vero
tocius reipublice damno et incommodo, minui atque mouezi
posset. agat Mtas Vra, cum Sacra Caesarea Mte ger:
mano suo vt istud bannum, vna cum suo executoriali
mandato ab ipso Camerario iudicio reuocetur, misfi:
catur et penitus irritum fiat aut ipse Mtes Vre ve:
lut summi iudiciorum presides et moderatores id ipsum
faciant, fuerit id nobis longe exoptatissimum, Vre Mtis
prudencia et voluntate erga nos spectata dignissimum,
subditis communibus vtilissimum et toti orbi Christiano
multo iucundissimum et saluberrimum, nos vicissim su:
mo studio omnia Mtis Vre grata facere non postbabebi:
mus. Cupimus Mtem Vram quamdiutissime atque feli:
cissime valere vna cum tota domo sua Datum Vilne
xii a Marcii Anno domini M° D° XXXiiii°

Sigismundus primus Rex Poloniae Judicio Camerae Imperialis.

Spectabiles Mg.ci Generosi grate dilecti. Accepimus bānum illud adversus Ill.trem Principem dominum Albertum Marchionem Brandeburgen. et Ducem Prussie, Nepotem nrm̄ è Sorore et Regno n̄ro subiectum à Coesarea M.te editum et n̄ri respectu in biennium suspensum, rursus vna cum mandato executoriali supremo Theutonicorum ordinis Administratori instanti et vrgenti datum euulgatum esse, id nos factum non mirari non possumus presertim cū nobis persuadeamus Coesaream M.tem eo esse in nos animo vt contra priorem suam voluntatem, qua id bannum suspenderat institutam fuisse credamus, sed considerent diligenter atq3 imo secum reuoluant S. V.rē quod incendium ex hac scintilla, si adhuc scintilla dicenda est exoriri posset, queq3 difficultates, incommoda, pericula, offensiones demq3 animorum et dissensiones, ne quid grauius interim, quod ominari nolumus dicamus que amicitiam et sanguinis necessitudinem nobis cum Romanis Coesarea et Regia M.tibus interuenientem luxari, pacē concordiam et confoederationem n̄rorum inter se subditorum turbare, Mercatorum Commercia impedire et publicam Chriani orbis tranquillitatem et foelicitatem ledere possent et imminere ex his fontibus emersure essent, nobis quidem nequaq3 sedet in animo aut ipsi Duci necessario, n̄ro et Regni n̄ri subdito deesse, aut prouinciam n̄ram Dominiumq3 quod recuperatum iure possidemus nobis adimi, distrahi minui aut vexari à quoq3 permittere et tamen nemini vnq3 iustitiam aduersus ipsū Ducem Nepotem et subditum n̄rm̄ deneganimus, aut

in posterum denegamus. Quare postulamus S. Vras velit
ita rem ipsam temperare vt id quod factum est irritum
et inane fiat / erit id nobis tam gratum qz quod gratis:
simum, subditis tam nris qz vtriusqz Romane Caesaree
et Regie Mtis saluberrimum, Mercatoribus vtilissi:
mum, rei vero publice Christiane maxime ex vsu et di:
gnitate. Nos vicissim vris S. gratificari studebimus
Quas bene valere cupimus Vilne xii Marcii
Anno domini M° D° XXXiiii°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Electoribus Romani Imperii.

Rmi in Chro Pres Illres Principes amici charissimi
ac honorandissimi Non possumus satis mirari bannum
illud quod Sacra Caesarea Mtas anno superiore editum
respectu nri in biennium suspenderat. aduersus Illrem
Principem dominum Albertum Marchionem Brande:
burgen et Ducem Prussie Nepotem nrm e sorore, et
regni nri subditum, nunc rursus vna cum Executori:
ali mandato, ab Iudicio Camere Caesaree emissum esse
non tam fortassis Caesaree et vrarum S voluntate concessum
qz importunis ipsius Administratoris supremi Magis:
terii Theutonici ordinis flagitacionibus extortum Nam
quominus alterum illud suspiciemur in causa esse, ea qua
semper in Caesarea Mte et V. S. erga nos esse cogno:
uimus propensa voluntas de qua quidnis potius nobis
persuadebimus, qz vt talia aduersus nos dignitatemqz
nram eam agere credamus. aduersus nos autem id
agi existimamus quod aduersus Nepotem et subditum nrm

agitur. Cui nos cum pro sanguinis coniunctione, tum pro
nro officio, velut dominus eius id debemus vt ei nunqz
seu consilio seu auxilio deesse neqz possimus, neqz si ma:
xime possemus velimus, neqz tamen cuiqz ius et iusticia
aduersus ipsum administrandam denegamus, sicuti neqz
hactenus denegauimus, sed Dominium nrm proprium et
prouinciam quam recuperatam iure possidemus, adimi
nobis aut conuelli et infestari à quoqz permittere nondu
stat sentencia, itaqz perpendat diligenter et reputet secu
flt. vrá, quantum difficultatis et periculi, quantum offen:
sionis et turbe, vt nequid grauius quod ominari non
placet dicamus interim, ex ea re si vt cepit procederet
emersurum esset, quantum demqz fomes iste incendium
multis mortalibus et presertim Mercatoribus perni:
ciosum, et exiciale, Chriane vero reipublice detestan:
dum excitaret, Illud potius flt. vra pro prudencia
sua cum Collegis suis agat et efficiat, vt istud bannu
simul cum suo mandato ab ipso Cesaree Camere iu:
dicio reuocetur, tollatur et penitus irritum fiat, fe:
cerit flt. vrá rem sue prudencie et dignitati consenta:
neam, nobis gratissimam, subditis tam nris qz Cesa:
ree Mtis et flt. vre vtilissimam, Mercatoribus fru:
ctuosissimam et toti orbi Chriano exoptatissimam bene
Valeat flt. vrá Vilne xiiª Marcii Anno doi
Mº. D. XXXiiij

Sigismundus Rex Poloniæ Ciuitatibus liberis imperii.

Spectabiles et Famati grate dilecti. Percepimus bannum illud quod anno superiore, aduersus Illu: Principem D. Albertum Ducem Prussie Nepotem nrm e Sorore, et regni nri subditum, à Caesarea Mte promulgatum, nrique respectu in biennium suspensum erat, nunc iterum cum executoriali mandato, ab iudicio Caesaree Camere prodiisse, id quod nos factum miramur, atque contra Caesaree Mtis sentenciam per supremi Magisterii, Theutonici ordinis Administratoris flagitacionem importunam expressum esse suspicamur. Nam ipsam Caesaream Mtem qua est prudencia existimamus hanc rem altius ad animu reuocaturam fuisse, et perpensuram que difficultates, que incommoda, quanta pericula, quam indigna nobis, et subditis vtrinsque nrm pestifera, totique orbi Chriano detestanda dissidia, quante viarum insecuritates et obsessiones, quam damnose Mercatoribus ferie, que Mercium et bonorum direpciones, ne quid addamus grauius quod non libenter ominamur, inde emersure essent neque enim nobis est in animo aut cognatum et subditum nobis Principem destituere aut Priuilegia et Regalia nrá à nobis abalienari, dominium et prouinciam quam recuperatam iure possidemus, per quenque auferri, quassari, aut vexari permittere, hec itaque et sexcenta alia prudentie vre secum repulent, cogitentque quanta

et qꝫ irreparabilia damna ipsis Mercatoribus ex hac animorum irritacione oriri possent agantqꝫ cum iudicio Caesareae Camerae quando et e vri medio sunt eius Iudicii assessores, vt istud bannum eiusqꝫ mandatum executoriale renocetur, frangatur, et prorsus irritum fiat erit id prudenciis vris et Mercatoribus vtilissimum nobis gratissimum et reipublicae Chrianae longe exoptatissimum. et quae fuerit hac de re vrarum prudenciarum sentencia, reddant nos primo qꝫ tempore certiores Datum Vilnae xiiii^a Marcii Anno domini M^o. D^o XXXiiii^o

Instructio earum, quae Alberto Duci in Prussia nomine Sigismundi regis Poloniae nuncianda sunt.

Salutacione et gratia Regiae Mtis nomine Illi domino Duci premissa haec priuatim Nuncius dicet.

Ante omnia qꝫ Mtas Regia impense et ex animo sollicita est, quo Nepos et foendatarius Princeps Mtis suae sanus et incolumis in suma tranquillitate a Germanica natione et in sumo subditorum amore Ducatu Prussiae vnacum posteris suis perpetuo perfruatur.

Permultum enim id interest dominiorum Mtis suae atqꝫ adeo ipsiusmet Mtis suae Regiae, quae pro sanguinis necessitudine vult, et pro officio ac inscripcionibus mutuis cogitur in omnibus difficultatibus de Ducatu Prussiae suborientibus adesse consilio auxilioqꝫ ipsius Illi aduersus omnes aduersarios.

Atqꝫ ita futura prospicien, qua et vnde quicqꝫ enasci potest neqꝫ nesciens qꝫ preclara res sit racione et consilio diffi-
cultates

cultates euitare, potius q[uam] committere, vt pericula volenti nolenti subeunda sint, et vi sumptibusq[ue] sua tutanda

Deinde q[uod] cu[m] vi et armis res gerenda est duo cum primis necessaria et vtilia sunt, alterum est, ne quam det aduersario iustam causam, alteru[m], vt non solum necessariorum suorum sed et omnium vicinorum et maxime subditoru[m] suorum beneuolenciam et amorem sibi conciliet atq[ue] conseruet Quem enim amant homines, eum cum su[m]ma fide et constancia adiuuant.

Quare animaduertens M[aies]tas Regia q[uod] in isto banno quod à Caesarea Camera M[agist]ro flagitante emissum est, hanc precipuam causam aduersus ipsius Ill[ustrissi]m[u]m. adferrunt defectionem à fide et Ecclesia Catholica, vt ostendant iusticiam propositi sui, vtq[ue] omnes fideles concitent aduersus ip[su]m dominum Ducem et subditos eius Ill[ustrissi]mis Adhec id agentes vt Regiam M[aies]tem in fide suspectam faciant si M[aies]tas sua non solum consilio verum et auxilio adiuuet ipsum dominum Ducem, aduersus quem bannum istud emissu[m] est magis propter fidem destitutam quam propter Ducatu[m] quem Cruciferi moliuntur vi vel alio quocumq[ue] modo quasi à p[ro]ptate desertoris fidei Chr[isti]ane exuere

Preterea q[uod] hec res atq[ue] hic banni pretextus non parua habet speciem vnde et regie sue M[aies]ti nonnihil macule aspergi possit et causa M[agist]ri atq[ue] Cruciferorum iusta existimari, qui secundum institutum suum debent bella gerere cum Etnicis et Scismaticis

M[aies]tas Regia vehementer cupit et postulat vt Ill[ustrissi]mus dominus Dux huic rei consilio suo occurrat detq[ue] operam vt ne hec fama deserte fidei de ipsius Ill[ustrissi]m[o] diuulgetur, vnde fieret

vt et Regia Mtás esset extra omnem suspicionem quod ad fidem Christianam pertinet in qua Mtás sua sine vlla mutacione vestigiis maiorum suorum Regum Christianorum insistens diuina benignitate aspirante extremum vult obire diem et filium similiter moratum post se relinquere, atque ob id nollet quod aliam de se existimacionem apud omnes homines relinquere.

Deinde relatum est Mti sue Regie et quidem non à quibusuis, id, quod Mtás sua etiam per se ipsa aliquatenus animaduertit, offendi vehementer animos primum Consiliariorum, deinde et omnium regni Polonie Incolarum, eo, quod Illt. dominus Dux cum sit feudatarius Princeps regni Polonie magnopere ambit Ius eligendi Regis Polonie, quod neque illi concessum est neque alicui Principi vnquam in Regno Polonie datum est neque in aliis Regnis datur. Illud vero magis mirabundi perpendunt, quod ipse dominus Dux neque literas fidei à Regia Mte neque appellationes ad eandem Mtem regiam in suo Ducatu recipit et admittit. Et tamen hec sunt vera indicia quibus superior dominus à subdito et feudatario agnosci solet. Que reputantes apud se regni Incole, mira et varia suspicantur. hinc verendum est ne amor ille quo in ipsum dominum Ducem mirum inmodum propensi fuerunt ab inicio, refrigescat, id quod non comodo Mtis Regie et Illt. domini Ducis esset, presertim necessitate inguente

Ad hec edocta est Mtás regia à fidedignis et beneuolis hominibus subditos ipsius domini Ducis molestissime ferre, quod premantur exactionibus et oneribus insolitis tum et de noua ista fide ad quam vi etiam inuiti

compelluntur. Id quod ne Turcę quidem in captiuos nedu[m] in liberos et ingenuos agunt/ quapropter quemadmodum M[aies]ti suę significatum est, varię sunt subditorum ipsius d[omi]ni Ducis cogitaciones et fortassis magna eorum pars est qui aliu[m] mallent esse rerum statum in Ducatu Prussię q[uam] hunc presentem, per quem se vehementer premi dicunt in anima et corpore. quid vero hęc res secum afferat Ill[ustrita]ti sua facile qua est prudencia perspicere p[otes]t

Quapropter postulat et suadet M[aies]tas Regia, vt Ill[ustrita]s d[omi]n[u]s Dux huic rei contraponat, et prouideat, quo subditi suę Ill[ustrita]tis meliore sint animo, suamq[ue] Ill[ustrita]tem obseruent et ament et ne quam habeant incusandi suam Ill[ustrita]tem ansam

Hę atq[ue] id genus alię res in quibus permultum situm est, si ita se quemadmodum memoratum est haberent, M[aies]tas Regia pro debito officio suo Ill[ustrita]ti domino Duci si vs igno- raret patefacere, sin sciret, commonere eius Ill[ustrita]tem voluit, postulans et ex animo suadens, vt eius Ill[ustrita]s regium suu[m] et aliorum verorum amicorum consilium, potius q[uam] pal- ponum et assentatorum sequatur. Vtq[ue] racione magis ducatur q[uam] vllis affectibus et ad eum modum se et suos subditos regat, vt bono consilio, solertia, diligentia, rebusq[ue] prudenter agendis et ipse difficultates et pericula vitet et subditos suos ab his tutos prestet.

Nam si sua Ill[ustrita]s bonam habebit apud omnes Chr[ist]ianos Principes existimacionem amabiturq[ue] sincere et constan- ter, cum ab amicis et vicinis tum a subditis suis, faci- lius quibusuis aduersitatibus et periculis occurret atq[ue] ea grauiter à se suisq[ue] arcebit.

Quod attinet ad consilium et postulata que Ill: dominus Dux vltimo loco per Nuncios suos postulauit et petiuit, vt Mtas sua Regia ad bellicam expeditionem quam ipse dominus Dux è Germanicis oris commotam iri veretur Duces Exerci: tuum designet, et subditos suos in regno Polonie ita instituat vt paratissimi sint: hec nunc non sunt factu procliuia re: gie Mti, neqz enim mos est, res nouas absqz Comicijs ge: neralibus in regno constituendi. Deinde sunt etiam veteri more Duces exercituum designati ad singulas expediciones bellicas regni vniuersales per quas Regnum Polonie satis strennue quorumuis hostium impetum repulit hactenus et in posterum repellet benignitate diuina.

Regia vero Mtas vna cum toto regno suo nunqz vlla in re deerit domino Duci, dummodo ipse sit audiens consi: lijs Mtis sue regie, que nonnisi quod maxime ex vsu sit eius Ill consulit

Quare perspicit Mtas sua Regia non minus per se ipsa qz ex aliorum relationibus, nunqz eo rem deuenturam fuisse, vt aut bannа hec ederentur, aut varijs cogitacionibus homi: num corda distinerentur, si Ill: dominus Dux quod ad re: ligionem Chrianam pertinet, Mtis sue consilium à prin: cipio in hunc vsqz diem sequutus esset.

Egerunt etiam cum Mte Regia, omnes subditi tam è regno qz è terris Prussie vt officine omnes monetarie tam regie qz alie vbiqz cessarent vsqz adeo namqz mo: netam auctam esse, vt auri maxima sit penuria et caritas Et cum Mtas sua Regia consideraret paruum esse è moneta cudenda emolumentum propter argenti caritate assensa est vt officine clauderentur omnes et regie et alie sed tum demum cum Ill: dns Dux suas qzo claudi ius: sisset

sisset. Postulat itaque Maiestas Regia ut hoc subditis utriusque tribunatus qui hoc magnopere cupiunt et petunt, Atque ut ipse dominus Dux significet quo tempore officinas clausurus sit ut eodem tempore et Maiestas regia suas et Civiles claudi iubeat.

Reliqua industrie prudencieque domini Nuncii comissa sunt qui et ea que scripta sunt ornare atque amplificare potest et multa alia que sunt e dignitate Maiestatis regie et ex communium Dominiorum excogitare sciet et cum se prestabit ea in re virum, ut ipsi et ornamento sit et graciam regie Maiestatis faciat cumulaciorem

Legatio a Sigismundo primo rege Poloniae ad subditos Alberti Marchionis Ducis Prussiae

missa Vilna 12 Marcij 1534.

Principio salutacionem et graciam Regie Maiestatis ipsis nunciabit deinde in hunc modum verba faciet

Quod Maiestas Regia ita sentit, et optimam spem habet, omnes et singulos ordines Prussie Ducatus Incolarum fidelium subditorum domini Ducis Prussie et Maiestatis sue regie consta:cium feudatariorum scire et intelligere quod sit officium sub:diti, et quid is debeat domino suo tam medioximo, quam su:premo: et quod inter celeras virtutes, fides precipue et constancia subditorum erga dominos, immortalem famam et laudem pa:rit

Atque ita regia Maiestas cum hanc firmam spem et fiduciam ha:beat singulos ex Dominationibus vestris ob oculos id habentes, debito officio suo semper satisfacturos esse, fidemque integram et perpetuam

constanciam erga dominos suos in omne tempus conseruaturos non existimat opereprecium esse neqz vult vos harum rerum admonere que quid in se contineant .D. vras intelligere, atqz ea ipsa re, persequi quemadmodum vsus postulabit non, posthabebunt. ita vt nunqz regia Mtas fallatur expectacione sua, atqz vt vos maiorum virtutes cumulantes itidem immortalem famam et gloriam posteris vris id quod bonis et ingenuis dignum est relinquatis.

Idem hoc vobis de Mte regia firmiter pollicemur tametsi non ita multo ante Mtas sua Regia coram Nunciis vris id declarauit tamen vt maiorem habeatis fiduciam. voluit et per me Legatum suum in hoc Conuentu frequentissimo, omnibus et singulis vrm idem hoc iterare, et vos confirmare. Quod Mtas sua regia vna cum omnibus subditis suis regni Polonie vult esse. atqz adeo proculdubio erit vobis et posteris vris presidio auxilioqz aduersus hostes vros quicunqz aut Dominium hoc occupare et mancipare voluerint aut vllam iniuriam vobis vel posteris vris facere

Ad hec et illud vobis Mtas Regia denunciari iussit quod sese aduersus bannum. quod Mgr generalis ordinis Theutonicorum in Italia et Germania eodem iure quo et Ducatum Prussie apud Caesaream Mtem impetrauit, interposuerit, scripserit qz ad Romanas Caesaream et regiam Mtes Ad Electores Principes. Ciuitates primas, et ad alios Germania ordines vt in negocio isto supersederetur, rem enim intolerabilem Mti sue, fore si ita vt instituta est procedat atqz coactam iri Mtem suam sic ei rei contrauenire, veluti quam suam et regni propriam esse iudicat. vnde non minus difficultatum et damnorum ipsis atqz eorum subditis qz Prussie incolis et subditis Mtis sue exoriri posset.

276

Quamquam regia Mtas eam spem habet Principes Christianos non permissuros vt dominus Mgr rem hanc atque inceptum suum in quo nihil iuris nihilque iusticie habet persequatur ne qua dissensio et Christiani orbis pacis perturbacio inde exoriatur, tum et aliis multis de causis.

Tamen si secus cadet atque si domino Mgro dabitur ea licencia quam cupit aduersus subditos Illmi domini Ducis Prussie sueque regie Mtis eadem mensura ipsis remetietur Mtas Regia qua illi admetiri aggressi essent.

Et nihil dubitat Mtas sua, gratia et ope diuina suaque et subditorum suorum iusticia freta, pro fide et constancia vestrum omnium, defendet non solum incolas Ducatus Prussie verum etiam reliquos subditos a quauis iniuria atque pressura

Porro D. vre hoc scientes et hac spe firmissimaque fiducia frete, nihil extimescent atque reformidabunt has minas et cogitaciones: cum potius fidei et iurisiurandi sui memores, fortes et constantes perseuerabunt, stabuntque ab Illmo Duce ab sua regia Mte, et a regno Polonie, quod vna cum Mte sua regia nulla vnquam in re vobis deerit, Dominaciones vero vre dent operam vt si qua necessitas ingruat ne inueniantur imparate, sed vt vigilanciam prudentiam atque arma in promptu habeant.

250

Sigismundus primus Rex Poloniæ Alberto Marchioni Brandeburgensi Duci in Prussia.

Illris Princeps Nepos noster charissime. Morem gessimus Illtis vrē voluntati et desyderio ad Romanam Coesaream et Regiam Mtes ad Principes, Electores, Ciuitates et alios Germanie et Slesię ordines litteris eas nunc ad Illt: vram mittimus. Quod autem Illt: vra per litteras etiam cum subditis suis à nobis agi voluit, nobis cōuenientius et magis ex vsu esse visum est per legatum nrm coram agere. Cumqz habet quiddam magis energie viua vox quam litterę, tum q alia quędam Illt: vrę significare decreuimus operepretium itaqz fecerit Illt: vra si subditis suis atqz ordinibus Ducatus sui comitia in certum aliquem aliquem diem indixerit et nos tempestiue fecerit Illt: vra ea de re certiores quo legatum nrm commode cum mandatis meis ad Illt: vram et ad Comitia mittere possimus, erit id nobis pergratum et Illt: vrę non infrugiferum, Quam cupimus foelicem esse Dat Vilnę xx^a Marcii Anno dni M° D. XXXiiij

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliariis Regni Polonie.

Scripsit nuper ad nos Ill[ustris] dux Prussie nepos noster charissimus compertum se habere ex fidedignorum hominum amicorum et famulorum suorum relationibus, exercitus quosdam qui nunc in Dania militant sollicitari a Magistro generali ordinis Cruciferorum, ut si illis ibi res ex animi sententia ceciderit, in ducatum Prussie traiecto pelago vim et impetum suum conferant, cruciferis eum recuperent. Petit itaque a nobis magnopere, inveniamus rationem, quo pacto ipsius atque adeo nostra ditio adversus huiusce machinationes defendi possit. nimirum daremus Mandata ad Palatinos et prefectos regni nostri, ut simulatque aliquid eiusmodi inaudiissent, irent illi suppetias.

Ingens enim esse periculum: ne ut est hominum genus promptum et artis nautice peritum, se nil earum rerum nedum expectante, sed ne suspicante quidem improviso transvecti, provinciam libere et impune debacchantes, magno aliquo damno et detrimento afficiant. Quem nos quidem in presens bene sperare iussimus, polliciti nos ipsi non defuturos.

Sed cum nobis in mentem venit hominum nostrorum et ordinum regni, qui non usquequaque parati et expediti sunt ad subitos huiusmodi et inexpectatos motus, dubitamus nonnihil quo pacto res hec si ita usu veniat aggredienda sit: quo ve modo dux ipse adiuvandus: et conatus hostium reprimendi: et ducatus Prussie defendendus, ne quid detrimenti capiat. Quapropter visum est nobis a tua S[inceri]te, et a ceteris Consiliariis nostris consilium ea de re exquirere.

Aperiat itaque nobis tua S[incerit]as consilium suum, quam nobis rationem eiusdem provincie nostre ~~defendende~~ feudatarie si quis forte casus illi ingruat, tuende propugnandeque tuendamque esse censeat. ne quid mora mali damnique afferat. Fecerit nobis S[incerit]as rem non ingratam.

Vilne 26 July 1534.

Setentia diffinitiua in causa matrimonii Regis et Reginę Angliæ.

Lata per Sanctissimum dominum nrm dominum Clemente Papam vii in Sacro Consistorio de Rmorum dominorum S.R.E. Cardinalium consilio super validitate Matrimonii inter Henricum viii et Catherinam Anglię Reges contracti

Chri nomine inuocato, in Trono iusticię, pro Tribunali sedentes, et solum deum pre oculis habentes, per hanc nram diffinitiuam sententiam, qz de Venerabilium fratrum nrorum Sanctę Romanę Ecclesię Car: consistorialiter coram nobis congregatorum consilio et assensu ferimus, in his scriptis, pronunctiamus, decernimus, et declaramus, in causa et causis ad nos et Sedem Apostolicam per appellationem per charissimam in Chro filiam Catherinam Anglię Reginam Illrem a nris et Sedis Apostolicę Legatis, in Regno Anglię deputatis, interpositam legittime deuolutis, et aduocatis inter predictam Catherinam Reginam et charissimum in Chro filium Henricum viij Anglię Regem Illrem sup validitate et inualiditate Matrimonii inter eosdem Reges contracti et consumati, rebusqz aliis in actis causę et causarum huiusmodi latius deductis, et dilecto filio Paulo Capisucho causarum Sacri Palatii tunc Decano, et propter ipsius Pauli absentiam Venli fri nro Jacobo Simonetę Epo Pisaurien. uni ex dicti Palatii causarum auditoribus locum tenenti, audiendis, instruendis, et in Consistorio nro Secreto referendis comissis, et per eos nobis et eisdem

Cardinalibus relatis, et mature discussis coram nobis pē:
dentibus, Matrimonium inter prędictos Catherinam et Hē:
ricum Anglię Reges contractum, et inde secuta quę:
cumqꝫ, fuisse et esse validum, et Canonicum, validaqꝫ et Ca:
nonica, suosqꝫ debitos debuisse, et debere sortiri effectus pro:
lemqꝫ exinde susceptam, et suscipiendam fuisse, et fore legit:
timam, et prefatum Henricum Anglię Regem teneri, et ob:
ligatum fuisse, et fore ad cohabitandū cum dicta Catherina
Regina eius legittima Coniuge illamqꝫ Maritali affectiōe,
et Regio honore tractandum, et eundem Henricū An:
glię Regem ad premissa omnia, et singula cum effectu ad:
implendum condemnandum, omnibusqꝫ Iuris remediis cogē:
dum, et compellendum fore, prout condemnamus, cogimus
et compellimus, molestacionesqꝫ, et denegationes per eun:
dem Henricum Regem, eidem Catherinę Reginę super
inualiditate, ac foedere dicti Matrimonii quomodolibet
factas et pręstitas, fuisse et esse illicitas, et iniustas, et
eidem Henrico Regi super illis ac inualiditate Matrimo:
nii huiusmodi perpetuum silencium inponendum fore et in:
ponimus. eundemqꝫ Henricum Anglię Regem in expensis
in huiusmodi causa, pro parte dictę Catherinę Reginę corā
nobis, et dictis omnibus legittime factis condemnandum fore
et condemnamus, quarum expensarum taxationem nobis
in posterum reseruamus.

Ita pronunctiamimus

Lata fuit Romę in Palatio Apostolico publicę in Consi:
storio dię XXiiij^a Marcii M° . D° . XXXiiii°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Spitconi de Tarnow Castell. Zarnouiensi
et Regni Polonie Thesaurario.

Mag^ce domine frater et amice charissime ac honorandissime.
Explicare satis non possum quantum doloris quantu[m]ve molestie animi mihi attulerunt Mgcie Vre littere, mortem dni Othe de Chodecz Palatini Crac nunciantes. erat enim vir ille singulari prudentia et humanitate preditus, non minus mihi amicus, q[uam] Regie Mti, et Regno consiliis officiisq[ue] suis comodus et vtilis. verum quia fatis et prouidentie dei resistere nemo potest, egoq[ue] iam humane mortalitatis et necessitatis leges, multocies amicorum periculo inevitabiles esse cognouerim, eius etiam preclarissimi et mihi amicissimi viri morte equiore quam potero feram animo, desyderiumq[ue] de illo meum humanarum rerum recogitatione temperabo.
Cum autem eo casu vnius amici, occasio mihi nunc data sit Magnifico domino Joanni de Tharnow Palatino Russie et Mgae Vre duobus aliis singularibus fratribus et amicis meis comodandi. tametsi apud Principes meos intercessionis mee paruam haberi racionem sciam, omni tamen ope et viribus adniti volo, vt et dominus Palatinus Russie Palatinatu Crac et Capit Leopolien exornetur et Mgcia vra aliqua etia[m] honoris accessione cumuletur. Cui mee voluntati vt efficatiorem prestare valeam operam, Vilnam ad Regiam Mtem hac de re proprium meum decreui mittere nunctium, id agam idq[ue] suadebo apud Mtem suam, quod ad domini Palatini Russie et Mgae Vre rationes ornandas cumulandasq[ue] pertinere maxime arbitrabor. Et sane si repulsam illam in prioribus

dignitatum et officiorum distribucionibus mitiore animo q̃ȝ factum est dominus Palatinus Russie tulisset, nihil equidem dubitarem sub hac presenti occasione omnia que voluisset facile admodum impetraturum fuisse. At cum fatis quibusdam cogentibus cum illo tempore dominus Palatinus offitio Capitaneatus Exercituum regni se abdicans rationibus suis incommodaret consiliis amicorum nihil effici potuit, nunc eisdem consiliis providendum erit atqȝ curandum vt amissa recuperemus simul et neglecta ꝑ occasionem oblatam, in illius ornanda dignitate et eo domini retinendo sarciamus, in quo ego id omẽ quicquid est virium in me impendere alacriter volo, diuine confidens clementie, quod et meum et domini Palatini Russie desiderium optatum habebit exitum.

Caeterum quod Mgcia Vrã ad res post mortem domini Palatini Crac in Capitaneatibus et bonis ad Mtem Regiam deuolutas conscribendas et asseruandas miserat suos Nuncios id mihi et prudenti et necessario consilio fecisse videtur et id non dubito Mtem Regiam apud se probaturam expedit enim multis de causis res domini Palatini Crac ita esse custoditas, ne per quempiam distrahantur

Quod autem attinet ad bona Robatin, etsi multi, et ante eius fuerint opinionis, et nunc sint, quod illa hereditaria bona dominorum de Chodecz esse debeant ego tamen qui scio quod et dominus Palatinus Crac et dominus regni Marschalcus fres defuncti Mti regie fassi sunt bona Robatinen non sua sed mense Regie esse, Mgciam Vrãm certiorem facio quod dicta bona ad neminem preter Regiam Mtem hereditario iure pertinent. Nam et summas que in illis bonis fuerant inscripte dominus Palatinus

defunctus Mti Regie donauit et litteras originales ipsius
inscriptionis Mti sue regie restituit quas ego cum presentibus
Mgcie vre mitto. ex quibus Mgcia vra perspiciet que ville
ad Robathin pertinent et quorum possessio nomine Mtis Re:
gie nunc adiri debet earum autem villarum que per dnos
de Chodecz sunt oppignorate ego nunc nomina assequi non
possum cum Regestra Cancellarie penes me non habeam sed si
de illis ~~earum~~ omnia vt se habent Mgcia vra scire volet, apud
dominum Mrisskowski Leopolien Canonicum defuncti dni
Palatini seruitorem perquiri faciet ille enim qui apud me
literas pro dno expediebat singula referre Mgcie vre
poterit.

Ceterum sciat Mgcia vra quod dominus Palatinus Cracouien
defunctus reseruauit sibi Aduocatiam in oppido Robatin
et Villam Podwynie dudum Eccle in Robatin designatam
per eius predecessores et donatam ac Villam Thatarinow
Regiam donari a Mte Regia impetrauit in perpetuam he:
reditatem. Impetrauit etiam vni aut duobus Nobilibus vt
eos Mtas sua conseruauerit in possessione et Tenuta aliqua:
rum villarum ad robatin spectantium ad illorum vitam
id quod indicabunt littere Mtis sue Regie et ego suo
tempore visis Regestris Cancellarie vre M. declarabo
Cuius amori et beneuolencie fraterne me commendo et vt sit
foelix et diu incolumis ex animo opto Datum in Bodzanczin
die xiiii Marcii Anno domini M°. D°. xxxiiii°

Petrus Tomicski Eps Crac. Vicecancell
Ioanni de Tarnow Palat° Russie. Capit°
Sandomiriensi

MAgce domine frater et consanguinee charissime ac hono-
rande. Nudiustertius accepi litteras à domino Spitek the-
saurario regni, mortem domini Othe de Chodecz Palatini
Crac. mihi nunciantes que tametsi me non mediocriter
perturbarunt ob amissum singularem atqz integrum ami-
cum, temperavi tamen et tempero dolori meo, sciens que sit
lex et necessitas nre mortalitatis, cui nemo resistere pt
volens autem sub hac oblata occasione consulere dignitati
et accessioni fortunarum vre M. mittere intra paucos
dies decreui dominum Samuelem Maczieiowski Canonicum
Eccle mee ad Regiam Mtem et Sermam heram meam
dominam Reginam, in Lithuaniam, et petere ac modis
omnibus suadere ut utraqz Mtas virtutum et meritorum
vre Mgcie benignam rationem nunc habere, et illam Pa-
latinatu Crac. et Capitaneatu exercituum regni et Leo-
polien ornare dignetur, et spem bonam habeo quod dns
aspirabit votis et conatibus meis modo vra qz M.
sibi et fortunis suis non desit, et supplicare non gra-
uetur utriqz Mti, ut memores servitutis et obseruancie
vre M. erga se et rempublicam regni sui, gracia sua
illam complecti et seruare sibi et reipublice velint ac in
hac vacatione multorum officiorum et dignitatum non
dignetur Mtes sue negligere et postbabere. volunt enim
magni Principes rogari à suis, et subditi vicissim erubes-
cere non debet supplicare seqz submittere Principibus

suis, quos deus eis preposuit, et honorare ac obedire illis precepit, vtatur queso Vra Mgcia sub hac opportunitate, prudencia et magnanimitate sua, et non aspernetur salubria et honesta consilia amicorum, sed illis obtemperare et acquiescere studeat. Nam si id fecerit, omnia ei bene succedent, nosque consiliorum suorum non penitebit. Commendo me ex animo amori et benevolencie frnc Vre M. et Chrm dnm precor vt Vram Mgciam cum suis oibus sospitem, florentem, ac per omnia foelicem, quam diutissime servare dignetur. Dat.

Petrus Tomic. Eps. Cracc. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Praemisliensi.

Rme in Chro Pr et domine frater et amice charissime, ac honoran. Eodem fere tempore quo Cubicularius Mtis Regie, Orlik, ex Cracovia rediens ad me divertit Nuncius domini Thesaurarii Regni mortem domini Palatini Cracovien nuncians huc ad me venit. Quorum quod vnus molestie et doloris ex casu amici concitavit, hoc alius commoditate transferendi in Lithuaniam litteras ex se oblata lenivit. Magni enim referre id puto, quod per hunc celerem nuncium, consilium meum quod paulopost sub hac dignitatum et officiorum vacatione sum amplexurus, lris ad dominationem Vram Rmam premittam. Quod quidem est eiusmodi. Cum iam ex multis argumentis perspexerim dominum Joannem de Tharnow Palatinum Russie, fratrem meum, ex illa petitionum suarum repulsa, tristi et admodum offenso animo esse, et quod quasi spretus

et contemptus pro suis preclarissimis in rempublicam me:
ritis nullis amicorum consiliis quin patriam deserat co:
tineri possit, id apud me decreui vt post paucos dies ali:
quem ex familiaribus continuis conuictoribus meis ad
Mtem Regiam mittam, et supplicem Mti sue, vt hac oc:
casione consolandi dominum Palatinum oblata, illius cle:
mentem rationem habere, atque vna opera, illum et ami:
cis et sibi sueque reipublice seruare dignaretur. Interi
tamen dum ego adorno Nuncium, D. vram Rmam
rogo, vt vtriusque Mtis animum conciliare et ad desideria
mea commnia preparare velit. factura in hoc rem publi:
ce necessariam, et omnibus recte in regno sencientibus
gratam: mihi vero pre ceteris acceptissimam. Cuius amori
et beneuolencie fraterne me commendo. et vt foelix sit
et recte semper valeat ex animo opto. Datum in Bodza
czin die xiiij a Marcii Anno M. D. XXXiiij o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Sigismundo primo Regi Poloniae.

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime. Post
humilem seruitutis et orationum mearum commendationem
in gratiam Mtis Vre Serme. Cum ita labente tempore
in longius absentia Mtis Vre protrahatur, meumque de
Mte Vra desyderium multum mihi angesceret, continere
me non potui, quin presentem Nuncium Venerabilem dnm
Samuelem Maczieiowski Mtis Vre Serme Secretarium
et alumnum ac Canonicum meum ad illam mitterem. Cui
cum ego Mtis Vre Serme valetudinem visere, et nonnulla

illi referre commiserim, supplico humiliter Mti vre Serme,
vt illum dicentem clementer audire et exaudire, verbis eius
indubiam fidem adhibere, precesqz meas et impetrabiles et
non irritas apud se habere dignetur. Quod ego Mti vre
Serme perpetua mea seruitute promereri semper curabo.
Quam seruitutem et meipsum rursum in gram Mtis vre
Serme ea qua par est animi demissione commendo. cui dns
deus longam vitam, rectam valetudinem, et perpetuam in
rebus omnibus foelicitatem tribuere dignetur. Datum in
Bodzanczin feria quinta proxima ante dominicam Judica
Anno domini Mo. Do XXX iiii

Petrus Tomicius: Bone Regine Polonice.

Sacra Rlis Mtas et domina, domina clementissima: Post
humilem seruitutis et orationum mearum commendacione.
Mittens hoc tempore istuc, ad visendam vtriusqz Regie Mtis
et simul eciam Mtis vre Serme valetudinem, Venera:
bilem dominum Samuelem Maczieiowski Canonicum Ecce
mee Crac. et Mtis Regie Secretarium apud me educa:
tum, Commisi illi quedam Mti vre Serme referre, et ab illa
petere. Quare Mtem vram Sermam summopere rogo vt
illi fidem in his que dicet adhibere et que petet me exau:
dire dignetur. Nihil siquidem ego peto quod non magis
ad reipublice bonum, atqz famam et dignitatem et vtriusqz
Regie et vre Rlis Mtis amplificandum, quam ad offi:
cium cuiusqz priuatum promouendum pertineat. factura
in hoc Mtas vra Serma rem prudentia et clementia sua

erga me dignam et quam perpetua seruitute mea ego illi mererj semper curabo. Commendo me rursus atque meam seruitutem in gratiam Mtis Vrę Sermę quam foelicissimam esse et multos in annos cum suis omnibus saluam et incolumem ex animo opto et à deo precor. Datę in Bodzanczin die xix^a Marcii M^o. D^o. xxxiiij

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell. Ioanni Choienski Epo Præmisliensi.

R.ME in Chro Pr et domine frater et amice charissime ac honorand. Cum mitterem istuc ad Principem communium dominorum meorum valetudinem inuisendam Ventem D. Samuelem Macziciowski Canonicum Eccle meę Crac et Mtis Regię Secretarium, meumque domesticum seruitorem, commisi illi vt Vram quoque Rmam D. meo nomine visat, omniaque illi dicat quę et à Mte Regia et à D. Vrą Rma impetrata esse cupio. Quare D. Vram plurimum rogo vt simul et credere ei in omnibus et consilio patrocinioque suo mihi apud singulos meos Principes velit vt et consequamur quod non pro meo affectu sed pro regia dignitate et reipublice vtilitate petimus et non referamus dictum quod non meruimus. Quod ego vicissim D. Vrę Rme officiis amicitię beneuolentiaque et gratificatione mea refferre semper curabo. Cuius amori et fraternę beneuolencię me commendo et foelicem atque incolumem illam esse ex animo et multum opto. Datę in Bodzanczin die xix^a Marcii Anno domini M^o. D^o. xxxiiij

Legatio: quam ad Regem Sigismundum Dixit Samuel Cancus Cracc. nomine Petri Tomicij Epi Cracc. Regni Pol. Vicecancell. Vilnæ. 1534.

Post salutatum Regem et dictam oblatamqz servitutem atqz literas fidei redditas in primis dicendum.

Serme Rex et domine clementissime. dominus Epus Crac servitor et Capellanus Mtis Vre Serme fidus et mile: ger semper: cum multum sollicitus esset qz recte valeat Mtas Vra desyderioqz magno eorum cognoscendorum te: neretur que hac tempestate in hoc magno Mtis Vre Se: renissime Ducatu in horas gerantur et fiant, me Mtis Vre Serme et suum servitorem huc misit idqz deman: dauit vt et Statum valetudinis Mtis Vre conspicerem et ea que illi cognita esse dominus Epus vellet suo nomine explicarem.

Et ante omnia quidem Dus sua Rma Mtem Vram Sere: nissimam multa impartitur salute cui non tam verbis qz animi votis et sincero cordis affectu longam vitam ac prosperos in rebus omnibus successus à deo precatur.

Deinde Dus sua Rma summa voluptate mentis et officii sui alacritate gratulatur Vre Serme Mti quod Mos: konie Dux molestus et contumax illius hostis, dei provi: dentia sit nuper è medio sublatus. Cuius Dno Vra Rma deo optimo maximo in re tali tamqz magna gras lau: desqz agit. In spem enim subiit erectaqz est sua domina Rma qd cum Moskonie ptas, puero Principe, discordi Senatu, et minime formidabilis existat Mtas

Vrã Serma hereditarias et vectigales prouincias dolo et fraude hostis sui olim occupatas non difficili negocio pro sui nominis gloria recuperare poterit

Caeterum cum audisset nuper sua Rma. D.o Magnificum dominum Ottam Palatinum Crac. Mtis Vrẽ Sermẽ et illius regni reipublicẽ fidelẽ, prudentem, et quietum Consiliarium, suumqz singularem amicum, ex humanis sublatum esse, scivetqz permagni nunc referre, vt dignitates et officia post illius mortem vaccantia, Mtás Vrã ita distribuere dignetur, prout illius atqz reipublicẽ rationibus maxime expediret. Vtcumqz Mtem Vram scire non dubitat quid sit quod deceat in factis: quiqz ordo illorum sit et modus pro sua tamen erga Mtem Vram obseruantia proqz suo debito atqz officio, quid et ipse ea in re commodissimum vtilissimumqz factu censeat ad Mtem Vram referre non dubitauit.

Quare supplicat in primis Mti Vrẽ Sermẽ, vt ea quẽ ipse vel suadendo vel petendo in medium per me attulerit in gratiam accipere clementiaqz et pietate sua Regia complecti dignetur. Considerans et reputans animo sua D.o Rma quàm sit nunc eorum temporum in quẽ incidimus difficillimus et perturbatus status et quàm male omnium circumquaqz vicinorum sit conciliata nobis amicitia visus est sibi suo assequi iudicio nihil aptius nihilqz ad regnum Mtis Vrẽ Sermẽ in pace et tranquillitate conseruandum, et in officio retinendum magis necessarium esse, quàm vt veteri et assueta Mtis Vrẽ Sermẽ clementia regantur omnes et vt eorum qui insignioribus nati locis maior quàm qui ex communitate exorti sunt ratio habeatur vbi enim homines ex amplissimis familiis prognati quorum magnitudo animi et authoritas in sustinenda republica plurimum valet negligerentur:

Veretur ne simul et Optimatum gravitas atqz splendor ca:
dat et ius multitudinis in qua difficillimus solet esse ordo
connalescat.

Quare cetera que huc afferri de universitate rerum
possent Mtis Vre prudentie et incomparabili iudicio
committat. hoc quod in pnti dignitatum vaccacioe
faciendum arbitretur mihi dicendum commisit.

D. sua Rma scit non ignorare Mtem Vram Serenmam
dominum Jo. de Tarnow Palatinum Russie nobilissimo et insigni loco
natum hominem, in ea conditione nunc constitutum, quod
cum de Mte Vra Serma et illius regni republica plu:
rimum meritus, minus tamen qz ceteri in preteritis mul:
tis honorum et dignitatum distributionibus gratie sit
expertus. De hoc D. sua Rma Mti Vre Serme uti
fidus Consiliarius servitorqz et Capellanus ita suadet, et
supplicat, ut illum Mtas Vra superiori preteritione
in exiguam et angustam mentem conclusum, Palatina:
tus Cracovien dignitate et Capitaneatus Leopoliensis
officio exornare, et sic exornatum animi perturbacione
liberare atqz recreare dignetur. Demqz hac sua erga
illum regia liberalitate efficere, ut reliqui subditi qui
virtutem, natales, et merita, in precio apud Mtem Vraz
esse cognoscent, simul et gras habeant Mti Vre Serme
et ad prestanda illi Militaris discipline atqz industrie
et fidei offitia facilius accendantur.

Valebit hoc quidem ad multas res que in re publica sibi
quodam vinculo sunt coniuncte, sed tamen precipua eius
rei utilitas ad honorem et dignitatem Mtis Vre Serme
referretur, quod illa D. Palatinum Russie qui in gra:
ni periculo et odio Valachico post dei auxilium et Mtis
Vre Serme fortunam, ductu auspicio diligentia fortitudineqz
sua, de manibus audatissimorum hostium subditos Mtis

V're Serme per vim occupata eripuerit, et arma illorum collapsa non sine Mtis V're Serme mortali gloria occuparit, honore exornare et dignitate augere. illumque suo beneficio sibi et Sermo filio suo, denique et regno suo, perpetuo devinctum facere dignabitur. Haec sunt quae D°. sua Rma non melius se intelligere quia Mtem V'ram Sermam scire putavit, sed facilius sub his Mtis V're Serme occupationibus ex hominum opinione et conditione temporum atque rerum necessitate collecta ad Mtem V'ram nunciare quae tamen ita nunciat ut non plus ad eius pro quo supplicat quam ad Mtis V're rationes et dignitatem illa pertinere intelligi velit et cupiat

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Samueli Maciegiewski Canco Craccovien
Secretario regio.

Venerabilis domine frater in Chro charme. Non fuimus obliti domini Hronostai Thesaurarii Magni Ducatus Lithuanie. Scimus enim illum plurimum valere authoritate et gra apud Regiam et Rlem Mtem Ideo vero nullas ad eum scripsimus literas scientes illum Ruthenum esse et litteras meas non callere neque habere servos qui illas legerent, ne tamen et ille preteritus a nobis esse videatur, cum quo est nobis vetus amicitia et familiaris consuetudo scribi fecimus ad eum literas meas, quas cum ptibus ad vos mittimus, vos autem illum prout et alios dominos visite et salutate nomine meo, et rogate ut nos retineat in

amicitia et beneuolencia sua. Non venit huc ad nos dominus Marschalcus Curie, dicunt tamen illum die crastina ad nos in Brzezini esse venturum. Koreczki vebic non fuit, quem putamus alio et directiori itinere in Bodzanczin iuisse, qui cum ad vos redierit, maturate profectionem vram, ne videamur tardi et negligentes esse in negociis amicorum. precamur chrm dominum, vt prosperet iter vrm, detq vobis Angelum Tobie, qui vos ducat et reducat ad nos incolumem et foelicem. Ex Kielcze feria quinta ante Dnicam Iudica Anno domini M° D° XXXiiij°

Petrus Tomic. Eps Cracc. Vicecancellarius.
Hornostaij Thesaur° magni Ducatus Litua[e]

PAnie milij Podscarbi, przijaczielu nam mili, Rzeczmij T. M. wprziiazni naschei nieprzepomnieli, ktora czale przeczziwku T. M. zachowiwamij, i zachowat chczemi, a wssakosch niezesmi do T. M. od dawnich czassow nie pissali, niedla czego giniego, iedno isch, na ten czas Diiaka Ruskie° niemami a T. M. hramothi naschei czisc niewmiesch, lecz possilaiancz do Crola iego M[ci] xiandza Macrzieiowskie° Secretarza ie° M[ci], a Canonica Cosczioła nasche° Cracowskiego, niechczielismi iego bes listhu naschego do T. M. odpusczic, y porucziłismi iemu abi T. M. gimieniem naschim nawiedzil, pozdrowil y winschowal zdrowia, sczesczia i wschego dobrego, ktorego T. M. sprziiaiemij i zieczemi sprawa wiara i prosiemi T. M. abi T. M. xandza Macrzieiowskie° raczil laskawie i ochothnie przijancz, wisluchacz, i iemu laske

y przijazn swa okazac dla nas, à my tho zasie T. M. przijaczielskimi poslugami oddzialowacz bendziemi, à sthim daisch pan bog abi T. M. bil dobrze zdrow à nas sprzijazni swei nieopusczal, Dan wbodzanczinie dziewianthnastego dnia Miesiacza Marcza Lata bozego M°. D°. XXXiiij°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Regni Pol. Vicecancel Samueli Macieowski Canco Craccomensi

Venerabilis domine frater in Chro charissime, Post scriptas et obsignatas priores litteras nras, redijt ex ex Craconia vir Roreczki, qui quia post horam vesperorum huc venit, iussi eum hic manere, vt ei equi disponantur, quibus cras mane res et vestes vestras ducere ad vos celeriter possit. Mitto autem vobis litteras domini Doctoris Borek vt cognoscatis quanto desiderio teneantur homines vt dominus Palatinus Russie frater meus non preteratur in presenti vacatione offitiorum et dignitatum / Mitto et litteras D. epi Varmien quas Roreczki attulit. Non placet autem nobis quod Mtas Regia scripserit domino Varmien, vt mutaret id quod prius ~~presens~~ fecit, alijs enim modis erat prius aggrediendus quos nos dudum in animo nro conceperamus, vtcumque est factum vos ita agatis et tractetis negocium Varmien prout vobis comisimus, speramus enim quod hac via qua concepimus, erimus compotes votorum nrorum / coniectum quidem est negocium hoc in non parvam difficultatem, his litteris Regijs nescimus cuius consilio et persuasione datis, curabimus tamen nos pro virili nra hoc quod

factum

est cum displicencia domini Epi Varmien et eius Capi:
tuli sartire et ad bonum atqz optatum finem reducere.
foelicissime valete et estis foelix et ad nos cum bono ac
optato responso redeatis Dat

Petr. Tomiczki eps Crac. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Poloniae.

Sacra Regia Mtas etc. Scripserunt ad me verbis
multis, et querelam lugebrem continentibus Sorores de:
functi in proximo Mgci domini Otte de Chodec Palatini
Cracs, declarantes, q ad merorem in quem post morte
fris inciderunt, plurima nunc molestia et dolor illis ac:
cesserit, partim ex hiis rebus, que in adimenda bonoru
possessione Aulici Mtis vre Leopolien et alis Capi:
taneatibus vacantibus hoc tempore prepositi, durius qz
ille mererentur in illas statuerunt, partim vero propter
aes alienum quod immodice per olim fratrem defunctum co:
tractum et ad se devolutum reppererunt. Scribunt siqde
q Aulici Mtis vre Serme non solum ea que defun:
ctus frater earum, Mti vre Serme donavit, sed et que ad
illas separatim iure hereditario pertineant ademerit: et
q tanta sit liquidi debiti post mortem fris earum suma
ad se devoluta, que nisi obligatis bonis aliquibus inmobi:
libus solvi nequaqz possit. Inter que debita, cum id sit
precipuum et maximum apud illas quod Mti vre Sere
racione Arende per dominum Palatinum defunctum rete:
te debetur, sumis precibus à me postularunt vt apud Mtem
vram Sermam earum nomine intercedam, quo id et defun:
cti earum fratri, qui multa cum suis quondam fratribus

et maioribus et de republica et de Mte Vra Sexma bene:
meruit, et illis que in grani luctu et perturbatione essent co:
stitute donare vel saltem peccuniam debitam cum his que
in frumento et in armentis pecudibus pecoribusq Aulici Mtis
Vre Sexme receperunt compensare dignaretur. Quarum
miserabili admodumqz meste postulationi et cause vt pro
meo officio ego deesse velle non videar, supplico Mti Vre
Sexme, vt et de remittendo Arende debito illarum ratio:
nem habere, et in his que hereditario Jure ad illas
post mortem fris pertinuerent, ita equa erga illas esse di:
gnetur, vt et ille misere citra difficultatem quod suum
esset consequantur, et Mtas Vra Sexma causam tales de:
inceps querelas audiendi non habeat. De his autem que
scribo et aliis negociis que illis cum certis personis foem:
nei sexus ratione rerum mobilium ablatarum Leopoli
intercedunt singillatim eorum postulationem dominus Cho:
razic Succamerarius Halicien explicabit quem illarum
nomine ista curantem Mti Vre Sexme ego commendo
et simul supplico vt in explicanda illarum iusticia equi:
tatis et pietatis sue Regie aliquid illis impartiri di:
gnetur Cuius gratie me commendo Dat

Samuel Macieowski Can^cus Cracouien
Petro Tomicio Epo Crac. R. P. Vicecancell

Rx^ME in Chro Pr et domine domine clementissime. Post humilem seruitutis et orationum mearum commendacionem Ingentes ago et habeo gras D. Vre Rxme, quod suis humanissimis litteris foelix mihi iter precari et ab angelo Thobie me deduci et ad se reduci optare dignata est. Et quidem de itinere cuperem et ipse id mihi tribui, sed dux Angelus iampridem cum gratia D. Vra Rxme mihi datus est, que cum in animo consistat comitari me vel longissime eundem nolente. D. Vra Rxma potest et ita custodire vt non offendam ad lapidem pedem meum.
Littere quas mihi D^o Vra Rxma et a domino Epo Varmien et a domino Doctore Borek misit, facient multu ad sermonem meum quem sum facturus in re vtraqz. Ego iussu D. Vre maturabo iter meum. D^o Vra Rxma etia si obuiam habuerit fratrem meum mandare dignetur vt cito me sequatur Nam non illum amplius domi expectabo nisi ad diem solemnem virginis gloriose inclusiue. cras autem domum applicabo. hodie in Sieczechow subsistam.
Commendo me et meam seruitutem gre D. Vre Rxe quam dominus deus in longa vita sanam et foelicissima Regno et suis omnibus seruare dignetur. Datu in Cunow Dominica Iudica Anno M^o. D^a XXXiiij^o

Samuel Macieiewski Canonicus Cracc.
Petro Tomicio Epo Cracc. Vicecancellario

RME in Chro Pr et domine, domine clementissime
Post mee servitutis perpetuam commendacionem in graz
D. Vre Rme. Cum ex Cunow discessissem et in Sieczie:
chow iter facerem, vt ibi pernoctarem ad dominam Cas:
tellanam Crac quam in Eccla Oppidi Sczmielow inter
diuina repperi, descendi, excepiq eam et salutaui, prout
illius dignitas meum officium, et vtriusq honestas pos:
tulare videbantur, à cuius Mta post multam verborum
concertationem et mutuam ferme trahende abstrahē:
deq manus colluctacionem, sum tandem pro faciendo
prandio retentus et supra condicionem et meritum meum
lante, honeste, et humanissime tractatus. Nam ab Ec:
clesia in Arcem vsq ab ipsa domina Castellana et nu:
merosis puellis non solum deductus, sed planè sum depor:
tatus, et in Arce, atq adeo in mensa loco superiore cum
vniuersa familia mea honoratus, preterq q mihi et meis
inserte fuerant tres Mgcie sue filie, reliquę Nobiles
et honestissime puelle, vltima post omnes meos in mensa loca oc:
cupabant, domina Castellana ipsa humili scabello ante
mensam assidens, omnibus nobis iucundo vultu et larga
manu cibum apponebat, et potum ministrabat, repetitis
vicibus nobis pro salute, et foelici Statu D. Vre Rme
prebibens, à qua cum bene potus discessissem, sub vesperum
in Sieczicchow adueni, Bilinam non inueni, omnia tamen
necessaria habui. postero die, ad Matrem applicui, vbi tri:
duo fratrem Stanislaum frustra prestolatus, in crastino

festi Annunciationis Matris domini, loco movi, et eodem die qui hesternus erat, huc Lublinum veni. hodie iter meum promovens, vel in Laczna, quo multis amicorum vocor precibus sed nondum aquiresco vel in Cholechowicze me ad noctem deponam, reliquis diebus ordinem locorum et Dietarum persequar, qui rationibus meis commodissimus videbitur, supra omnia autem id contendam, vt ad tempus per D. vram Rmam assignatum Vilnę constitui possim. Monetam Lithuanicam nusqz adhuc reperire potui. Equi duo Cantherii quorum alter agasoni alter famulo meo Heliæ datus est claudicant parum. dna Castellana Crac dixit mihi filiam suam dominam Palatiniam Russię fętum in vterum concepisse et gestare, quę vtinam impregnatio opinionem non fallat. Aliud quod nunc scribam nihil superest tantum hoc à D. vrâ Rma rogo, vt admonere dignetur dominum Archidiaconum Crac, dominum Borek, Custodem Sandomirien, et dominum Izdbienski vt de Predio in bonis Labiatricen recens constituto in Capitulo ita agant, vt priora in hoc decreta non is quorundam malevolis inventionibus non varientur, nam hic post me allatę sunt ex illis bonis lrę quod omnia sunt à rusticis perturbata et circa omnis collapsa, rem omnem tenet D. Castell: et is vt se habet D. vrę Rme explicare illam poterit, non necessariam difficultatem, sed tamen molestam, nescio quis invidus frater mihi conciliat, et Capitulum inducit vt preter suam et meam honestatem severas ad me scribant literas. Castellanus Myszkoroski

R. Me domine cum iam Currum ascendebam accurrit Nunctius fratrem Stanislaum advenlare declarans. hunc ego ad aliquot horas expectare decrevi vt simul iter suscipiamus. Coeterum Cives Lublinen questi

sunt mihi graviter de domino Lassota quod illos Iure ter:
restri premit et sumptibus gravat pro nulla alia re
nisi quod sibi obiectum à Civibus audierit quod in Cireo
quondam Golinski capite plectebatur Tortorem inclamaverit
vt à Capite eius Ensem contineret quibus vanis au:
ditis vel fictis nititur calamitosos Cives de
Conopnicza hereditaria illorum Villa perlucraris vt
vocant extrudere quam Villam ipsi habent coniuncta
Advocatie et liberatam ab expeditione bellica et
omni Iure terrestri. Quare supplico .D. vre R
vt mihi dare potestatem dignetur quo in huis et aliis
eorum necessitatibus nomine .D. vre Rme apud Re:
giam Mtem intercedere possim nam et de Iudeis et alijs
queruntur multa.

Dominus Strarhota habituris est cum Troschka actionem coram
.D. vra Rma quem illi commendo, nam iste Tros:
ka sicut et Lassota omnium gentium turbator est
et percussor Sacerdotum

Quod plane preterieram de Andrea Czarnkowski .D.
vre Rme supplico vt annuum quod illi dare solet,
in manus domini Doctoris Bork numerare facere
dignetur vt ille coniuncta pecunia quam à me habet
Centum aureos illi quamprimum transmittere possit.
Quod reliquum est me et servitutem meam .D. vre
Rme iterum commendo et pleno corde opto, vt deus
omnipotens illi longam vitam valetudinem rectam, et
indies auctam cumulatamque foelicitatem dare digne:
tur Datum Lublinii XXVII Marcii Anno domini
M° D° XXXIIII

Samuel Macieyewski Cancus Cracc.
Petro Tomicio Epo Cracc. Vicecancell.

R. ME in Chro Pr et domine, domine clementissime. Post humilem servitutis mee commendacionem in gram. D. Vre Rme. Descripsi prioribus meis quas ferendas ad D. Vram Rmam dedi famulo domini Zarnonien, quo pacto Sermas Mtes convenî, et qua quid ratione et ipse feci et factum in rebus adverti, nunc nihil est innovatum, nisi q Mtas Rlis vocato ad se domino Premislien, excusavit se, q responsum tale mihi dederit, quale iam scit Rma D. Vra, inquiens hoc non suo judicio, sed magnorum virorum consilio persuasam facere esse coactam, neqz ab hoc proposito discedere velle, petit à Mte Regia pro se Rlis Mtas Halicz et Colomiam / Lubaczow iam dedit Mtas sua Capitaneo Grodecen. Dominus Sbaski respondit Mti Rli modestius qz prius volueret, excusat se isto modo, q cum iam semel consenserit D. Vre Rme, alteri diversum consentire salvo honore non possit. Mtas Rlis rem hac de Naropinski habet cordi sed tamen sibi metuit, quia nihil aliud habet quod alleget, nisi q non licuerit sine eius voluntate à nomine Sbaski ad nomen Czarncowski nominationem transferri.

Allatum est Nuncium mortuum esse dominum Lassoczki post cuius mortem petunt amici pro domino Lubranski vt Succameraratum consequi possit, petit etiam dominus Epus Posnanien pro domino Georgio fratre, petunt et alii multi / Latalski clanculum, sed persone indigne. Tribunatum Ranen promisit Rlis Mtas suo Podskarbski

Ego cum Rege vix audeo loqui, nam adverti quod me observant quid quo tempore dico. Rex tamen ipse me provocat sermone de variis rebus. Et cum mecum de negotio Zaifredi locutus esset videbatur mihi suppudere eius quod de illo factum est, ego cum domino Premislien' ad illum venio, et cum eodem discedo. Vocor autem á multis nostratibus ad Convivia lauta. Eaque in comissis à D. Vrá Rema habui ferme omnia obtinui, preter illud quod est maximum de honoribus distribuendis nam in hoc silent omnes, sed non desperant ré domini Palatini Russie bonum exitum habituram. Rex domino Premislien' dixit necessarium est inquit vt non diu vaccare Capit permittamus unde conjicit dns Epus quod brevi distribuet omnia, sed hoc expectabit vt et Ds Palatinus petat et Regestra afferantur á Klaiski tametsi dominus Thesaurarius alia Regestra iam miserit, de Jarossek laboramus hactenus, sed credo quod in discessu meo illum suscipiet.

Vt minuatur arenda D. Voislavski impetrari non potuit, Rex enim studet magnopere suis commodis et congregat divitias plus solito.

De Oratore Moschko nihil auditur. De apparatu bellico etiam nihil / Commissarius Monachum quem Carceri tenebat mancipatum, liberum fecit, et illi fres restituit.

Mgr Coquine Lithuanus mortem obiit, sperant hoc officium consequuturum vel Narbulth, vel Kiculam Nicodemum. Omnes Poloni optant celerem Regis in Polonia reditum, et ego si longius imorabor ipse optabo

Aliud nunc quod scribam non habeo tantum me gre. D. Vre Rme comendo, quá dns deus in multos annos pro omniu bonoru consolatione sanam et foelicissima servare dignetur. Dats Vilne die Dnico Conductus Pasce 1534.

577
290

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Samueli Macieowski Canonico Cracouien.

Venerabilis domine frater in Chro charissime. Ternas habuimus litteras vras, posteaqz à nobis discessistis, gratumqz est nobis, q nos de racione itineris vri hiisdem vris litteris certiores fecistis, in quo vt succedat vobis foeliciter, vosqz rebus et negociis omnibus que vobis apud Mtem Regia curanda comisimus foeliciter et ex animi nri sentencia confectis ad nos redeatis, cupimus ex animo et precamur. Mortuus est hiis diebus dominus Lassoczki, qui vt scitis bonis Pabiianicze, ex Villis duabus Regiis Vanczemie dictis quas in summa peccunie oppignoratas tenuit, multas difficultates et grauamina inferebat, à quibus nos Capitulum Ecclie nre liberum et quietum iam antea reddere volen, roganeramus Mtem Regiam, vt easdem Villas ipsi capitulo de manibus illius redimendas permisisset. persuaseramus etiam tum et supplicaueramus sue Mti, ~~vt~~ eas ipsas Villas ipsi Capitulo donaret in perpetuum pro instituendo sibi ac Serme domine Regine Barbare clare memorie Anniuersario perpetuo, in Ecclia nra impediuerat vero tunc temporum peticionem nram dominus Lassoczki qui vt erat homo difficilis et in res suas valde attentus, obtinuerat à Mte sua patrocinio dominorum de Schidlowiecz quorum erat affinis, vt à predictis Villis interim dum viueret nô dimoueretur. Nunc itaqz cum ipse dominus Lassoczki è vita iam excessit, ne dubium sit successores eius, predictarum Villarum Tenutarios et possessores, similia vel maiora dâna

bus que ille vivens inferebat bonis Pabiamicze esse illatu:
ros, nos cernen sublatam iam esse omnem occasionem difi:
cultatum, que nobis prius in hac re ingerebantur, ratione
petendi eas Villas pro Capitulo meo resumpsimus. Itaqz
hunc Nunctium et servitorem mem Martinum Slupski hu:
ius solius rei gra isthuc ad Mtem Regiam, et ad vos ex:
pedivimus cum litteris, per quas rogamus Mtem suam Re:
giam, vt Capitulo meo potestatem redimendi villas ipsas de
manibus successorum domini Lassoczki faceret, ac in fun:
dandum sibi et Serme domine Regine Barbare pro eis
Anniversarium eidem Capitulo donaret, et perpetuo ascri:
beret. Qua in re vos simul cum Rmo domino Epo Przem:
mislien cui etiam illa per litteras commendamus, dilige:
tissimam operam vram adhibeatis, non opportet autem
q in pncia de istis ipsis villas quidpiam aliud petatis qz
vt Mtas sua Capitulo meo redimere eas permitteret. Nos
vero posteaqz sua Mtas huc in Regnum feliciter redire
dignabitur, de dandis et applicandis eis Capitulo meo
pro anniversario predicto instituendo agemus. Non indu:
xit revera nos racio aliqua alia ad petendum has vil:
las pro Capitulo meo quod scimus desiderio habendi eas
propter emolumentum aliquod minime teneri et in quibus
alioqui tam magna summa pecunie inscripta est vt
etiam forte valorem earum superet, qz vt ipsum Capitu:
lum mem bonis suis Pabiamicze sine difficultatibus et
granaminibus vti possit id quod aliter fieri nequaqz pos:
se videmus, nisi vt easdem villas obtineat. quod vt fiat,
vos de obtinendo consensu studium omne et curam vram
isthic adhibeatis.

Caeterum quia dominus Lassoczki defunctus habuit Suc:
camerariatum Posnamien, et Tribunatum Ranensem,

supplicamus eciam Mti Regie in litteris ad eam scriptis, vt Succamerariatum Posnamien vacantem conferat domino Andree Iactorowski homini claro in terra Posnamien ac industrio, Mtiqz sue bene cognito, cum quo homine tametsi nulla nobis necessitudo intercedat, quia tamen scimus illum esse bene idoneum in quem Succamerariatus iste cum dignitate sue Mtis collocari possit, existimamimus rogandam suam Mtem, vt eum illi conferat quod vt sua Mtas facere dignetur, vos cum domino Epo Premislien illam nro nomine obnixe rogetis. Vbi vero sua Mtas dare illi Succamerariatum predictum recusaret, vos rogate illam nro nomine, vt saltem det eum dno Mathie Opaleniczki gentili nro, fratri germano domini Petri Opaleniczki Mgri Curie Serenmi D. Regis Sigismundi secundi.

Nicolaus Bogusch est homo vt scitis, qui eget vt prouideatur, idem cum nobis seruiat et preter nos habeat neminem quem suspiceret in fortunis et accessionibus suis releuandis, rogamus Mtem Regiam, cuius alioqui ille est quoque Aulicus, vt illi Tribunatum Ranen dare dignaretur. Quod etiam negocium vos simul cum Revmo D. Epo Premislien apud suam Regiam et Rlem Mtes sumo studio et diligentia promoueatis, et vt ipse Bogusch Tribunatum istum obtineat omnibus viribus contendatis.

Scripsimus Mgco domino Palatino Russie fratri nro, persuaden illi, vt ipse quoque vel mitteret aliquem suorum, vel saltem scriberet Regie ac Rli Mtibus litteras, rogando quo per putis vacantis Palatinatus Crac et Capitaneatum in Russia occasionem, debita eius ratio habeatur, quod an ipse fecerit, aut facturus sit necne, est nobis incognitum. Vtcumqz autem sit, vos curate vt negocia

ipsius quorum gratia vos potissimum isthuc, misimus dili:
genter iuxta mentem ac instructionem nram̃ obeatis et
conficiatis

Caeterum à multo iam tempore sollicitudo nos distinet de
Illma domina Hedwigi Reginula, que iam adolescit, in
Matrimonium aliquod honorificum elocanda. Intelligimus
vero relatu nonnullorum insignium virorum, Illustrem
dominum Prussie Ducem apud Regiam Mtem id agere
vt illam Illri domino Philippo Comiti Palatino Rheni
desponsaret, quem cum nos audiamus esse quidem Princi:
pem formosum et iuvenem, sed non satis integra valetu:
dine. id si ita esset peniteret nos plurimum si hec nobilis:
sima virgo illi nubere deberet, vtcumqz nesciamus quod
et quale sit illud valetudinis incommodum quod idem d[s]
Philippus Comes habere et pati dicitur, rumor tn̄ est
qui etiam interdum ab aemulis spargi solet. Quia vero
nuper defuncta esse dicitur vxor filio Illris domini
Joachimi Marchionis Brandeburgen qui filius eandem
dominam Hedwigim Reginulam desponsari sibi antea
qz postulaverat, sed que negata ei fuerat, eo qz tum
ipsa nondum satis adoleverat, commodior oblata vi:
detur esse occasio illam nunc ei ipsi filio domini Mar:
chionis Joachimi desponsandi, qui etm ipsius Electoratus
Imperii patri suo succedet et Ducatum habet satis am:
plum ac regno et Dominiis Mtis sue adiacentem.
Quare exponatis hoc Mti Regie nomine nro, decla:
retisqz ei qz nos pro officio nro quod et dignitati tam
sue Mtis qz Illme domine Hedwigis Reginule et bo:
no communi Regni debemus, id significandum illi commi:
simus: quo sua Mtas si quidem id illi probabitur ine:
at rationem aliquam convenientem qua res hec per
Illrem dominum Georgium Ducem Saxonie aut quempia

alium domino Joachimo Marchioni insinuari possit, cuius filio Illma domina Hedwigis Reginula meo iudicio melius et honorificentius collocaretur in Matrimonium quam dno Comiti Philippo qui tametsi non sit genere et opibus inferior, certe tamen cum sit remotus a regno, affinitas illius non tanto vsui esse posset sue Mti, et ipsi Regno quanto esset affinitas filii domini Marchionis Joachimi. bene valete et commendetis nos omnibus dominis Et amicis nris, quibus nunc propter celerem abitionem huius Nuncii, ac etiam propter hos sacros dies Pasche nihil scribere potuimus Datum Cracouie viij Aprilis Anno domini M°. D°. XXXiiij°

Petrus Tomicski Eps. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Poloniae.

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime, Post perpetue seruitutis et oracionum mearum in graciam Mtis Vre Serme humilem commendacionem. Puto memorem esse Mtem Vram Sermam supplicationis mee quam annis retroactis feceram ei, vt duas villas suas Regias Vianczenie dictas, bonis Pabiianiecze vicinas, quas dominus Stanislaus Lassoczki nuper defunctus, in peccuniarum summa inscriptas habuit, Capitulo Eccle mee redimere permitteret, non quod idem Capitulum necessitate nimia habendi dictas villas distineatur, aut eciam quod occasione illarum prouentus suos valde auctiores redderet, sed vt deuitare posset magnas et graues iniurias ac damna, que bonis Pabiianiecze ob vicinitatem earum per dominum Lasoczki

illarum Tenutarium inferebantur. supplicaueram eciam tum Mti Vre Serme vt easdem villas ipsi Capitulo Ecclesie mee ea condicione asscribere et donare in perpetuum dignaretur, quod instituatur pro eis anniuersarius perpetuus Mti Vre Serme, et Serme domine Barbare bone memorie Regine et Coniugi chare Mtis Vre Serme, in predicta Ecclia mea Cracovien. nec erat quidpiam aliud quod inficiebat tunc tempo: ris meam supplicationem quominus exaudiretur à Mte Vra Serma, nisi intercessio dominorum de Schidlowiecz seruitorum optime meritorum de Mte Vra Serma, qui laborarunt tum pro domino Lassoczki veluti homine deuincto sibi affinitatis vinculo, ab eis ipsis villis, interea dum viueret non alienando. Quoniam vero ipse dominus Lassoczki è vita nuper excessit, et Villarum prefatarum possessio ad Successores eius recidit, sup: plico nunc Mti Vre Serme, dignetur Prelatis et Ca: nonicis Ecclie mee redimendi villas de manibus eo: rundem Successorum domini Lassoczki potestatem facere, easque illis in foelici suo ad nos reditu et generali regni sui Conuentu perpetuo asscribere et condonare, pro qui: bus ipsi Mti Vre, et Serme domine Regine Barba: re anniuersarium perpetuum instituent ac sustinebunt et insuper pro foelici ac incolumi Statu ac Imperio Mtis Vre deum assiduis precacionibus suis exorabunt. Pre: terea cognitum est Mti Vre Serme dominum Lassoczki defunctum habuisse Succamerariatum Posnanien ac Tribunatum Rauen, quorum vtriusque per obitum illius contigit nunc vacatio: Ego vero tametsi sciam multos futuros qui vtrumque hoc officium petituri sint à Mte Vra Serma, Quia tamen dominus Andreas Jactorowski est homo clarus et dexteritate ac prudencia non vulgari

preditus, supplico Mti Vre Serme dignetur ei Succame:
rariatum Posnamien vacantem conferre, me revera nulla
impulit privata racio ad intercedendum pro eo homine
quippe qui preter hoc quod sit Nepotibus meis sanguinis
necessitudine coniunctus nullis peculiaribus officiis me
sibi demeruerit, sed quia scio illum magis fore futurum
usui Mti Vre Serme ac reipublice, si mandatum fue:
rit ei aliquod officium, suscepi ultro hanc intercessione
meam pro illo faciendam. Cui si Mtas Vra Succamera:
riatum ipsum conferre dignabitur et dignitati sue et
utilitati tocius terre Posnamien non parum consulet.
Quodsi non visum fuerit Mti Vre officium hoc quod
fidum industrium ac probum hominem exposcit domino
Jaczorowski conferre, supplico humiliter Mti Vre digne:
tur ornare illo dominum Mathiam Opalenizki gentilem
meum, qui sua virtute ac in rebus agendis dexteritate
proculdubio illi satisfaciet, gratumque se ac fidum servi:
torem Mti Vre Serme prestabit. De Tribunatu ante
Ranen supplico Mti Vre Serme dignetur illum Nobli
Nicolao Bogusch Aulico suo et servitori meo homini
certe sagaci, et non vulgari virtute predito conferre.
rem clementissimo et prudentissimo Principe dignam facturam
Mtas Vra Serma, quam ego illi perpetua fide et servitu:
te mea demereri curabo. Comendo me rursus humiliter
gratie Mtis Vre Serme Quam dominus deus servet
diutissime in sua gratia sospitem ac foelicem Dat. Crac
vija Aprilis Anno domini M°. D°. XXXiiij°

Petrus Tomic. Eps. Vicecancell.
Ioanni Choiensski Epo Pramisliensi

RME in Chro Pater et domine amice charissime ac honorande. Non sunt incognite D. Vre Rme difficultates et gravamina, que sustinet Capitulum Eccle mee in bonis suis Pabiianicze, ex Villis Regiis duabus, Vianczemie dictis, quas dominus Stanislaus Lassoczki nuper defunctus in summa pecuniarum inscriptas tenuit, ipsaqz gravamina et difficultates bonis Pabiianicze inferebat. à quibus cum ego Capitulum ipsum liberare sepius curassem, nec viderem quo pacto alio id fieri posset, qz si idem Capitulum dictas villas redimeret ac possideret. rogaveram autem Mtem Regiam, vt illas eidem Capitulo meo redimendas permitteret. ac sub condicione fundandi sibi et Serme Regine Barbare pro eis anniversarii perpetui ei ipsi Capitulo donaret et ascriberet. obstabat vero tum variis modis huic conatui et studio meo dominus Lassoczki, qui fretus intercessione dominorum de Schidlowiecz quorum affinis erat, id etiam à Mte sua obtinuerat, vt ab istis ipsis Villis donec viveret non alienaretur. Quoniam vero ipse dominus Lassoczki è vita iam excessit et omne impedimentum quod prius mihi in hac re occurrebat morte illius sublatum est, ego nolens deesse occasioni, expedivi hunc famulum meum Martinum Slupski ad Mtem Regiam cum litteris, per quas reduco illi ad memoriam, peticionem meam, de villis

istis duabus per me prius factam, rogo nunc denuo sua Mtem vt illas Capitulo meo redimendas permitteret: ac postea perpetuo donaret et asscriberet, ipsum vero Capitulum sue Mti et Sermé olim Regine Barbare anniuersarium perpetuum, pro eis instituerét ac sustine:ret. Itaqz rogo. D. vram Rmam interponere velit sua operam apud suam Regiam Mtem vt huic peticioni mee ac Capituli mei benigne annuere dignaretur. Ego certe non ideo villas istas suscepi petendas, q Capitulum me:um habendis fructibus seu prouentibus earum capiatur, sed solum vt libero esse posset à granaminibus et iniuriis que ex illis inferri solent per earum Tenutarios in bo:nis Labiiamicze. Qua in re quicquid opere sue nanabit D. vrá Rma, id et dominus Deus illi retribuet, et ego officiis amicicie referre curabo. Capitulumqz meum ser:uiciis suis promerebitur. Scripsi et nonnullas alias peticiones meas sue Mti. de quibus dominus Samuel Maczieiowski. D. vré Rme refferet. Quare rogo plu:rimum. D. vram Rmam, promouere eciam easdem, ceteras peticiones meas velit, pariter cum ipso domino Maczieiowski apud suam Mtem. operamqz suam adhi:bere, vt sua Mtás Regia me voti ac desiderii mei compotem facere, et preces meas exaudire dignetur. In quo faciet mihi rem gratissimam. D. vrá Rma. Que valeat foelicissime meqz solita sua beneuolencia prose:quatur Datū Crac die viij Aprilis Mo D XXXiiij

Samuel Maciegewski Can^cus Cracc.
Petro Tomicio epo Cracc. Vicecancell^o

Rx.ME in Chro Pr et domine, domine clementissime.
Post humilem servitutis et orationum mearum comendacionem in gram. D. Vre Rme. Redeo iam tandem ad. D. Vram Rmam a Regia et Rli Mte, in quibusdam dubie, in quibusdam vero ut fieri potuit conclusive expeditus. Et primum quidem in peticione Magistratuum pro domino Palatino Russie Mtas Regia respodit gratum quidem sibi fore officium. D. Vre Rme et consilium quod illi Senatorio more, ea de re prebuit esse acceptissimum, pro hocque et officio et consilio agere se gras. D. Vre Rme Mtas sua testata est, verum cum hactenus non sit satis instructa qui vel quales sit in Capit Leopolien proventus, de Magistratibus distribuendis se non posse in presens aliquid certi statuere dixit brevi tamen se distributioni huic finem imponere Mtas sua est pollicita. simul promittens se tum cum officia et dignitates distribuet. D^mis Vre Rme consilii et peticionis iustam habituram racionem, presertim quod sciat. D. Vram Rmam nihil sibi consulere, nisi quod ad honorem dignitatemque suam Regiam et ad regni reip utilitatem spectare videatur. postmodum de negocio dni Epi Culmen respondit Mtas sua, sequidem dubitare an aliquid in illo apud dominum Epm Varmien. D^o Vra Rma proficere possit. quia tamen. D. Vram habere modos intellexit, quibus illum in sentenciam. d. Dantisci

pertrahere queat, facile se permittere vt et in hoc quo ita
agat. D. vra Rma, vt et Mti sue suadet, et reip:
isti et illi expedire maxime indicat.

Ex gratia Jubilei Eccliae Cathedrali Vilnen concessa, non
plus quam quadringentorum florenorum summam collectam
esse dixit Mtas sua, et eius iam sumae nedum nullum
assem, sed ne memoriam quidem extare.

Jaroschek difficillimis modis adducta Mtas sua, ad nu:
merum duorum equorum in Aulicum suscepit

Consensus pro domino Piwo cum iam concessus esset, et scri:
ptus, reuocatus est per dominum Epm Premislien. Etenim
D. sua repperit in regestro suo ad eas villas quas D.
Pywo optabat, datum esse iampridem consensum domino la:
talski.

Consensum ad inscribendum decem Marcarum Censum in
bonis dominae Ramschowa Eccliae Parrochiali in Ole:
schicze, Dni vrae Rmae dare permisit Mtas sua, sub da:
ta Radomien, sed in vim reemptionis saltem et non ad
perpetuitatem

De minuenda Arenda domino Voislawski, dixit Mtas
sua causa. D. vrae Rmae suo tempore se velle habe:
re rationem. Ea quae dominus Izdbienski curanda com:
misit, etiam admissa, et confecta habeo

In his cum eram expeditus, accurrit Slupski mortem dmi
Lassoczki nuncians quae iam ante vnam septimanam scie:
batur et pridie ante aduentum Slupski, officia sunt dis
tributa. datus est domino Lubranski Succamerariatus
et Podskarbski Tribunatum Ranen absens obtinuit

Venli Capitulo Crac Mtas sua dedit consensum ad
eximenda bona Viarzemie, quem non habuissemus
si Mti Rli lras D. vrae Rmae reddidissem

De Illma domina Heduigi filia sua Mtas Regia id cosiliu

quod. D^o. V^ra prebuit amplexa, misi ad dominum Castell: Posnamien. vt prius ille perscrutetur mentem illius Princi: pis, et postea medio domini Ducis Prussie id tractare M^tas sua vellet.

Podwodas latinas et Ruthenas cum presentibus D^m V^re R^me mitto. De M^te R^li quid scribam no habeo nam in eodem proposito et responso quod prio: ribus scripsi perstat

Noua nulla sunt certa ex Moschkonia, que tamen nuga: ces duo captiui Moschi die discessus mei adducti dixe: runt, Slupski .D. V^re R^me verbis explicabit, quod reliquum est ego me gratie .D. V^re R^me vna cum officiis meis et seruitute perpetua comendo quam diu: tissime sanam et semper foelicissimam dominus deus vt seruet, pleno corde cupio atq3 precor. Dat in Perelaie XXI^a Aprilis Anno M^o. D^o. XXXiiij^o

Petrus Tomiczki Eps Vicecancell.
Sigismundo primo. regi Poloniae.

SAcra ac Ser^ma Regia M^tas et domine, domine cle: mentissime. Post humilem seruitutis et orationu mearu commendacionem. Imensas ago et habeo M^ti V^re Ser^me gras, Q meis et Capituli mei precibus annuens be: nigne, concedere dignata sit, vt bona sua Regia Vio: czemie nuncupata, ipsum Capitulum de manibus posses: soru et heredum defuncti domini Lassoczki redimere possit. Qua in re si nihil obstitisset ad hoc tempus Ca: pitulum Ecclesie mee redemptioni illi finem proculdu: bio fecisset: At quoniam in libris Cancellarie M^ti

olim Christophori de Schidlowiecz Castellani et Capitanei Craconien' reperi Mtem Vram summas in Villis Vianczenie obligatas ipsi domino Lassoczki defuncto cum summis aliarum villarum vzt Szrawino Scheligi et Advocacia in Szrawino, quas hyppotecatas obtinuit coniunxisse: Capitulum consensu sibi dato utiliter redemptionem instituere non potuit. Quare denuo Mti Vre ego et cum Capitulo meo supplicamus, dignetur ad hec omnia simul coniuncta bona consensum redimendi Capitulo meo clementer concedere. simulqz facultatem dare ut Capitulum ipsum meum omnibus simul redemptis partiri cum alio quopiam apud quem mutuo querent pecuniam et bona et summas possit. Aliud siquidem comodum neqz optat, neqz querit Capitulum meum, qz ut Villis Vianczenie redemptis, bona sua Pabiianicesia in pace et tranquillitate, qua per multam retro ætatem indigebant constituere possint. merebor ego hanc gratiam Mti Vre Sermе iugi et fida servitute mea et Capitulum meum etiam supplicationibus ad deum pro salute Mtis Vre Serme factis optime mereri curabit

Caeterum etsi aliorum magis interest rei militaris in Regno constituende curam habere, ego tamen absente Mte Vra Serma à regno, ea que mihi ad bonum publicum spectare videntur, reticere nolens, Mti Vre Serme supplico, ut cum multum nunc in terris Russie de Tartarorum incursione timeatur: dominusqz Joannes Cola Castellanus Halicien' Militum Mercenariorũ à Mte Vra Prefectus et Ductor datus, ex gravi egritudine prout accepi decumbat: alium quempiam constituere dignetur virum, qui et consilio et facultate non tantum Mercenariorum militum curam, sed et omnes supervenientes

hostium impetus sustinere recte posset: ne et incole finibus hostium adiacentes, et milites illic congregati duce carentes, veluti grex sine pastore periclitentur. Verum cum alius nemo sit hoc tempore qui et magis possit et melius sciat tante rei preesse preter dominum Palatinum Russie, Mti Vre Serme suadeo et supplico, ut id bellici ordinis negocium demandare illi dignetur. Nam is vel per se ubi res postulabit, vel per amicos quorum peritiam et animi fortitudinem novit absente Mte Vra Serma omnia secure et cum illius laude atque comodo regni gerere et administrare poterit

Jo. de Tarnow

Puto iam non latere Mtem Vram Sermam, quod dominus Georgius Crupski Palatinus Belzen sit paulo ante mortuus. ad quem Palatinatum etsi ego in priore vacatione dominum Nicolaum Nisczizki Mti Vre comendaveram nunc tamen illius nomine animum Mtis Vre perturbare metuens, repetere priorem intercessionem meam nolo, verum ad hunc Palatinatum commendo Mti Vre Serme dominum Nicolaum Pileczki Castellanum Belsen consanguineum meum in terris Russie gratia animis et re familiari inter multos precipuum, et supplico Mti Vre Serme dignetur iam tandem in hac etate illius, eius, et familie sue, benignam rationem habere, hacque vacante dignitate illum exornare quod et ipse Mti Vre Serme perpetua servitute mereri semper curabimus. Me rursus et servitutem meam suppliciter commendo, et ut deus omnipotens illam cum suis omnibus diutissime sanam et semper foelicissimam servare nobis dignetur continuis votis precor et ex animo opto Dat. Crac. die xvij Maij Anno domini M°. D°. XXXiiij°

Petrus Tomiczki eps Cracc. Vicecancell.
Joanni Choiensk Epo Præmisliensi.

Rme in Chro Pr et domine frater et amice charissime ac honoran. Magnas ago et habeo gratias. D. Vre Rme pro eius opera et diligentia quam prestitit in expediedo apud Mtem Regiam dominis Prelatis et Canonicis Eccle mee Consensu super redimendas villas Vianczenie. Quoniam vero acceptis litteris eiusdem consensus, ego et ipsi domini Prelati et Canonici, volen reseire quenam pecunia rum suma in eis ipsis Villis Vianczenie esset inscripta: invenimus eam non solum magnam esse verum etiam cum aliis sumis in Villis Sczavino et Scheligi ac in Aduocatia in Sczavino inscriptis per Mtem Regiam domino olim Stano Lassoczki sic esse adunatam, vt non nisi simul et coniunctim redimi possent, id quod D. vra Rma ex litteris domino olim Lassoczki desuper concessis, quarum exemplum mitto illi cum pntibus, plenius intelliget. atque ita frustra proferede essent ad vsum redempcionis istius conficiende littere Consensus per Rmam. D. Vram misse: in quibus de bonis Vianczenie habetur duntaxat mentio. feci itaque eas transscribi sic vt super redimendas villas omnes supradictas et Aduocatiam veluti simul coniuncta attinerent. verum quia domini Prelati et Canonici Ecclesie mee villas Sczavino et Scheligi predictas habere non optant prout et villas Vianczenie non optarent si non difficultatibus quas ex eis sustinet ac a longo tempore sustinuerunt in bonis suis Pabiianicze ad habendas eas adigerentur, feci quoque scribi et alias litteras Consensus quibus mediantibus liceret eis redemptis predictis

Villis Sczarino et Scheligi ac Aduocatia in Sczarino illas cuipiam alteri oppignorare, expedit namque vt antequam exe:
peionis istius negocium meatur presto sit aliquis qui nume:
ret et conferat pecuniam, qua simul coniuncta cum pecu:
nia dominorum Prelatorum et Canonicorum Eccliae mee su:
pradicta bona omnia redimentur, quibus redemptis, eidem illi quidaret in hoc pecuniam suam ville Sczarino et Sche:
ligi ac Aduocatia in Sczarino inscriberentur. Mitto itaque eas vtriusque Consensus conscriptas lras . D. Vre Rme et rogo illam plurimum, curare efficereque velit apud Mtem Regiam, quo ita quemadmodum scripte sunt concedantur et Sigillentur, ac manu Mtis sue illis subscribatur quod officium D. Vre Rme domini Prelati et Canonici Ec:
clesie mee studebunt semper promereri ego vero omni be:
neuolencia ac studio meo referre quoque curabo.

Caeterum tametsi non mea referat curare negocia adminis:
trande milicie, quia tamen audio dominum Castellanum Halicien Prefectum militum Mercenariorum Campestrem graui morbo nunc decumbere, metuoque ne respublica re:
gni sub hoc presertim tempore, quo non est generalis exer:
cituum regni Capitaneus quidpiam detrementi patiatur scribo Mti Regie. vt si dominus Castellanus Halicien aduersa valetudine sua diutius distinebitur, committere di:
gnaretur munus gubernandorum et dirigendorum Merce:
nariorum militum cuipiam alteri industria et vsu rei bel:
lice conspicuo et pollenti, Quia vero ipse mecum perpendens cogitacionemque meam vndique excuciens, reuera non inuenio cuinam alteri hoc tantum negocium deferri possit ex vsu reipublice quam domino Palatino Russie, Vra D. Rma ni1 exponere velit suam operam apud Mtem Regiam vt illi id muneris committere dignaretur. Quamuis enim sit

nunc valde consternato, et ad negocia reipublice tractāda
parum feruido animo propter indignacionem Principum
nr̄orum quam in se aanimaduertit, non dubito tamen q̄
superabit eius dolorem amor patrie, egoq3 illum suasioni:
bus et Consiliis meis ad hoc inducam vt mandatum hoc
Mtis Regie strennue ac diligenter exequatur.

Preterea vtcumq3 compertum habeam ea consecuta esse tē:
pora vt intercessiones mee apud Mtem Regiam sint
inefficaces et inutiles, quandoquidem petenti mihi à Mte
sua ea que licita et honesta videbantur non sint admissa
neq3 concessa id quod ego prout et cetera omnia domino deo
comitto, vacan' tamen nunc Palatinatu Belzen' per mortem
olim domini Georgii Crupski ne et officio ac debito meo
et amicis id à me efflagitantibus videar defuisse scribo
sue Mti supplicans vt eundem Palatinatum fratri meo
Nicolao Pileczki domino Castellano Belzen' deferre dig:
naretur. Scio quidem esse plerosq3 qui eum ipsum Palati:
natum ambiant vel ambient, sed certe si spectandum est
quinam istorum ambientium dignior sit ad eum obtinē:
dum, non alium preter dominum Castellanum Belzen' video.
quippe qui prudentia, facultatibus, et rei militaris dexteri:
tate, eque atq3 quisq3 Palatinorum censeri potest. Quare
rogo .D. vr̄am Rmam, vt ipsa q3 intercessionem meā
quam pro eo facio, opera sua adiuuare velit, quod ego
pariter cum illo .D. vr̄e Rme studebimus officiis be:
niuolencie mee semper referre. Valeat foelix et optimè
incolumis .D. vr̄a Rma et me diligat Dat

Petrus Tomieski Eps Crac. R. P. Vicecancell
Ioanni de Tarnow Palat° Russie. et
Capit° Sandomirien.

Magce etc. Quod Mgcia vra scribit se consilium meum secutam, per dominu Iskrzizki ad Regiam et Rlem Mtem litteras peticionem suam continentes misisse, grata admodum mee accepi neque tam ob id quod mea consilia non reiiciat quam quod intelligam rebus et fortunis Mgcie vre quibus integerrime faueo conducere id posse. Nam tametsi et ipse videam opposita et interiecta esse rationibus Mgcie vre grauia impedimenta illa tamen consiliis emolири et virtute que ardua vbi licet contemnit remoueri posse confido, precipue cum inter Mtem Regiam solam et inter Mgciam Vram nihil subesse offense intelligam sed et vox populi me solatur que predicit omnia bene Mgcie vre successura

Reginæ Bonæ

Domine animum qualis qualis declaratur ferre humaniter conuenit. nam et vs, ob id laudari solet, qui sui cognoscendi facultatem prebet. Meus enim animus aduersum Mgciam Vram semper est constans neque ad vllas criminationes vacillat, nam oculus impulsu venti auersa facie non leditur, sic auditu rerum quas non comprobat fides, affectus moueri mihi non solent. Quod vero de me verbis predico id factis declarare et prestare semper volo et soleo. Aliud nunc quod scribam non habeo ...me amori et beneuolencie frne Mgcie vre commendo Cui deus omnipotens det vitam longam et fortunam honoribus solatiisque animi augeam. Datum Crac. XXIa
M° D° XXXiiij

Petr. Tom. Eps Crac. R. P. Vicecancell.
Ioanni a Tarnow Palat° Russiae, Capit°
Sandomiriensi.

Magce domine etc. Cum se hinc Sobek Mgcie Vre
servitor absolveret, mihiqz se recta ad Mgciam Vraz
iturum declarasset, meis utcumqz argumento sterili:
bus lris illum vacuum dimittere nolui quibus Mgciaz
Vram viso et saluto et foelicia omnia illi precor.
De me quod prius scripsi nunc repetere cogor, decum:
bo enim hactenus egritudine gravi et molesta concussus.
que tametsi non adeo ut prius me afligit, propter tamen
debilitatem quam in membris post se reliquit, viribus
subsistere non patitur. spero indies meliora, in qua spe
utcumqz mihi successerit Mgciam Vram certiorem ad
tempore facere curabo. Ex Lithuania idem semper mi
scribitur Mtem Regiam huiusqz deliberare qua ra:
tione dignitates vaccantes distribuere debeat: spem tamen
firmam habere se dominus Io. Chorinski Premislien scribit, q Mtas
Sua meritorum Mgcie Vre et peticionis atqz consi:
liorum meorum sit habitura rationem. quod faxit deus
omnipotens pro nra comuni et aliorum meorum amico:
rum consolatione atqz voluptate. Commendo me ad
bis amori et benevolencie Mgcie Vre quam deus om:
nipotens sanam ex omni parte foelicissimam in plurios
annos servare dignetur Datu

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Præmisliensi.

Rme in Chro Pr et domine frater et amice charissime ac honorand. Angit me multum mora ista Regiæ Mtis in officiis et dignitatibus vacantibus distribuen: dis in tam longum tempus protracta, presertim q ru: mores ex variis hominum opinionibus et coniecturis desumpti sparguntur qui spem et expectacionem meam non admodum consolantur. sed quid agam, feci officio et debito meo satis, nullaqz priuata affectione permo: tus quæ bona et vtilia prospexi suasi amplectenda, quæ item incomoda et noxia preuidi, vitanda consului, de: niqz et illud nunciaui quod ad Stabiliendam in pace et tranquillitate eius regni rempublicam me cognouisse ex: pedire declaraui vt Mtas sua mentis oculis etiam et nõ tantum corporis in gubernanda republica vtatur/ men: tis enim lumen de longe omnia explicat et complectitur multa. Visus corporis intra parietes tm, vel paruũ ce: lestem orisontem actum suum concludit, parua autem laus est qui vrbem regit domo tm media vrbe collocata se continere, et iactura maxima ei qui vt tueatur forum moenia vrbis derelinquit, nam quassatis moeniis faci: lius ad medias Ciuitatis turres et fora perueniri solet. Res quidem quæ adhuc integra est, et Principis mei rationes cui consilium non deest, me solantur ha: ctenus. spero enim Mtem suam consilium non affectum esse secuturam.

Mi domine Rme accidit nunc quiddam hic, quod et dis: plicet

plicet mihi vehementer et me Ecclesie huic insigni pre:
sidentem graviter perturbat. aedificari cepit Balneu
ex latere coctili satis amplum et supra illud stuba lignea
pro infirmis in illo Cavo seu impluvio quod parietes Ec:
clesie et Regiam domum quam Rx̄lis Mtas̄ inhabitat
mediat, ita amplum et altum. vt si non demoliatur. sit
lumen magna ex parte Sacellis illis orienti expositis
illi autem atriolo satis alioqui obscuro quod ante Sa:
crarium est constitutum. et in quo fundatio est antiqua
Nancheri Epi, in toto adempta. Quare rogo ~~rogo~~
plurimum. D. Vram̄ agat diligenter cum sola Mte re:
gia vt hoc edificium extrui non permittat. nam Bal:
neum et domus infirmoru alio loco retro. Castrum
supra fluuium Rudawka vt mecum iam antea de
hoc locuta est Mtas̄ sua, comodius parari potest et Ec:
clesia si hoc quod ceptum est construeretur et incomodo
et plurima deformitate ac feditate non careret
Ad hec comendo. D. Vre Rme negotium domine
Crupska Palatine Belzen quod litteris Mtis Regie
tam Illme domine Heduigis Reginule quam meo
nomine comendavi et rogo vt hoc negocium cordi
habere et vt expedit curare velit D. Vra. Rma.
gratulor autem dominum thesaurarium ornatum esse
Castellanatu Radomien, siqz Mtas̄ Regia alias di:
gnitates et officia vaccantia pari modo non rogata
viris dignis conferret, omnes homines id summis lau:
dibus efferrent et comprobarent, sed et gratularerqz
et gauderem vt dominus Macziejowski vir integer
homo bonus et senex mundus atqz honestus, digni:
tate tali augeatur, que illum et comodis et honore si:
mul cumularet, pro quo tamen ego quemadmodum et
pro aliis intercedere ideo nolo vt prodesse cupiens nō

obsim sicut ceteri iam id de mea intercessione sibi me:
tuere et persuadere ceperunt. Comendo me amori et
beniuolencie fraterne D. V. R.me quam sanam
et semper foelicissimam esse ex animo opto Dat Crac
XX.a Maii Anno domini M.o D.o XXXiiii.o

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Poloniæ.

Cum paucis retro diebus dei prouidencia et voluntate
Mgcus dominus Georgius Crupski Palatinus Belsen
ab humanis sublatus esset. vxor eius ex amisso Marito
dolens atque mesta filium natu maiorem et adhuc pue:
rum. cum hoc tristi et lugubri nunctio ad Illmam D.
Heduigim Mtis Vre Sermae filiam misit, vt se viduam
et externam mulierem ob piam memoriam et amantem
Sermae domine Barbare Matris sue recordationem cu:
ius voluntate elocata hic esset vna cum liberis non du
adultis in patrocinium et protectionem recipere, et de
iis que illi expedirent ad Mtem Vram Sermam inter:
cedere dignaretur. Cuius Illma D.o et merore dne
Palatine, et innata sua pietate, atque memorande ma:
tris officio permota, demandare mihi dignata est, vt
de sue Illme D.nis nomine Mti Vre Serme suppli:
carem quo hanc alienigenam viduam ab agnatis se:
iunctam et ex Aula Mtis Vre Coniugis Marito tra:
ditam. clemencia Regia prosequi et illam dum viuit
in possessione et vsufructu bonorum Mtis Vre Hro:
dlo secundum literas quas a Mte Vra Maritus de:
functus et illa coniunctim ad finem vite vtriusque habu:
erunt

erunt conseruare dignaretur Quodquidem ego etsi Illme D. mis sue iussu lubens scribo, et ipse tamen qui viuentem dominum Palatinum singulari sum beneuolencia pro: secutus non inuitus nunc vxoris et filiorum eius curam complectens, Mti Vre Sermé supplico, vt predictam in: scripcionem bonorum Hrodlo iam pridem ad vitam dne Palatine sicut ab illa sum edoctus factam, ratam habere et literis suis denuo innouari et confirmari mandare dignetur, vt illa gracia et liberalitate Mtis Vre, et Sermé olim domine Barbare illmis suauissime Coniu: gis, tuto et citra impedimentum vti frui possit. In quo Mtas Vra et Illmam filiam suam et merentem dominam Palatinam consolari et filios eius ad prestanda fidei et seruitutis officia sibi in posterum obligare dignabitur.

Coeterum Sermé Rex statuitur nunc edifficium latericium intra Cauedium illud quod fronti Ecclesie Cathedralis. et tergo edium Mtis Rlis, luminis recipiendi causa à Mte Vra et à predecessoribus illius relictum est, de quo edifficio ego per Capitulum nunc primum cum eleuari in altum visum est admonitus, magnopere sollicitus esse cepi. etenim vbi procederet, et Sacrum ab antiquo locum profa: naret, et humana illic habitacione, nouiqz atqz ampli Balnei et Stube lignee supra illud pro infirmis extructi: one diuinorum administracionem atqz Sacrificia ipsa cō: tra decorum impediret et quod denique maximum et incō: modissimum est, lumen tocius fenestre qua ingressus satis obscurus ad penitius Sacrarium patet, et vbi ad honoré dei et ob memoriam Sancte Margarethe Altare fun: fundatum et erectum est per innocentissimum virum Nan: kerum Epm Crac Sancti Stanislai patroni mei, vt opinor sedecimum successorem, ita adimeret, vt nec Sacrificium ibi fieri, nec alia que ad diuinorum exercicium pertinet

vllo pacto peragi possint Quare Mti vrę Sermę domino
clementissimo et Ecclię Sancti Stanislai patrono dilige:
ter supplico vt me vivo et foelicis imperii sui tempore id
ędificium extruere non patiatur, quod et locum templo
dicatum occupare et luminibus Ecclesię multis officere:
illius autem Sacelli Nankieri supranominati lumen
penitus tollere debeat. facturą in hoc Mtas vrã Sermą
rem Chriano Principe dignam et non minus serius Ecclię
necessariam qz deo divisqz eius gratam et acceptam/ egre
enim à domino Castellano Zarnomien impetravi, vt à cep:
to ędificio ad declarationem aliam Mtis vrę Sermę vo:
luntatis subsisteret/ Vt autem Mtas vrã Sermã cogno:
scere possit qua ratione id ędifficium extrui incipiat fi:
guram illius lineamentis designatam, et cubitis seu vlnis
secundum angulorum et parietum, proportiones distinctam
in Sceda presentibus inclusa Mti vrę Sermę mitto.
Preterea eciam annotacionem pecunię ex Contribucione
Cleri hic in Ecclesia mea deposite, et descriptionem summę
quę in bonis Regalibus Busko obligata est, Mti vrę
Sermę mitto. Cui celatum esse nolui eam esse omnium no:
strum qui contribuimus pecuniam deliberationem, vt il:
lam tum demum in manus Mtis vrę Sermę tradamus
cum huc foeliciter in regnum ad nos fuerit reversa/ pu:
blicam enim protestationem astruximus, q non alia racione
illam contribuerimus, nisi vt hoc subsidio nrõ gnales exer:
cituu regni Capitanei pro tempore existentes adiuti et to:
cius regni defensioni et privatę Eccliacarum psonarum
tuicioni intendere possint. Comendo me rursus et servi:
tutem meam in graẽ Mtis vrę Sermę quam Chrus ds
in multa ętate foelicissima et recte incolumem vna cum
vniversa domo sua servare dignetur Dat Crac die
Maii Anno domini M° . D°. XXXiiii°

Petrus Tomicski Eps Cracc. Vicecancell
Ioanni Regi Vngarie. Dalmatie. Croatie.

Serme Princeps et domine domine clementissime, Post per:
petue servitutis mee in gram Mtis Vre Serme humilē
commendacionem. Mgca domina Margaretha de Rozna:
di vxor relicta domini olim Georgii Crupski de Or:
chow Palatini Belzen nuper defuncti cui nupserat, exi:
stens famula sororis Mtis Vre Serme olim domine
Barbare Regine Polonie, mittit vnum filiorum suoru
ad Mtem Vram Sermam cupiens vt quemadmodum
ipsa matris ac Sororis Mtis Vre fuit famula, idem
quoqz filius suus Mti Vre serviat. Quare supplico
Mti Vre tanqz domino mibi clementissimo vt eundem
eius filium numero Aule sue asscribere graqz et cle:
mencia sua complecti dignetur, habitura ex eo bonum
fidum ac obsequentissimum servitorem Mtas Vra Ser^{ma}
Cuius gracie me iterum suppliciter comendo et qua
dominus deus conservet in sua gracia quam diutissie
sospitem et foelicem Dat Crac die xxi^{a} Maii
Anno domini M^{o}. D. xxxiii^{o}

Petrus Tomiczki Eps. Cracc. Vicecancell
Ioanni a Tarnow Palat^o. Russie. Capit^o
Sandomiriensi.

Mag^ce domine fr' et consanguinee charme ac honoran'
Ante paucos dies venit huc ad me. D. Samuel Macziejowski Canonicus Ecclie mee Crac ex lithuania reuersus et in negocio Mgcie vre nomine Mtis Regie ea mihi nunciauit que iam ante lris Mgcie vre perscripseram: Mtem scilicet suam nondum satis esse edoctam qui et quales sint prouentus Capitaneatus Leopolien et propterea se constituere quicqz certi et de illo et de aliis vacantibus dignitatibus tam cito non posse. Sperare tamen q breui conscripti prouentus ad se afferrentur quibus cognitis se in distribuendis his que vacant non esse moraturam: illoqz ipso distribuendi tempore intercessionis et persuasionis mee qua pro Mgcia vra feci instam se habituram racionem. in presens tamen suasionem et consilium meum grato se animo accipere et pro illo mihi gras agere Mtas sua dixit Que responsio tametsi ambigua sit et hactenus sterilis, me tamen de spe non deijcit presertim cum dominus Macziejowski dicat omnes qui in Aula hoc tempore rebus presut eius opinionis esse, q Mtas Regia vel aduersante etiam R^li Mte sit bonam Mgcie vre sub hac occasione racionem habitura. hoc solum ad rem recte conficienda per necessarium fore arbitror vt Mgcia vra si hactenus non scripsit qz celerrime ad vtramqz Mtem scribat

bat peticionemqz declaret. Nam quod domino Bramiczki
id negocii Mgcia vra demandarat id dominus Ma:
czieiowski vtramqz Mtem parui facere adnexuit. Quare
a Mgcia vra plurimum rogo vt in hoc sibi deesse nolit
quo maxime Principum erga se animos flectere intelli:
git, ego eciam et fauendo et promouendo Mgcie vre
officiosus amicus et frater esse non desinam. non pos:
set enim tantum sibi Mgcia vra ad augendam digni:
tatem suam optare quantum illi ego ex animo et optem
qz et faueam.
Dominus Palatinus Vilnen multa cum domino Maczie:
iowski questus est et expostulauit, que res fortasse effecit, q illic
preter morem Mtis Regie, et preter opinionem mea
ipse dominus Maczieiowski celerius sit absolutus.
Retulit eciam dominus Maczieiowski quedam que
Rlis Mtas improbans meam pro Mgcia vra inter:
cessionem et operam, cum illo sit locuta, que quonia
non est tutum litteris committere, verbis per occasione
vel ego vel ipse dominus Maczieiowski exponemus. In:
terim me amori et beneuolencie fraterne Mgcie vre
commendo, Quam vt deus omnipotens sanam et foeli:
cissimam cum suis omnibus seruet pleno corde et aio
opto Cracouie die xiij^a Maii Anno M^o. D. xxxiiij

Petrus Tomiczki Eps. Cracc. Vicecancell
Ioanni a Tarnow Palat.o Russie. Capit.o
Sandomiriensi.

Mag.ce domine frater et consanguinee charissime ac honoran. Magnas ago et habeo gras Mgcie Vre quod de reditu domini Iskrziczki, et de hiis que retulit, me fecerit certiorem, id enim scire auebam propter responsionem here, mee, ex qua animum illius quem gerat erga Vram Mgciam et eius fortunas augendas perspicere possem. Nondum enim ita collapsum Regie Mtis animum credo vt iam quenis maxima, alieno magis qz suo arbitrio explicare debeat. Et quidem de ea quam scripsit Mgcia Vra voluntate Rlis Mtis declaratione non multum miror. nam ipsam hanc eandem per dominum Samuelem Maciejowski nihil nunc noui adiiciens, mihi significauerat Quo animi illius motu, an Mgcia Vra permoueri debeat ipsa pro sua prudencia et longo rerum vsu facile iudicare poterit: presertim si in memoriam reuocabit quot et quam faciles talium partim in bonum partim in malum contingebant mutaciones. Ego sane nihil deiicior a spe, quam semel in Mtis Regie prudencia fixi, et confido satis rem hanc quam curamus auxiliante deo pro voto nobis cessuram. Si autem quid, quod nolim preter opinionem euenerit, temporum iniquitati id erit tribuendum. et nihilominus animus rectus et inconcussus in republica retinendus, non ita enim perpetua et firma

mala esse possunt que bonorum successione per vicissi:
tudinem non excludantur.

De domini Castellani Vilnen et aliorum animi afflictione
et moerore, multi ~~multa~~ mihi vltra hec que Mgcia vra
scripsit retulerunt et hiis rebus me plurimum in modu
angunt presertim q videam me illorum aduersitatibus
aliter qz consolando et dolendo consulere non posse, sed
dabit deus his qz finem sine periculo vt opinor eorum
qui bene volunt reipublice nre

De me nunc taceo et aduersitates quibus continue pre:
mor enumerare nolo. hec enim et alia que exasperant
animum, in mutuum nrm congressum serno. Constitui
enim hinc post octauas Corporis Chri aut post festu
sancti Joannis Baptiste in bona Epatus mei Radlow
discedere et ibi si forte Mgcia vra in vicina sua
Ciuitate Tarnouien constitueretur, cum illa congredi
et inuicem de rebus necessariis colloqui.

Vt Militaris ordo duce non careat et vt in quouis
aduenienti periculo, recto consilio impetus hostium de:
pelli possit: nihil comodius magisqz necessarium exco:
gitare potui, qz vt Mgcie vre munus hoc demande:
tur, presertim domino Halicien nunc vt audio in mala
valetudine constituto, quare scripsi ad Regiam
Mtem rogans et consulens, vt tocius rei militaris ra:
tionem in curam Mgcie vre comittere dignaretur
et illa postmodum per se vel viccarias personas quas
ad hanc rem nouerit esse dignas consulere publice tra:
quillitati non grauabitur dignam suo tempore ab
omnibus mercedem relatura.

De domino Castellano Belzen fre meo eciam ad Regia
Mtem scripsi et supplicaui vt illum Palatinatu Belzen
ornare dignetur. Ceterum Mti Rli de hoc nullum

verbum nunciavi ne frustra verba illi faciam que mi renunctiari fecit ad se non pertinere ut publica aret sed ad Mtem Regiam et illius Consiliarios, et licet ego videam nihil tribui meis intercessionibus voluntati tamen Mgcie Vre et necessitudini que mihi cum dno Belzen intercedit deesse nolens feci in illius comendacio: nem quod maxime potui. Mitto Vre Mgcie exemplu litterarum domini Joannis Laski Prepositi Gnesnen ex quibus cognoscet aliqua de rebus Hungaricis. Com: mendo me amori et benevolencie fraterne Mgcie Vre quam dominus deus recte sanam et per multa etatem semper foelicissimam servare dignetur. Datu Crac XXVII Maii Anno M° D° XXXIIII°

Petrus To. Eps Crac. R.P. Vicecancell
Ioanni Choienski Epo Præmisliensi

Cum scripsisset ad me non multo ante D° Vra Rma dominum Naropinski nomine domini Archiepi Gnes: nen de Epatu Wladislavien isthic secretius egisse et tractasse percontari et explorare feci per submissas per: sonas apud dominum Epm Cuiaviense et apud eius in: timos servitores, an aliquid de Coadiutoria pro Nepote domini Archiepi secum ageretur, et comperi plane nil actum esse isto nomine. fatetur quidem sua Rma D° q ab aliis de longe ob id fuerit tentata, sed se firmu et inconcussum animu ut nihil talium in vita faciat re: tinere respondit Quare D° Vra Rma dubitare nil debet rem illius expectacioni etiamnum integram fore

de me vero sibi persuadere velit quod nihil sit hac in re quod prestari modo possit quod non sim illius causa libens facturus.

Ceterum quod hinc ad Aulam sentenciam literarum à dnó Castellano Craconien missarum perlatá et per quosdã inuulgatam scripsit antehac. D. Vrá Rma vehementer miror cum earum litterarum apud me sit habita semper diligentissima custodia neque ego soleo ea que secreta sunt passim comunicare, est quidem verum quod exemplum earundem litterarum domino Palatino Russie transmisi id à me per lrás domino Castellano Crac postulante, sed illud Notarius iuratus meus transcripserat et qui res que ibi continentur cum nemine se cómunicasse affirmat Quare. D. Vram Rmam rogo vt peruestiget vnde hec in lucem prodierunt et me de hoc certiorem facere velit ne me incautum postehac vel fallere aliquis vel insimulare deinceps possit. Dat. Craconie XXvii Julii Anno M°. D°. XXXiiij

Petrus Tomiczki Eps. Vicecancell.
Mathie Drzewiczki Archiepo Gnesnensi.

RME in Chró Pr et domine, domine maior honoran Accepi litteras. D. Vré Rme, quibus pro sua singulari humanitate scribit se consilio meo persuasam, luctum demortui et desyderati fratris, domini Castellani Radomien deposuisse, quod tametsi ego quidem magis prudencie. D. Vrę Rme ꝙ persuasioni mee tribuo: gratitudine tn et singulari ista D. Vre Rme humanitate ꝙ magnopere

me oblecto et q mea consilia tanti faciat illi magnas ago
et habeo grãs. Quod verò D. Vrã Rma gentilem
suum dominum Bernardum Maczieiowski studet in
dignitatem et ordinem Senatorium promouere, hoc mihi
duplici ratione est gratum, tum q illum cum omnibus eius
liberis singulari amore prosequor tum q talem virum
probum et laudatum reip: meę et domui D. Vrę Rę
ornamento futurum confidam in cuius augenda dignita:
te quicquid et ipse prestare possem opere id essem perq
libenter facturus semper sicuti iam et antea feci.

Caeterum quod D. Vrã Rma Mgcõ domino Palatino
Russię accessiones honorum fauet et ad illos assequẽdos
operam suam illi vbi expedierit pollicetur D. Vrę Rę
singulares ago et habeo grãs, et ille habebit cum id à
me cognoscet, feci ego pro illo apud vtramqz Mtem quod
potui satisfaciens in hoc et illius qua mihi coniunctus est
necessitudini et reipublicę quę talibus consiliariis eget
necessitati: hactenus tamen incertum est quid et meę
intercessioni et D. Palatini peticioni tribuere Mtas Re:
gia voluerit quomodocumqz tamen cesserit res boni erit
consulendum.

Ante decem dies permissu dei in grauem et difficilem egri:
tudinem incidi quę me huc vsqz languentem tenet prout
is Scriba meus Jacobus Paczinski fusius referet. Medi:
corum tamen promissa de recuperanda pristina vale:
tudine me solãtur. Nam morbum iam remisisse ex si:
gnis conijcio, dominus deus et operam Medicorum et
meum ipsius desiderium adiuuare grã sua dignetur.
Noua hic apud nos nulla penitus sunt, nam et in Hun:
garia et in Lithuania silentio omnia pretermittuntur
si quę tamen occurrerint et ego nuncium habuero D.

D. V^re^ R^me^ perscribere nihil morabor Interim me illius amori et beniuolencie commendo et ex animo opto vt deus omnipotens in bona valetudine et perpetua foelicitate D. V^ram^ R^mam^ diu seruare dignetur Dat^s^ Crac. die XXiii Junii Anno M^o^ D XXXiiij

Petrus Tomic. Ep^s^ Cracc. R. P. Vicecancell
Ioanni de Tarnow Palat^o^ Russie. Capitaneo
Sandomiriensi.

MAg^ce^ domine fr^r^ et consanguinee charissime ac honorand. Ex litteris M^gae^ V^re^ quas Broniowski heri mihi attulit et que sit externorum hominum erga M^gciam^ V^ram^ propensio cognoui et qui item M^gae^ V^re^ erga illos animus abunde perspexi et quidem quod diligatur quodq3 in coniunctionem et congressum ab illis primoribus vocetur M^gcia^ V^ra^ est mihi apprime gratum ac iucundum: quod vero illa ab hac re non dissenciat admodum molestum, vt enim illud honorificu M^gae^ V^re^ cognosco: ita hoc ex contrario et incomodu et non satis decorum iudico. Posat in hoc M^gcia^ V^ra^ meum consilium cui se obtemperare velle pollicetur. Quod ego illi amice et fraterne sicut et ab inicio instituti eius a patria abscedendi feci patefacia. No videri mihi plane honestum neque vt hoc tempore mouere pedem extra Regnu M^gcia^ V^ra^ debeat, id multis quidem de causis, sed hac vna potissimum quo summam omnium rationum continet. quod discessu suo presenti et inimicis magnam consolacionem et amicis non vulgarem animi perturbacionem adferre posset

Taceo nunc de Principe, de patria, de aliis item huc pertinentibus rationibus, has enim singillatim litteris explicare neque necessarium neque tutum arbitror id solum et suadeo et impense à Mgcia Vra rogo ut cogitacionibus his suis modum imponere et donec prima regni huius quam expectamus nobis restituatur foelicitas, quieto et pacienti animo esse velit id enim plerique in angustam mentem conclusi hoc tempore non inconsulte neque imprudenter faciunt

Decreveram sub hoc tempus ad bona Epatus mei Radlow descendere, eo potissimum consilio et voluntate ut cum Mgcia Vra congredi et colloqui illic commode possem, hoc tamen meum institutum egritudo mea presens et admodum gravis impedivit, quam si per gras suam me superare et ad pristinam sanitaté redire deus patiatur, et ipse ad meum prius institutum facile revertar, propter eum desideratum cum Mgcia Vra congressum, in Radlow me deo bene iuvante conferam, de quo quandocunque id futurum erit Mgciam Vram tempori facere certiorem curabo Cuius fraterno amori et mutue solite benevolenciê me ex corde commendo optans ex animo ut et foelix sit semper Mgcia Vra et multo tempore sana et incolumis non minus sibi quam amicis et patriê vivat et valeat Datum Cracovie die XX Junij

Anno domini M° . D . XXXiiij°

Petr. Tomic. Eps Cracc. Vicecancell
Ioãni a Tarnow Palatº Russie. capitº
Sandomitiensi.

Mag^{ce} domine frater et consanguinee charissime ac honoran. Heri sub vesperum puer meus ad me cũ litteris Mgcie Vre rediit, e quibus perspexi Mgciã vrãm et dolere casum atq3 aduersam valetudinem meã et mihi vt cito conualescam ex animo fauere pro quo fraterno illius erga me amore et affectu magnas illi ago et habeo gracias, et referre vicissim curabo omni studio et facultate mea.

Illius eciam sum admodum gratus q vrã Mgcia multa sapientissima consilia que ad spem et animum meũ consolatione subleuandum faciunt amice ad me perscribere grauata non fuerit. quibus ego consiliis acquiescere sum paratus et ea mihi polliceri in gracia dei volo, que et Mgciã Vrã et medici sperant et optant dummodo tamen restituto animi et spei mee languor corporis non nimium aduersetur qui me adhuc non bene habet, Magnas preterea ago et habeo Mgcie vre grãs, q suasionibus meis de non deserenda patria et voluntate peregrinandi ad presens omittenda subscripserit et annuerit, id enim ab illa cupidissime expectabam, aduertens nihil magis illius rationibus quas auctissimas esse cupio conducere posse q vt maneat cum amicis, et cum illis vtramq3 fortunam ferre et perferre non grauetur, vbi enim pro

bono reipublice coniuncti esse et animis et viribus vo:
luerimus omnia aduersa sine multo negocio vincemus.
Legi exemplum litterarum quas ex Lithuanico itinere
dominus Chorazicz Succamerarius Halicien ad M.
Vram scripsit et quo loco sint res et negocia Mgcie
Vre ex illis cognoui. Nam sermonem quem cum ipso do:
mino Chorazicz dominus Czurilo habuit, de mente
Rlis Mtis profectum facile coniicio Cuius equidem pro
aliqua parte ego sum valde gratus, et Mgcia Vra esse
grata debet. Nam quod liberos regios fauere Mgcie
Vre et pro illa verbis et intercessionibus certare di:
xit dominus Czurilo litterasque ad illos scribendas co:
suluit id ego ad rem Vra Mgcie multum pertinere
arbitror, et rogo plurimum vt id facere Vra Mgcia
quam primum velit ita enim coniectari nobis licet quod
cum sola Mtas Rlis aduersariam se fore Mgcie Vre
declarauit, et ad voluntatem suam fortasse regis ani:
mum flectere non queat, ne suorum consiliorum penitu:
dine et imprudentia arguatur, Mgciam Vram per li:
beros cupit retinere quam ipsa per se retinere prius no:
luit et nunc citra indignitatem suam non potest. Quare
vt super his bono animo esse et id quod suadent amici
facere Vra Mgcia velit illam plurimum rogo. Coe:
terum et illud rogo, vt in Russiamse propere ad ea que
expediunt prouidenda conferre velit, gratum enim of:
ficium Mgcia Vra Mti Regie ex eo est prestitura
quod in presenti rerum statu et sub absencia Mtis sue
denique domino Halicien egritudine impedito, sola curam
defensionis reipublice gerere et administrare non gra:
uabitur, tametsi ego non dubito Mtem Regiam id
Mgcie Vre nominatim demandaturam esse, Ita enim
ego per Mgciam Vram de egritudine domini Halicien

admonitus Mti sue faciundum suasi et consului. Tametsi autem in Russia existens longo à me intervallo loci M. vra disiungetur. ego tamen id quod deinceps mecum erit etsi pristinam valetudinem meam per dei benignitatem recuperavero Mgie Vre perscribere non intermittam, cum qua in eius foelici reditu ubi libuerit congredi sé: per ero paratus. Interim autem commendo me amori et fraterne mutue benevolencie Vre Mgie que et foe: licissima sit semper et quam diutissime cum suis omni: bus sana et incolumis vivat ex animo preco et opto Datum Cracovie die XXVIII Junii Anno dni M° D° XXXIIII

Petrus Tomieski eps Vicecancell.
Sigismundo primo Regni Poloniæ

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementis: sime. Post humilem servitutis et oracionum mearum comendacionem. Heri allate sunt mihi à domino Cas: tellano Posnanien litere quibus declarat Joannem Schlegel frem Vincencii Aurificis Vilnen, subditu domini Georgii Saxonie Ducis de Zegano, recens et Mti Vre Serme et subditis eius inimicitias ob non administratam iusticiam denunctiasse, que res cum in perniciem subditorum Mtis Vre Serme vergat et moram citra iacturam non paciatur Mti Vre Serme supplico dignetur ea in re dominum Castellanum Pos: nanien. quid sit acturus instruere ut sic et dignitati

Mtis Vrẽ et subditorum indemnitati in tempore consu:
latur factura in hoc Mtas Vrã rem et necessariam
et omnibus subditis apprime gratam et vtilem. Exe:
plum litterarum dicti Joannis Schlegel mitto hiis in:
clusum Mti Vrẽ Sermẽ Cuius gratie me et seruitu:
tem meam iterum atqz iterum commendo et dominu
deum precor vt Mtem Vram Sermam in longa va:
letudine et optata foelicitate seruare nobis et regno
celerisqz Dominiis suis dignetur Dat

Petr. Tomicski Eps Cracc. Vicecancell
Sigismundo primo regi Poloniæ.

SAcra Regia Mtas et domine, domine clementissime
Post perpetue seruitutis et oracionum mearum in gra:
ciam Mtis Vrẽ Sermẽ humilem comendacionem.
Accepi litteras Mtis Vrẽ Sermẽ quibus hortari
me dignata est vt perscriberem ei sentenciam et
consilium meum quod ad arcendam Joannis Schlegel
subditi Illmi domini Georgii Ducis Saxonie de
Ciuitate Sagana hostilitatem omnibus in vniuersu
Mtis Vrẽ Regnicolis denunciatam accommodu
putarem. Ego memoria teneo causam Joannis Schle:
gel quam ille habuit cum Barbara vxore relicta
Vincencii Schlegel Ciuis Vilnen que demum defu:
cto eodem Vincencio Sebastiano Gerlin Ciui Posna:
nien nupsit per multa et varia subsellia esse agita:
tam super bonis et rebus nonnullis quas idem Joa:
nnes Schlegel fraterqz suus Volfgangus Ciuis

Aurifabris Vilnen tanquam sibi iure et legittime attinen
expetebant. fuitque postremo prefinitus dies et termi:
nus in quo Barbara relicta Vincentii Schlegel, etiam
vxor Sebastiani Rexlin Ciuis Posnamien iuramentum
in Judicio Vilnen prestare debuerat in hunc modum
quod ipsa non contrectauit neque vsurpauit sibi quicpiam
predictorum bonorum ac rerum super quibus inte:
tata ei fuerat in Iure actio. In quo quidem termino
cum ipsa non paruisset, neque impedimentum non pari:
cionis sue nomine eius propositum fuisset: Maiestas Vestra
Serenissima decernere et Consolatui Posnanien Decretum
suum exequendum committere dignata est: vt ipsa Bar:
bara Joanni et Volffgango Schlegel dictas res et
bona super quibus intentata fuit ei actio seu va:
lorem eorum debitum extraderet, in eorumque manus
consignaret/postea vero veniens Orator à Serenissimo
domino Joanne Hungarie Rege ad Maiestatem Vestram
Serenissimam dominus Jheronimus de Lasko Palati:
nus Siradien extorserat à Maiestate Vestra precibus
litteras, quibus denunciabatur et omnibus in vniuer:
sum Regnicolis precipiebatur suspensio predicte
sentencie pro Joanne et Volflango Schlegel facte:
signanter vero precipiebatur Consulatui Posna:
mien vt terminum comparendi partibus coram Maiestate
Vestra assignaret. quod cum idem Consulatus fecisset
et Joannes Schlegel vtpote rem iudicatam iam na:
ctus in eo ipso termino comparere nollet: Barbara
vxor Sebastiani Rexlin de Posnania forte com:
parens per suum Maritum sentenciam absoluto:
riam si recte memini obtinuit. Ad hunc itaque mo:
dum Joannes Schlegel grauatum se pretendens in
racionem denunciande hostilitatis subditis et regni:
colis

colis Mtis vre concessit vtqz hisce eius conatibus
et molimmibus opportune occurreratur ipsiqz sub:
diti Mtis vre Sermē pace et securitate debita,
fruanlur mea est sentencia, vt Mtas vra Serma
dare dignaretur litteras suas ad Illrem dominu
Georgium Ducem Saxonie quibus declaret illius
Illri se non posse id equo animo ferre q is eius sub:
ditus se hostem Mti vre eius qz subditis
~~ditis~~ omnibus denunctiaret, non relato prius ad
Mtem vram granamine suo quo à Ciuibus Po:
snamien affectum se asserit sed nec posse bene conté:
tam esse Mtem vram de ipso Illri domino Duce
Georgio q licenciam et facultatem denunctian de
istius hostilitatis sine vlla legittima causa permiserit
quandoquidem Mtas vra iusticiam vnicuiqz debita
ministrare consueuerit, vtcumqz vero factum esset,
Mtem vram paratam esse et velle ministrare Joani
Schlegel ipsam iusticiam dummodo ille veniret ad ea,
granamenqz suum exponeret, et vi ac hostilitate à
Mte vra nihil extorqueret, videtur mihi in calce
litterarum Mtis vre id qo adijciendum esse vt si Jo:
annes Schlegel hanc equam et iustam satis exhibi:
cionem Mtis vra acceptare renuens, negocia ho:
stilitatis sue preseferre perrexerit, Mtem vram
necessario consulturam esse, quo pacto eius subditi
et Regnicole iniurie illius opportuni et obnoxij
non relinquantur. primum dominium subditis pre:
fati domini Ducis omnibus facultatem attingendi
regni sui in eoqz versandi et Mercatum cum regni:
colis habendi esse interdicturam. ceteraqz que ad ea
rem fore possent opportuna et necessaria Mti vre
relinquo dispicienda, que pro suma prudencia sua
id quod optimum putauerit facere dignabitur. Me

iterum in graciam Mtis Vre Serme suppliciter co:
mendo. vtqz dominus deus Mtem Vram in sua gra
conseruet qz diutissime sanam, sospitem et incolumem
vehementer desiidero, et dominum indignus oro. Datu
Cracoviae die sexta Julii Anno Mo. D. XXXiiij

Petrus Tomic. Eps Cracc. Vicecancell
Joanni Epo Premisliensi.

RME in Chro Pr et domine frater et amice cha:
rissime ac honoran. Decumbit nunc Illma domi:
na Hedwigis Reginula ex febre terciana, que de:
cima septima die Junii Mensis preteriti eam pri:
mum corripuerat habuitqz et perpessa est iam dece
aut vndecem graues parroxismos qui illam grauis:
sime afflixerunt, valdeqz debilitarunt. visum itaqz
est mihi non inconsultum vt littere. D. Vre Rme
ac Regie Mtis Illmeqz domine Isabelle Reginule
et aliorum ad eam scripte illi adhuc non redde:
rentur, cum sit hic sola tanqz orphana et non se:
cus qz ab omnibus iam destituta, verebar ne lectis
eis litteris, in maiorem merorem et luctum reso:
luta in grauiorem aliquam et magis periculosam
egritudinem prolaberetur. Jam autem deo sit gra ha:
bet longe melius, licet nondum sit libera et munda
a febre et indies pristinas vires resumit, cumqz
incolumis erit, et ex egritudine sua confirmabitur
reddentur ei predicte littere que qp in presencia

iussu et mandato meo non simul ei reddite rogo ut
vrã D^o. R^ma factum hoc meum boni consulat
et in eam partem accipiat utq3 aliis q3^o probetur
verbis et racionibus suis persuadeat. Coeterum au:
dio ego q3 M^tas Regia nihil scripserit neq3 comise:
rit domino Zuppario de Balneo quod in maximum
Ecclesie mee incommodum hic extruitur M^tem vero
R^lem iniunxisse Patri Comissario ut domino Zuppa:
rio huc veniens diceret quo edifficium ipsius Balnei
eo modo quo ceptum fuerit q3 destinatum est q3 matu:
rissime continuaretur neq3 à perficiendo eo cessetur
eciam si coelum et omnia corruere deberet. Id quod
D^o vrã R^ma secum perpendat si q3 videtur con:
sultum D. vr̃e R^me curare velit ut à M^te Re:
gia scribatur domino Zuppario in negocio istius
Balnei saltem in eam sentenciam in quam mihi est re:
scriptum. Me amori et benevolencie R^me D. vr̃e
ex animo commendo valereq3 illam sanam atq3 in:
columem desidero Dat. Cracovie die vi Julii
Anno domini M^o. D. XXXiiij^o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Annae virgini Pupillae Duci Masoviae.

Oswieczona xziazno. panno mnie miloscziwa. sluzba i modlithwa swa zawsdi gothowa V. M. wskazu: ia, zdrowia wschego dobrego, i wielikiego sczasczia wm: schuie i zicze V. M. iako moiei miloscziwei pannie. Ra: czilas iesth V. M. wielka i ossobliwa laska przecziwko mnie okazacz wlei chorobie moiei izes V. M. raczila mnie Biskupa i sluzebnika swego chorego tak daleko od tand mieschkaiacz i listem i possem swim nawie: dzicz. ktorei tak sczodroblivei laski aczem V. M. nie: zasluzil a wschakosch zaslugowacz ia dalibog bende V. M. wdziaczmmi pilnemi potrzebnimi i vziteczmmi sluzbami mimi pokim nadaliei ziw wedlie nawissei moznosczi moiei

Raczilas V. M. takowe milosierdzie przecziwko mnie okazacz naten czas iako Matka V. M. dobrei a swia: thei pamieczi na on czas okazowac przecziwko mnie ra: czila, gdim tesch bil wielka a dluga choroba zlozon po Pruskiei voinie bendacz Biskupem Posnanskiem, bo possilala iei milosz barzo czesto ku mnie Posli swe nawiedzaiacz mia, i pitaiancz sie na zdrowie moie ktora iei milosczi laska i dobrodzieistwo, bilo mi barzo wdziaczne i zdrowiu memu wielie pomagalo, Niem: niei tesch to laskawe V M. nawiedzenie iesth mi wdziaczne i iesze podrugie V M. swiego dziankuie

i odslugowacz ię bendę powolnemi sluzbami memi po:
kim na dalei ziw.

Ja milosczywa xiazno od Octani Boze° Cziala przes cza:
le liato, bilem cziąska chorobą nawiedzon od pana
boga á nieiedną tilko chorobą alie za ograßką
trzecziego dnia, ktora mią naprzod poczela zbieglo
się bilo i zwalilo wielie gnich chorob iako wiel:
kie bolienie wzoladku i wkrzizech á wkoscziach
ktore bolie iakichem przedthim nigdi niemiewal
barzo mię skazili, wischuschili, i zemdlili á wßa:
kosch zlaski milego boga, insch się poczinam liepiei
miecz na zdrowiu na swim, i iestem tei vpelnei na:
dzieie, isch richlo dibog przida ku pierwschemu zdro:
wiu swemu Stim się lasce v M mei milosczíwei pan:
nie porucząm i proschą abi mią v M smiei wipuscia
nieraczila, á mnie milosczíwą panną bicz raczila
Dan Wkracowie

Tomicius. Eps. Viceeancell.
Joanni Loski Palat° Masowiae.

PAnie mili Voievoda abi T M dobrze zdrow bil
á nawschitkim się T M szczesliwie á vedlie misli
T M vodzilo tobich zawsdi rad widzial i othem
czasto slischal.

Barzo T M dziekuię izes mią T M wtei chorobie mo:
iei raczil listem swim nawiedzic, i chorobi á niemo:
czi moiei zalowacz, i od dzialowac dalibog tą prz:
klonnosz i prziiasn T M ku mnie chczą i bendą

zawzdi wedlie nawisschei moznosczi moyey.
Bilem moi mili panie Voievoda wielika a nieiedna
choroba nawiedzon od pana boga i lezalem wchoro:
bach tich przes czale liato, i wielie bolam czierpial
a wschakoß zlaski bozei insch sia liepiei poczinam
miecz na zdrowiu na swim, i mam nadzieia isch da:
libog bende richlo zdrow, aczkolwiek ta tak cziaska
a dluga choroba barzo mia zemdlila i skazila ktora
isch przischla na mia z dopusczenia bozego, czierpialem
ia i czierpia skromnie a spokora iako przislusche na
Biskupa Chrzesczianskiego. Stim daisch pan bog abi
T. M. bil dobrze zdrow, a narosßitkiem sia mial T.
M dobrze Datum Cracoviae

P. Tomic. Eps. C. Vicecancell.
Ioanni Coienski Epo Praemisliensi.

R ME in Chro Pr et domine, domine Nepos charissime.
Et litterae et Nuncius D. Vrae Rme quibus me in:
uisit, abunde mihi declararunt quantum me et diligat
et obseruet Quod testimonium et significatio amoris
magnopere me delectat et in mea adhuc debilitate cor:
poris non mediocriter consolatur. Quare et de misso,
Nunctio et de voluntate quam erga me gerit. D. Vrae
Rme magnas ago et habeo gracias ac tametsi in tali:
bus amicis voluntas magis quam res spectatur quia
alterum ab inimicis sepe prebetur, alterum sola chari:
tas tribuit. Dnis Vrae. tamen vtroque nomine ego mul:
tum debeo. nam cum Nuncium ad me mitteret, volun:
tatem

tatem opere comprobauit. De egritudine mea deo sint gratie minuitur continue aliquid et partim natura partim consilia medicorum vires meo corpori vtcumqz ex graui affectione que repentina me inuaserat imbecillo affatim subministrant, hoc etiam ad confirmandum animi mei robur plurimum conduxit, quod Regiam Mtem eodem tempore iam conualuisse intellexi quo eam egritudine correptam fuisse sum certior factus de quo et ipse benedico domino et supplicationes ad deum gratulatorias in clero Diocesis mee adorno

De domino Obiezierski id .D. Vre Rme scripsera quod ille ad me nunciauit ad quem scribam ea que mihi .D.o Vra Rma significare voluit, et nihil dubito illum ad omnia equa consensurum. Comendo me amori et beneuolencie fraterne .D. Vre Rme quam sanam et ab omni languore immunem deniqz semper foelicissimam esse ex animo opto atqz precor Datum Craconie die vi.a Julii Anno M.o .D. xxxiiii

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Sigismundo primo regi Polonie

SACRA Regia Mtas et domine domine clementissime Post humilem seruitutis et oracionum mearum comendacionem. Etsi nunc in tam graui affectione corporis decumbam vt me meam valetudinem magis quam hominum negocia curare mihi conueniret: permotus tn precibus domini Oppel hominis quidem probi et honesti: vita tamen et condicione miserabili: continere

non potui quin pro illo ita Mti Vre Serme suplicem, vt illum in regno suo prout hactenus fecit, vitam agere et in tuto recepto, ea condicione esse concedere adhuc dignaretur, vt ille sicut ab inicio promisit, omnibus qui eum de re quapiam conuenire vel culpare vellent, in iudicio Mtis Vre respondeat, seqz in tutelam vel Sermi Regis Gallorum vel Regis Joannis quibus minus bene cum Sermo domino Romanorum Rege conuenit non comittat, sed vero cum et Mti Vre Serme iterum atqz iterum supplico vt illi id quod sine suo et regni sui incomodo fieri possit clementer concedere et infoelicitati ipsius consulere dignetur. quod ille vti probus est Mti Vre Serme perpetua seruitute sua promereri curabit. Commendo me rursus gratie Mtis Vre Serme quam dominus deus longeuam in multa foelicitate pro omnium subditorum consolatione seruare dignetur Datum Craconie xviij Junii Anno doi Mo .D. xxxiiijo

Petrus Tomiczki eps Cracc. Vicecancell
Sebastiano Opaleniczki Custodi Posnan.

VEnerabilis domine fr in Chro charme. Accepimus litteras vras quibus q de recuperata iam per Mtez Regiam plena et perfecta pristina bona valetudine nobis scribitis, non vulgares vobis agimus et habemus gras. Gratissimum est qz nobis q non pretermisistis agere et promouere meo nomine apud Mtem regia negocium domini Oppel hominis in tristis exilii fortuna constituti qui cum nunciaremus illi ea que vos

nobis de mente regia perscripsistis magnopere est per:
turbatus, quod vere adempta sit ei potestas manendi hic
Cracoviae, ubi et victum et quaeque cetera commodiora ha:
bere potuisset. Quia tamen ea est voluntas Regiae Maiestatis
ipse decrevit parere iussis Maiestatis suae, et propere hinc
abire in alias regiones pudet enim eum vehementer ce:
dereque id dicit in magnam nominis et honoris sui infa:
miam, quod extruditur ab hac Civitate tanquam homo ma:
leficus et de aliquo gravi crimine convictus, quod sibi
nunquam sperabat eventurum

Quod autem scribitis sparsum esse rumorem isthic quod
Io[m] Garnkowski nos laboraremus, ut Reverendissimo domino † Episcopo Wladislaviensi
dominus Tarlo succederet in Episcopatum: miramur susci:
tatum esse isthic de nobis eiusmodi rumorem. qui neque
verisimilis est: neque veritati aut saltem possibilitati niti
potest. Si quid namque ageremus, non alibi nobis agen:
dum esset quam isthic in Aula, cum in Maiestatis Regiae
potestate sit constituta ratio conferendi Episcopatus. Domi:
nus autem Tarlo nulla eiusmodi necessitudine est nobis
implicitus, ut preteritis aliis dignioribus, de nobisque me:
lius meritis, provehendo illi ad Episcopatum, operam meam
navare debeamus. Sed et neque subesse videtur ratio, quid:
piam de assequendo Episcopatu Wladislaviensi agendi, domi:
nus namque Episcopus Wladislaviensis, utcunque paralisi tac:
tus fuerat, convalescit tamen indies brevique pristine bo:
ne valetudini restituetur, et longo adhuc tempore vivet.
Quare sciatis, et aliis referatis eum sparsum isthic de no:
bis rumorem esse vanissimum, neque ut diximus veritate ali:
qua fultum. Scribatis nobis frequenter de successibus Exer:
citus Lithuanici deque spe concordiae et pacis cum Moschis ac
de rebus aliis quae in Aula geruntur Et bene valete Datum
Crac. XXI^a Augusti M^o. D^o. XXXiiii^to

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Præmisliensi.

R.ME in Chro Pater et domine, frater et amice charissime ac honoran. Accurrit huc nudiustercius isthinc Vilna cum litteris famulus domini Thesaurarii Regni, per que scripserunt mihi ab Aula nonnulli familiares et bene: voli mei compertum iam esse et per omnium hominum ora isthic circumferri, Mtem Regiam domino Odrovasch Ca: pitaneatum Leopolien conferre destinasse, et forte iam contulisse. quem ego faueo quidem illi vti affini et amico meo. propter bonum tamen et vtile publicum multo lon: gius mallem vt is ipse Capitaneatus domino Jo de Tarnow Palatino Russie conferretur, vereor tamen, quod si dominus Palati: nus Russie Capitaneatu isto id quod iam in proclini esse video fuerit preteritus: preterietur eciam et Pala: tinatu Crac, Siquidem Mtas Regia illum preterire et hac tantam indignationem suam declarare illi dignabitur procul dubio futura est ex hoc granis perturbatio et mo: tus in hominibus, scio non esse in mea ptate prescribere Mti sue quidnam facere illam conueniat, verum demo: strabit rei exitus quod factu fuerat consultius. Ego vi: deor quidem esse iam liberatus a febre, qua estuantis: sime perustus sum et a qua cum Illma domina Hedui: gis Reginula tum multi quoque homines hic acriter vexantur: quia tamen sunt mihi adhuc membra lan: guentia domi me contineo, et nusquam pedem effero. cuiusque

cureq; ut id quod superest debilitatis abiicere et perfecta sanitatem adsequi possim. Que scripsit mihi non pridē ex Hungaria dominus Laski Prepositus, intelliget Vra D. Rma ex litterarum eius exemplo quod mitto illi cu presentibus quodq; ipsa et Mti Regie si libuerit perlegere poterit. valeat foelicissime Vra D. Rma meq; solita beneuolencia sua prosequatur et de rebus Aulicis largius et magis copiose q; solet ad me scribat. Datum Cracovie die XV Augusti M. D. XXXiiii.

Sigismundo primo Regi Polonie Petrus Tomiczki Eps Craccouiensis

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime. Post humilem seruitutis et oracionum mearum comendacionem. Etsi tanti sit apud me egregia indoles et spectatissima virtus Illme Domine Hedwigis filie Mtis Vre Serme ut quod Illti eius quibuscumq; officiis seruio magis ad honorem meum quam fortasse ad Illme D. eius commoditatem pertinere putem et satis premii vel ex hoc mihi tribui existimem quod non desit mihi occasio ea officia que Mti Vre Ser pro veteri fide et obseruantia mea debeo in filiam Mtis Vre Serme collocandi, vehementer tamen letor et gaudeo q Mtas Vra Serma studium et diligenciam meam quam cum meis Medicis curande Illme d. sue valetudini subseruio testimonio literarum probare et qd sibi grata sit et accepta declarare dignata sit. Quod

Mtis V(est)re Ser(enissi)me de me iudicium et animi gratitudo cu(m) me delectent multum ex vigilante longe vigilanciorem et attentum magis in prestandis Ill(ustrissi)me D. sue officiis esse facient. Tametsi quod ad egritudinem Ill(ustrissi)me D. sue attinet, res iam in portu sit collocata, Nam febris à pluribus iam inde diebus Ill(ustrissi)mam D. suam penitus reliquit et omnia graviora morbi symtomatha absces: serunt. sola in membris debilitas relicta est quam et tempus et diete observatio facile et brevi corriget. Ego vero cum Medicis meis omnem curam et diligen: tiam impendam ut ad sublevandam et confirmanda(m) Ill(ustrissi)me D. sue valetudinem nihil desit/ Commendo rur: sus et humilem servitutem meam Mti. V(est)re Ser(enissi)me cui Chr(ist)us dominus et vitam diuturnam et felicita: tem summam cum Ser(enissi)mis Rege filio et Regina Con: iuge aliisq(ue) augustissimis liberis tribuere dignetur. Dat(um) Cracovie XXI.a Augusti M.o D.o XXXiiij.o

Petr. To. Ep(iscop)s. Vicecancel.
Bone regine Polonie.

Sacra R(egi)¦lis M(aies)tas et domina, domina clementissima. Post humilem servitutis et oracionum mearum comenda: cionem. Littere M(aies)tis V(est)re Ser(enissi)me quas Jacuborski Regie M(aies)tis Cubicularius mihi reddidit et grate et iocunde mihi extiterunt, tum q(uod) à M(aies)te V(est)ra Ser(enissi)ma scripte sunt, tum q(uod) Sacre M(aies)tis regie utriusq(ue), et V(est)re M(aies)tis Ser(enissi)me bonam et integram valetudinem nunciarunt, pro qua ego valetudine et prospero rerum omnium Statu cum

vniuerso mee Diocesis Clero ad deum suplicare non cesso
etenim in vita nihil habeo quod preter Sermorum Re:
gum et Mtis Vre incolumitatem atqz foelices successus
precipue diligam optem et sedulo curem. Quare de hac
gratissimo nuncio ingentes ago et habeo Mti Vre Serme
gras Cui me et seruitutem meam multiplici studio comen:
do, et dominum deum precor vt in omnium rerum afflue:
cia Mtem Vram Sermam cum Sermis Regibus dnis
meis clementissimis multis annis recte incolumem et
semper foelicissimam seruare dignetur. Datum Craconie
die xxia Augusti Anno Mo. Do. xxxiiij

Cricius eps: Bonae reginae

SAcra Mtas mea domina clementissima. humillimam
mei commendacionem. Redeunte ad Vram Sacram
Mtem Aulico suo dno Grabia, non habeo quod
scribam, cum ille omnia cercius referre poterit. tantum
supplico vt me Sacra Mtas Vra sua gracia com:
plecti dignetur, in quam me iterum humiliter com:
mendo Pollonie viii Aprilis Mo. Do. xxxiiij

Cricius Eps. Bonae reginae

Sacra Mtas et domina, domina mea clementissima, hu:
millimam mei commendacionem. Non sufficio gras age:
re Vre Sacre Mti, quod me imptiri dignata sit per
litteras ea consolatione sua, quam ex revalescencia Sacre
Mtis Regie ceperat, que adversa valetudo ut me Ca:
pellanum et oratorem Vrarum Mtum ingenti terrore concus:
serat, ita quanto gaudio mihi fuerint littere Vre Sacre
Mtis nullis verbis exprimi potest. Deus omnipotens
servet istic Mtes Vras et quamcelerius ad nos redu:
cat sospites et foelices; id uno ore subditi omnes Vrarum
Mtum lachrimabundi oramus. Commendo me gre
Vre Sacre Mtis etiam atque etiam. Poltonie XIIIIa
Julii Anno domini M°. D°. XXXIIII°

Petrus Tomic. Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Premisliensi.

Exprimi non potest quanto gaudio perfudit nos hic omnes
adventus Cubicularii Regie Mtis. cognovimus namque
ab eo et ex litteris quas attulit Mtem suam perfecta
et bene firmam iam pristinam bonam valetudinem,
esse consecutam. qua ut diutissime fruatur sua Mtas
dominum deum summis precibus exoramus.
Caeterum priusque adveniret huc is ipse Cubicularius,

litterasq; reddere erat iam rumore huc perlatum Mtem Regiam Capitaneatum Leopolien domino Odro: vasch contulisse, aut conferre omnino constituisse, qui prosit illi quidem. Non possum tamen ego non anxio esse animo, q sua Mtas tantopere indulget et tribuit consi: lio occulti Consiliarii sui ut maluerit conferre eum Capitaneatum illi cui conferendum illum is ipse occultus Consiliarius putauit, q ei qui est benemeritus de sua Mte ac republica regni, et quem multi precipui Con: siliarii regni Mti sue commendarunt Renera que: admodum sua Mtas perquirere solet consilium à domi: nis Consiliariis suis de finibus regni sui et terrarum Prussie tutandis ita nunc q° Capitaneatum Leopoli: ensem in finibus regni constitutum, prestabat ex vo: to sentenciaq; illorum conferre, q ex prescripto oc: culti Consiliarii qui quantam perturbationem et di: fficultatem consultacione sua in posterum pariet et sue Mti et regno exitus demonstrabit Memini ego narratum tametsi ipse nō fui tum in Polonia, q cum Serenus olim Rex Albertus posthabitis eque atq; iam videtur in presentia Consiliariis regni sui vte: batur consilio Philippi Calimachi qui inter alia hoc q° regi illi consulebat, vt si pro voto suo omnia habere vellet in dignitatibus regni precipuis du: pas (sic namq; ipse Calimachus vocare solebat inertes et nihili homines) collocaret. postea vero consurrexerat grauis motus et rebellio subditorū adeo vt Rex et Calimachum à se necessario able: gauerit, et ipse nimio tedio affectus ob alienatam à se beniuolenciam et amorem subditorū de resignā: do regno cogitauerit

Palatinatus Vaccantes multum refferet vt posita de: liberatione

vlteriori tandem conferantur. Nisi namque collati fuerint antequam Conuentus Particulares celebrabuntur, vereor quod Nobilitas sine illis Nuncios ad Conuentum regni generalem non eliget Quare persuadere Mti sue curet Vra. D. Rma vt conferre illos vltra non differat. Nolo interpellare amplius precibus meis suam Mtem de conferendis eis, hiis quos antea commendaui, nec aliud iam expecto quam quod tandem sine dignis, sine indignis hominibus vt forte magis placet oculto ~~i Regine Bone~~ Consiliario conferantur.

Sepennumero nobis qui sumus hic Cracouie. (non sumus autem plures quam ego et dominus Zupparius, Nam dominus Epus Wladislauien nondum plene conualuit) scribitur à Slesie ordinibus de incursionibus damnisque que de regno illis inferuntur de quibus ipsi ordines nobiscum expostulant et queruntur, rogantque vt homines malefactores qui et ipsimet damna eiusmodi eis inferunt et damnificatores eorum fouent ac receptant coerceantur, dignaque animaduersione puniantur. Nuper quoque scripte et misse sunt huc ab illis bine littere quibus de domino Capitaneo Lanciciensi pariformiter queruntur, rogo D. Vram Rma curare velit apud Mtem regiam vt ineat racionem, qua hoc pullulans malum tempori reprimatur, quod certe nisi sistetur maturè, pariet ingens bellum, quod vbi exarserit maximo et periculosissimo negocio veniet restinguendum. valeat foelicissime Vra. D. Rma meque solita beneuolencia sua prosequatur Datum Crac XXIa Augusti. Anno Mo. Do. XXXiiii

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Mathie Drzevicz ki Archiepo Gnesnensi.

Rme in Chro Pr et domine maior honorandissime. Binas accepimus litteras à D. Vra Rma quibus mihi de connalescencia gratulatur, pro qua illius erga me benevolencia, magnas presentibus meis ago et habeo gras, et tametsi nondum plane sim ex morbi accidentibus explicatus, neqz viribus corporis ita confirmatus vt in lucem domo progredi valeam, ex hac tamen D. Vre Rme gratulatione blandiri mihi incipio et pristinam valetudinem polliceri, quam Medici promitunt. et ego spero me brevi deo auxiliante recuperaturum.

Quod à dominis Lithuanis D. Vre Rme scriptum est de communi Conventu inter nos et illius Ducatus Consiliarios habendo: hoc et mihi multiplicatis vicibus per varias personas ab illis suggestum est: precipue tn et magis accurate id nomine ipsorum dominorum egerunt mecum ii qui ex generali Convētu à nobis ad Mtem Regiam missi fuerant. quem Conventum etsi publicis raciombus ego videam fore necessarium, illum tamen admitti per Mtem Regiā debere propter quasdam occultas dissuasiones non existimo, vtcumqz tamen est ego qz dm id expedire reipublice mee iudicabo, cupere illum in animo nō desinam

DE Conuentu Regni generali hiemi antenertendo, quo[que] consilio Mtem Regiam interpellandam indicet nescio: ego tamen illum indici nisi summa hyeme suadere saluo iudicio non possum ob alias quidem multas considerationes quae huc adduci possent: sed praesertim ob hanc communem et necessariam causam, quod quantisper dubius nobis sit euentus vel belli, vel pacis cum Thartaris et cum Moschis: et quamdiu certi aliquid nobis de concordia Hungarica et de Sermi Regis mei ad nos reditu non afferetur, non sit nobis tutum et commodum in principio hyemis Conuentum agere, neq[ue] enim dominos Russie Consiliarios tum a finibus auocare, neq[ue] consilia mea in incerto rerum statu, apte ad hec que publice expediunt accomodare possemus. huc accedit quod Mtis Regie de instituendo Conuentu consilium mea admonitione praeuenire non satis nobis conueniat. Quod D. Vre Rme persuadetur Bullam ordinariis regni huius concessa in praeiudicium meum, quoad beneffitia post mortem D. Mielschinski vaccantia a Sede Apostolica interpretata esse, hoc aliter se habere ex meo seruitore Vilamowski Gneznen Ecclesie Canonico qui nudius tercius ex vrbe venit didici. id tamen quod ad D. Vram Rmam et alios scriptum est, a Rudniczki confictum esse autumat, qui his modis et terroribus dominum Poniatowski ad concordiam secum ineundam inducere studet. verum etsi quid eiusmodi quod ipse ignoraret contra bullam contingeret, nos facile illam tueri et deffendere posse dicit potestate seculari et Statuto nouo quod graues et atroces poenas irrogat his qui contra illam aliquid vel agere vel attentare voluerint

Dominus Castellanus Biechonien, cum esset a Slesitis inimicia prouocatus consilium a me per fratrem postulauit

Iure ne an viribus suis iniuriam propulsare deberet in quo etsi illi suasi ius potius amplectendum quam arma ille tamen meo et .D. Vrę Rmę consilio vt video neglecto suam sentenciam et animi ferociam est secutus qua, non sibi solum sed multis regni Incolis et ipsius Mtis Regię racionibus proculdubio incommodabit Nam omnes Principes et ordines Slesię simul et presidentes Ducatus Opoliensis rem hanc grauant et attollant sicut ex litterarum ipsorum exemplo quod .D. Vrę Rmę mitto cognoscet.

Mitto eciam exemplum litterarum .D. Laski Gnesnen et Lanicien Prepositi, quę ad me nonmulta ante sunt allatę, ex quibus .Do Vra Rma cognoscet in quo statu et condicione res illius quondam opulentissimi et florentissimi regni sunt collocatę .Dominus Benedictus Isdbienski Ecclesię meę Canonicus et Seruitor meus fundum Canonicatus sui mea opera in certam permutacionem contulit, quę cum meo et omnium Canonicorum Iudicio in euidentem Ecclesię vtilitatem cedit. D. Vram Rmam plurimum rogo, vt autoritatę Sedis Aplicę quę illi ad hoc data est, approbare hanc permutacionem et contractus omnes circa illam factos approbare et confirmare velit, quo et mihi et Capitulo meo plurimum gratifficari dignabitur. Comendo me amori et beneuolencię .D. Vrę Rmę Quam deus omnipotens diutissime sanam et semper foelicissimam pro mea singulari consolatione seruare dignetur

Dat. Craconię die xixa Augusti Anno doi Mo. Do. XXXiiijo

Sigismundus primus Rex Poloniae
Clementi vii pontifici Max°.

Sanctissime ac beatissime Pr̃ et domine, domine clementissime. Post humilem mei Regniqz et dominiorum meorum commendacionem, et oscula pedum beatorum. Cum nusqz, istis presertim temporibus, desint homines prophani, qui bonis Ecclesiasticis valde inhiant. eciam Ecclesiasticis regni mei presertim sub tempus bellice expedicionis magna negocia ab hominibus militaribus exhibentur, bonaqz illorum et miseri Coloni vexantur, ac iniuriis afficiuntur. Quod cum alibi sepe in aliis diocesibus contingat: tum vero in Cracovien̄ sepissime, Illic enim Sacerdotia impetui predeqz militum magis sunt obnoxia q̄ illac potissimum iter est bellis. etsi ego ad defensionem Ecclesiasticam debitum meum scio, et presto illud sedulo, quia tamen nec vbiqz custodes habere possum. neqz facile in tumultu bellico hii coerceri possunt. qui ad cohercendos hostes variis locis proficiscuntur: non video alium firmiorem continende licentie militaris racionem, q̄z si contra illam vicissim presidia secularia parentur et habeantur, Quibus anthoritas domini Epī, cui violenter aliquid agere p̄bas non est, sit suffulta. Quare magnopere V̄re S̄ti supplico vt Archidiaconatum et tres Canonicatus ac Prebendas apud Ecclesiam Collegiatam, in oppido meo proprio Sandomirien̄, Item nonnullas Parrochiales Ecclesias in bonis Epatus Crac

Economo seu Prefecto Arcis Isszen' ipsius domini Epi Cracovien' pro tempore existenti, donare, et in Juspatro:
natus perpetuo asscribere dignetur, accedente ad hoc co:
sensu nro Regio in commodum Ecclesiastice, quo Eccia
ipsa, ac ipsius bona temporalia ad mensam Epalem
et aliorum Ecclesiasticorum pertinentia, semper habeant
verum aliquem non vulgaris authoritatis Nobilem
et secularem quem tanto beneficio, tantaque Vre Stis,
et mea gratia auctum et obstrictum temeritati viola:
torum libertatis sue opponere possit. Qua benignitate,
Sctitas Vra non parum multum consulet ipsius Eccle
tranquillitati atque in turbinibus belli, qui frequentissime
in regno meo, ob continuas hostium infidelium ad illud
excursiones, incidere solent, certissimum ei presidium pa:
rabit: Et me quo semper alioqui ei deditissimum unaque
et Prelatos omnes Regni mei perpetuo sibi devinciet,
Dominus deus diu servet incolumem et foelicem Vram
Sanctitatem pro incolumitate rei Chriane. Cuius cle:
mentie me iterum. Regnumque et Dominia mea humili:
ter commendo. Datum Vilne .

Sigismundus primus Rex Polonie

Cardinalibus.

Rxme in Chro Pater et domine amice charissime ac honoran. Supplicamus Sanctissimo domino nro de Archidiaconatu et tribus Ecclesie Collegiate in Oppido nro proprio Sandomirien Canonicatibus et Prebendis: ac nonnullis Parrochialibus Ecclesiis partim in bonis nris regiis, partim in bonis Epatus Craconien Economo seu Castellano Arcis Ilssen, qui nunc est, et pro tempore existenti, in Iuspatronatus perpetuo asscribendis, ad quam asscriptionem et reseruationem Iurispatronatus: nos qui sumus in locis nonnullis dictorum Sacerdotiorum temporalis dominus, ratione commodi Ecclesiastici consentimus. Videmus enim quantum sit ex re Ecclesiastica Seculares homines, eiusmodi beneficiis reddere Ecclesiis deuinctos, ut viros idoneos habeant, quorum patrocinio in rebus dubiis et turbulentis que nunc sunt, si unquam alias turbatissime, utantur, et qui bona illarum ab iniuriis rapinisque hominum militarium vindice manu tueantur et defendant. Id vero maxime in Diocesi Crac est necessarium per quam militibus quociens itur ad bellum semper est profectio, et inde bonorum Ecclesiasticorum calamitas et ruina. Quare plurimum rogamus vram Rmam. D. ut hoc ipsum negocium commendatum habere et nras preces apud Sanctissimum. D. nrm quo effectum sortiantur adiunare velit. Faciet nobis vra Rma. Do. rem multo

gratissimam Quam illi vicissim omni beniuolencia et gratificatione nra refferre curabimus foelicissime valeat Vra Rma. Do. et nos diligat Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali Protectori

Cum autem nos tanta cura Cleri racionibus prospicere cogitemus satis mirari non possumus Officiarios Romanos istic non solum pari studio in vtilitates eius non incumbere, cum tamen propius ad eos ea res pertineat, verum eciam tam piis nris conatibus nonnumquam obstare neque illis eius interim rei in mentem venire, si que res magnopere animo nro insedisset posse nos precipue magna regni vtilitate vrgente honorariis istis precibus posthabitis, id quod commodum nobis videretur arbitratu nro de ea statuere Nos certe morem a maioribus nris quasi per manus nobis traditum libenter obseruamus atque et habemus et habituri sumus deinceps sedi Apostolice eum honorem, vt singulis de rebus Ecclesiasticis ad eam referamus, sed nri quoque honoris et dignitatis racionem istic vicissim non haberi et iustas ac honestas preces nras non semper exaudiri, equo animo ferre non possumus, priuati hominis pacienciam, si sepius leditur, in furorem verti aiunt quid Regi existimandum sit? Quare postulamus a D. Vra, cum et equa esse que postulamus videat, et Cleri racionibus vel maxime conducere, tam pios nros conatus prouehere et adiuuare velit. Qua re ita nos sibi

demerebitur ut omni gratia et benevolencia nostra Regia
D. Vre id referre curaturi simus bene ac foeliciter
valeat V. Do. Dat.

Petr. Tomicski Eps Cracc. R. P. Vicecancell.
Lucae a Gorca Castello Posn. Capit. maioris
Polonie generali.

MAgce domine, domine et frater honorande. Accepi lras
Vre Mgcie, quibus primum scribit esse sibi gratissi:
mum meum propensionis et facilitatis ad gratifican:
dum sibi suisque officium: deinde petit a me ut pecuni:
am Nepotum meorum filiorum Mgci olim domini Vin:
centii Swidwa de Schamotuli, domino Odrowansch per
me creditam aut apud eundem dominum Odrowansch sub
hisdem condicionibus quibus nunc est ad trienium
esse permitterem: aut eam Vre Mgcie in tantundem
temporis spacium mutuo concederem. Mi Mgce do:
mine ego pro meo erga Vram Mgciam summo stu:
dio lubens accommodare me soleo eius usibus per
quamlibet occasionem mihi possibilem: idque ut faciam
expetit a me necessitudo sanguinis que mihi cum Vra
Mgcia intercedit: verum quod attinet istam Nepotum
meorum peccuniam quia multo satis iam tempore co:
modare volens hominibus vel posthabito officio quod
et ego debeo Nepotibus meis et ipsi ex me suspiciant
hactenus sivi versari eam sine commodo ipsorum
Nepotum meorum quos fraudare diutius fructu ali:
quo istius peccunie cum non esse modestie mee ipse

mecum reputem vereorqz ne ab eis post hac in crimen vocari iure possim, statui tandem illam loco firmo et securo vnde accrescat ipsis ex ea aliquid commodi deponere, a dominoqz Odrovasch eam repetere qui alia qui sue obligationi non satisfecit, factmeum se receperat. Quare rogo plurimum Vram Mgciam hoc meum repetende et in locum alium transferende pecunie instituturum boni consulat, dominoqz Odrowasz significare velit, vt eam mihi, cum inscriptioni et obligacioni sue non satisfacit aut forte satisfacere non potest, reddat ocius. Cum enim alter Nepotum meorum adultam etatem iam prope attingat, alter vero dudum attigerit, breui futurum est, vt traditionem bonorum et omnium que sua sunt sibi fieri a me expetant. quod cum ita sit, non est tutum mihi neqz integrum racionem istius eorum pecunie ita extrahi amplius, ~~ita~~ vt vagetur inter homines. id quod Vre Mgcie pro eius prudencia altius expendendum relinquo. Commendo me fraterno amori Vre M. et valere illam quamdiutissime sanam et sospitem ex animo opto Dat Craconie die xii^a Aprilis Anno M° D° XXXiiii°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni Handae Decano Gnesnensi.

Venerabilis domine frater et amice in Chro charissime.
Habuimus litteras vras quibus postulatis a nobis vt
scriberemus ad Rmum dominum Epm Posnaniensem,
et dominum Castellanum Gnesnen, litteras nras, per quas
rogaremus, quo illorum Dnis authoritate et suasionibus
suis fratrem suum dominum Benedictum Lathalski
Decanum Posnamien, ad resignandum iam vobis Deca:
natum suum, super quem habetis ius Coadiutorie, ad:
ducant. quandoquidem ille sit homo valetudinarius, et
non possit exequi ea que sibi racione officii sui Deca:
nalis incumbunt. Nos meminimus quidem, q quando
roganeratis nos Piotrconie pro intercessione ad Rmu
D. Epm Posnamien, in hoc eodem negocio resignandi
vobis Decanatus Posnanien facienda: promiseramus
tum vobis nos huic desyderio vro libentissime adfutu:
ros, modo oblata fuisset nobis alloquendi illius Dnem
talis occasio, per quem eius quo rei mentionem inculca:
re, nobis commode licuisset, verum quia ipse dominus
Epus ex Piotrcow discesserat, non habito nobiscum eius:
modi colloquio aliquo, in quo negocium hoc vestrum
comisci et promonere potuissemus, non per nos factum est
q nihil cum illius Dre in rem vram ibi egimus. Ex:
tra occasionem autem et solo ac simplici nomine pete:
di quidpiam de resignacione ista, nobis D. suam R
aggredi non licet, nec decet. cum ex multis causis racio:
nabilibus

~~omibus~~ tum ob hoc q cum dominus Benedictus Latalski
fuit servitor nr non convenire officio meo putamus, vt
negocium resignacionis faciende illi facessere debeamus
sed nec videmus dominum Epm Posnamien consqz pro:
penso esse erga nos animo vt quidpiam in hoc negocio
ad intercessionem nram facturum esse cum putemus, qua:
doquidem alias iustis desideriis et postulatis nris plu:
ries se non accommodaverit Quare q non mittimus vo:
bis lras petitas, rogamus vos vt boni consulatis, nosqz
excusatos habere in hoc velitis Quicquid vero officii
per quamlibet occasionem aliam vobis in rebus ac for:
tunis vris prestari a nobis poterit, in hoc habebitis
nos semper paratos ac benevolos.

De causa quam habet super divorcio Neptis nra filia dnc
Vawrzniczeva Wrzesienska cum suo Marito domino
Czechowski, significatum nobis iam ante fuerat, in qua
non dubitamus vos facturos esse id quod iusticia et rei
racio postulat, et nolumus quidem nos vt Neptis nra pre:
tendat contra Maritum suum quidpiam quod non
videatur iustum ac necessarium, sed contra, non libe:
ter videremus, vt cum ipsa cupiat esse mater liberorum
sit impedita tali marito qui esset frigidus et natura
impotens, eius tamen rei cognitionem prudencie ac iu:
rispericie vre totam deferimus Bene Valete Datum
xix.a Aprilis Anno M.o D.o XXXiiij

Andreas Cricius Eps Plocen
Bonae Sphortiae Regine Poloniae.

Sacra Mtas et domina, domina mea clementissima, humillimam mei commendacionem. Arbitror Vre Sacre Mti satis constare meum studium: vt hii qui et genere et industria prestant, concorditer et amice inter se agentes, omnes ex equo, et ex vsu essent reipublice: et vris Mtibus ad nutum, quod in multis controversiis cum alibi tum in his terris sedulo pro mea virili curavi. In eaque re dns Nicol. de Nissziec Castellanus Sieprcen satis se mihi iuxta voluntatem Vre Sacre Mtis officiose prestitit, et vsque modo prestat, summumque desyderium prefefert demerende sibi gratie Vre Sacre Mtis, de quo alias scripsi, et Vra Sacra Mtas respondere mihi dignata fuit se benigna illius racionem habere velle. quare cum fama huc allata est de obitu domini Pallatini Belzen non dubito commendare Vre Sacre Mti ad eum Pallatinatum ipsum dominum Castellanum Sieprcen sperans indubie, quod Vre Mtes virum idoneum sibique et reipublice vtilem ad eum Magistratum promovebunt. habet, enim ibi bona, habet amicos, habet animum serviendi Mtibus vris. Proinde humiliter supplico Vre Sacre Mti, vt illius in hac re preces, et meas pariter, benigne suscipere et exaudire dignetur. quod illi perpetuis serviciis vris demerebimur

Ego hoc toto tempore egre valui, venique huc semisanus Eccliae causa, in cuius structura licet Architecti mei

egregiam nanent operam, pecunia tamen quam illis ex pacto totam persolui iam illis defecit, opere vix dimidio perfecto, Quamvis vero iam illis nihil debeam, videns tamen diligenciam et probitatem eorum, cogor illis addere quod poscunt, et poscunt summam non mediocrem, deo et Sancto Sigismundo, ut non deficiam me committens, Mti Vre Serme me iterum atque iterum commendo Ploczka xii Maii Anno M°. D°. XXXiiij°.

Cricius Eps Plocen
Bonae reginae Poloniae.

SAcra Mtas, et domina, domina mea clementissima Humillimam mei commendacionem, Etsi supervacaneum sit scribere quicquam per Mgcum dominum Ludovicum, qui omnia abundius refferre potest, nolui tamen illum absque meis litteris ad Vram Sacram Mtem dimittere, cuius manum deosculor, ac ut illi omnia fausta ac foelicia succedant deum iugiter precor

Coeterum audio Architectos Ecclie mee hoc agere ut Vra Sacra Mtas emeret apud ipsos residuam materiam veteris Ecclesie, scire dignetur Vra Sacra Mtas, me quidem illis dedisse materiam omnem sed ad edificium Ecclesie tantum non solum autem hanc materiam, sed et me, et omnia mea esse et fore semper ad arbitrium et nutum Vre Sacre Mtis: Proinde hac illi impensa non exit opus, censeo tamen ut illis tam cito non respondeat: sed dicere dignetur se prius rescire velle quid illis ad ipsam materiam Iuris competat vel prout melius

melius Vre Sacre Mti videbitur respondendum

Quod ad dominum Comitem Tharnonien attinet prudentissime mihi omnia Vra Sacra Mtas rescribere dignata est. verum ita me deus amet nihil vnqz ad me scripsit querimonie de vra Sacra Mte, vt eciam domino Secretario ostendi. tantum dolenter commemorat se apud illam innocenter delatum quasi quod et loqui aliquid deberet contra Mtem vram: et cupiens esset mortis regie. et quod hec illi Vra Sacra Mtas significare debuit per dominum Jazlovieczki Succamerarium Halicien: superos omnes de innocencia sua contestans. quod ego meliori iudicio Vre Sacre Mtis expendendum comitto. si vero vel huc veniet vel in Conventu aderit sciam quid cum illo agere debebo. vt et hec mutet que merito et Mtibus vris et amicis non probantur. et sit deinceps talis qualis esse consuevit

Clementissima mea domina ille Hiscziczki quem non ita pridem ad Pallatinatum vaccantem Vre Sacre Mti commendavi. non cessat esse sui similis. vulpis eciam pilum mutat, naturam non mutat Quare no audeo illum amplius commendare Dominus servet Vram Sacram Mtem semper sospitem et foelicem Princeps inclyta Poltomie xa Septembris Anno domini Mo Do XXXiiijo

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Alberto Marchioni Duci in Prussia.

Reddite sunt mihi littere Illme. D. Vre e quibus quod gratum esse cognovi Illme. D. Vre responsum meum quod de negocio Illmi domini Caroli Ducis + et filii eius proxime perscripseram, vehementer letor que enim ab officio meo proficiscunt et Illme. D. Vre grata sunt, me solent magnopere oblectare, verum ex contrario doleo Illmo domino Duci Carolo hactenus istis responsionibus non ita satisfactum esse ut ab instituta postulatione sua desistere possit. At ego quidem Illme. D. Vre id omne quod ea de re: me presente tractatum actum et conclusum apud Mtem Regiam sciebam, litteris proxime scriptis apperui. subiungens eciam quod ab Illma domina Masonie Duce accepi illam scilicet nemini extra regnum et Dominia Mtis Regie nubere velle. Que tametsi videbatur mihi renunctiacionem apertam et finalem responsionem obtinere, nunc tamen ex eo quod se a domino Radinilo Illma. D. Vra accepisse scribit, vacillare rursum videntur. Quare cum nunc aliud speretur ab amicis quam ante a nobis hic in Aula servientibus fuerat desperatum, ego ad id quod a me Illma. D.o Vra poscit et item ad id quod Illmus dominus Dux Carolus pro filio desiderat, animum consilium et operam tam apud virginem quam apud Consanguineos, quorum

+ Mynsterburgen

vt recte virgo nubat plurimum interest, intendam, et literis
seu Nunciis id quod ea in re extremum scire possit di:
ligenter exquiram, quod vtcumque et quamprimum cognouero
Illme. D. Vre perscribere officiose curabo, Cuius gre
me et obsequia mea diligenter commendo et ex animo
opto vt deus omnipotens Illme .D. Vre longam vitam
valetudinem integram, et foelicissimos quosque successus
concedere dignetur Datum Crac die iiii^a Junii Anno
domini M^o .D^o. XXXiiii^o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Ioanni Loski Palato Masouie.

PAnie mili Voienoda, przijaczielv nasch mili. Pissalo nam timi czassi xianza Pruskie iego Mc. oznaimuiancz nam, isch od dawnego czassu staral sia i przijczimial sia v Crola iego Mci, abi xiazna Mazovieczka iei Mc, bila dana w Malzenstwo sinovi xiandza Carola ieo Mci Heithmana Sliaskieo, lecz isch ta rzecz bila podana na volia xiazni iei Mci Mazovieckiei, i do tich miasth wmilczeniu stoi, chczancz ieo Mc wiwiedziec vola iei Mci, à wiedzancz isz iei Mc raczi sia nas dokladacz wrzeczach i potrzebach swogich, nas zato pilnie proszil, abismi mi wiwiedzieli wtim volia xiazni iei Mci, i ieo Mci ia znac dali, à ieo Mc chczial bi potim iednac ta rzecz v samei iei Mci przes Posli svoie.
Mismi ieo Mci odpissali to czo wiemi, isch xiazna iei Mc raczila iest przes T. Mc Crolevi iego Mci wtei rzeczi tak odpoviedziec, isch iei Mc niema voliei ani chcze s Corunni à spanstwa Crolia ieo Mc wiiachacz dlia tego isch sia tu iei Mc vrodzila, vchovala, amiechczialabi sia insch iei Mc ginich obczich obiczaiow vczic à tak isch niebaczemi izbi iei Mc ten svoi vmisl miala odmieniecz, pisalismi isch nieviemi bi ktora gina odpowiedz mial xianza ieo Mc od iei Mci wtei rzeczi otrzimacz

Czos t. Mc raczil nam pissacz o pana Voievoda Caliskie°
temusmi dobrze wirozumieli. wschakze nam zlithssi
niedawno pissano, izbi on mial stac o panna Coszie:
leczkie krewna swa ktora iesth na dworze Crolevei
iei Mci

Oto izbi xiazna iei Mc bila zachovana iz mazem svo:
gim ktorego iei Mci pan bog daczraczi przitim
gimieniu ktore dzis iei Mc dzierzi w xiastwie Ma:
zovieczkim: niesda sie nam o tho czas sie przieczmiacz po:
ki Crolyego Mc iesth wlithssie bo bilobi tam nam vielie
przekazek bo wiemi dobrze iako tam rzeczi dzis gida
oczem volemi sami potim z. V. M. rozmovicz nisli pissacz,
i iesth zdanie nasche abismi tei rzeczi teras dali stacz
anic iei nierusschac bo nierozumiemi abismi czo tam przes
posli odzierzeli. A stim siaisch pan bog abi T. Mc nas
przed xiazna iei Mcia nieraczili zapominacz Datum
Crac

Andreas Cricius Eps Plocen
Petro To. Epo Crac. Vicecancell°

RME in Chro Pr et domine, benefactor colendissime. Cum
mihi vra Rma. Do. sentenciam suam litteris declaravit
vt dominus Cordzbok cederet Prebenda sua domino Gorski
et dominus Camenecen adderet nonnihil ex decimis quas a
me habet, iuxta arbitrium meum, alioqui vt facerem quod
mihi magis in rem Nepotis videretur, licet maluissem vt
Rma Do vra ex documentis vtrinqz productis sentenciam
suam protulisset tamen enestigio ipsius sentencie parere

et satisfacere curaui et cum dominus Camenecen̄ longe abeßet in negocio limitum, neqȝ ille se meo, sed R̄me. D. V̄ræ ar: bitrio subdiderat egoqȝ scire non potui, an id quod arbi: trio meo abillo elicitatus fuissem satisfieret R̄me. D. V̄ræ vel pocius D.o Gorski: ego quod Nepotis mei erat prestiti per Glo: gorski nihil dubitans quin dominus Camenecen̄ esset qoqȝ prestaturus quod suum eßet, cum primum litteris R̄me D. V̄ræ quantum dare deberet, cercior fieret, addideram fateor, vt quod ipse dominus Camenecen̄ dimitteret, cedere poßet domino Cordzbok, vt ad Titulum saltem aliquid ha: beret, hoc tamen quod addidi non erat nisi precarium, maxime, cum erga ambos dominos Gorcenses non vulgaria hic officia prestiti Nicolao enim vtrumqȝ eius Plebana: tum alterum data aduersario decima, alterum per sen: tenciam reclamante meo Officiali et quibusdam aliis Iuris: peritis paccaui: Stanislao eciam quid beniuolencie exhibu: erim in Plebanatu Plocen̄ R̄ma D.o V̄ra non ignorat. vnde nescio doleam ne magis an mirer v̄ram R̄mam D. sic interpretari, quasi ego sentenciam eius reiecißem, neqȝ quid amplius facere debeam prorsus scio, nisi cum primum dominum Camenecen̄ videro, hortabor diligenter, vt ar: bitrio R̄me. D. V̄ræ vti pollicitus est satisfaciat, id si fiet erit quod agam gr̄as deo expiatam tandem eo modo hanc meam culpam, et Nepotis mei infoelicitatem, sin minus, me qq̄ modo ex hac naßa extricare curabo, non enim est tanti hic inanis titulus, qui solum Nepoti meo ceßit, vt et R̄me. D. V̄ræ domino meo molestiam exhibeam, et ego so: lus tam culpam, quam damnum sustineam. Comendo me gracie R̄me. D. V̄ræ. Ex Iunice vii.a Iunii Anno domini M.o D. XXXiiii

29 VI

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Nicolao Rusoczki Castel^o^ Biechowiensi

Generose domine amice noster charissime. fuerunt apud nos Coloni Ville Baba subditi Mtis regie cum litteris à tota communitate Ville illius ad nos scriptis et declararunt nobis in graui et lamentabili querimonia se et vicinos suos cogi et adigi per factores D. Vre ad insolitos quosdam et intollerabiles labores Qua de re cum à nobis absente Mte Regia consilium et auxilium peciissent, suasimus nos illis vt in domum redirent et ad Regiam Mtem sicuti decreuerant non currerent. simul pollicen[tes] pro illis nos ad D. Vram intercessuros esse. Quare ab illa rogamus vt hos subditos Mtis Regie in veteri iure et laborum prestandorum consuetudine conseruare vellit, et causam hanc querendi de se, et factoribus suis deinceps submonere. faciet[que] D. Vra rem officio suo dignam et regie Mtis imprimis gratam. Quam bene valere et foelicem esse ex animo optamus. Dat[um]

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Proconsulib. Consulib. Wratislauen.

F
Amati grate nobis dilecti. Accepimus litteras vrás qui:
bus declaratum esse vobis scribitis, quòd sentenciam qua
inter honestos Simonem Anzelm Cinem vestrum, et Fride:
ricum Gutteter Cinem Lipsensem, atq3 Annam vxorem
Nicolai Glinski Ciuis nrí Crac promulgastis: per decre:
tum sex Ciuitatum tanq3 Iudicum per nos delegatorum
fuerit irritata. quorum tamen potestatem negatis tanti esse,
vt vrós in causis processus nullos pronunctiare debeat.
petitisq3 à nobis vt hoc ipsum decretum sex Ciuitatum quod
pendere adhuc sub appellatione ad nos interposita edocti
estis. ita examinemus et moderemur, ne ex hoc iudiciu
vrní contumelia, et Simon atq3 Fredericus prédicti dá:
no afficiantur. In qua causa vt melius vobis ea que
nos meminimus pateant. sciueritis ita ab initio factu
esse quòd cum venissent huc prédicti Simon Anzelm et
Fridericus Gutteter seu eorum Procuratores et postulas:
sent à Ciuibus nrís Crac sentenciam per vos latam exe:
quutioni demandari: Nicolaus Glinski ab hoc facto ad nos
prouocauit. inquiens magno preiudicio vxorem suam affe:
ctam iri: si cum in Iudicio nihil nomine illius, sed nomine
tantum suo actum sit exequutio tamen contra illa extendi
debeat. quam rem cum nos extra ordinem Iuris Ciuilis
Maideburgen terminare ipsi noluissemus. Iudicibus sex
Ciuitatum non vt delegatis nrís, sed vt ordinariis pre:
sidentibus et iis qui appellationum omnium Iuris Ciuilis

Maidebirgen sunt supremi hic in regno nro cognitores cognoscendam demandaueramus, quos sentenciam quide vri decreti irritatoriam tulisse accepimus sed de apellatione ab ea interposita nihil prorsus audiuimus Quare non est quod vel prouidere vel respondere nos vobis in ea re debeamus, cum appellatio non sit ad nos interposita sed Iudices sex Ciuitatum qui predictam tulerunt sentenciam, ipsi viderint si quid vel contra ius vel contra consuetudines hac in parte egerint, ipsorum enim non nra interest facti sui vobis de iure racionem reddere Dat

Petrus Tomic. Eps Cracc. Vicecancell
Principibus. Ducibus. dominis ordinum
Ducatus Slesie consiliariis et nunciis.

Illmi Principes Spectabiles et Mgci domini, domini et amici nri honorandissimi. Accepimus litteras. D vra: rum quibus nos eorum certiores faciunt, que in medium ipsarum dominus Joannes Thurso detulit, nos scilicet neque ostendere sibi voluisse Priuilegia que habemus super villis Ecclesie nre: et quas ille sittas esse in Territorio Plezinen pretendit. neque tributum publice in Slesia Sermo Regi Ferdinando decretum soluisse, cum tamen ceteri ordinis et condicionis nre viri qui bonis Ecclesiasticis in Slesia presunt de bonis suis illud prestiterunt, Nosque rogant et hortantur, vt et tributum prenominatum exemplo aliorum Presulum de villis nris solui facere: mus et Priuilegia si que haberemus immunitatis vel donationis domino Thursoni ostenderemus. Qua in re tamensi nos adhortacionem D. Vrarum vt debemus grato

et beneuolenti animo accipimus miramur tn̄ vehementer D. Thurzonem ita animatum esse vt et queri de nobis nō vereatur et iura ac quietem bonorum Ecclesie nr̄e la: cessere contendat, que à longo retro tempore et multis predecessoribus nr̄is huiusqꝫ libere quiete et sine vllius impeticione obtinebantur. Ac cum ita hec res noua no: bis videatur et in qua nos statuere nihil possumus absq̄ te et inconsulta Mte Regia quam et Tutorem summū bonorum que ad Ecclesiam nr̄am pertinent agnoscimus et authorem dominumqꝫ eorum omnium scimus, que ad fines regni sui cum vicinis prouinciis regundos distin: guendosqꝫ pertinent. Quare referemus hec ad Mtis sue authoritatem, consiliumqꝫ de ea re ab illa petemus, et que illa vel suaserit, vel permiserit vel iusserit nos fa: cere, non inuiti omnia faciemus et prestabimus. Interea nos et officia nr̄a Vr̄is D. sedulo commendamus, Quas foelicissimas esse omnes et optime saluas et inco: lumes vehementer desideramus Dat

Petrus Tomiczki eps Cracco. Regni Pol. Vicecancell.
Epo Wratislauen. Carolo. et Henrico Ducib. Minster: burgen. Friderico Duci Legnicensi.

RmE in Chro. Illmi Principes et domini domini honorān et Generosi domini amici mei charissimi. Heri accepimus litteras. D. Vrarum quibus scripserunt. Q tametsi re: troactis paulo diebus cum Sermus Princeps dominus Ferdinandus Romanorum Hungarie Bohemieqꝫ etc Rex sepenumero ad Sermam Mtem Regiam Polonie domi: num nrm clementissimum de incursionibus et damnis que de regno Polonie subditis illius Mtis in Slesia inferrētur

retulißet, simulqz à Mte suae postulaßet vt homines malefactores et eos qui illius Mti eiusqz subditis diffidarent in suo regno receptari ac foueri non sineret, ipsa verò Mtas Regia domini nri id facturam se recepißet eaqz res D. vras magno solacio et gaudio perfudißet Nichilominus tamen nuper in Ducatu Opolien non mediocre damnum, irrupcione in illu facta ex Polonia illatum esse, cuius authorem indicant D. vre dominum Capitaneum Lanciciensem subindeqz postulant à nobis vt in absencia Mtis Regie domini nri interponeremus operas nras quo hoc ipsum illatum damnum modo debito sarciatur, hominesqz et peccora in regnum abducta restituantur et quominus in posterum incursiones einsmodi fierent diffidatoresqz et hostes Sermi domini Ferdinandi Regis et subditorum illius Mtis in Regno non receptentur nec foueantur, à nobis prospiciatur. Nos memores sumus Maiestatem qz Regiam domini nri sepenumero sepius questam esse apud Sermum dominum Ferdinandum Regem de damnis et iniuriis que Regno suo Polonie ex Slesia sepe inferebantur et inferuntur, ad vltimum verò ita inter Mtes suas Conuentum esse, vt Comissarii vtrimqz deputarentur, qui et cognitionem susciperent damnorum et iniuriarum vtrimqz illatarum, eaqz sarciri illinc vnde oporteret mandarent, et simul rationem inirent, qua inferendis eis deinceps via et facultas precludi posset, Que res quod facta non est, in causa non sunt Comissarii à Mte Regia domini nri deputati, sed Comissarii Sermi domini Romanorum etc Regis, qui ad diem et locum deputatum non venerunt, vtcumqz vero factum sit, nos certe magno dolore afficit hoc damnum quod vre D. scribunt in Ducatu Opolien de regno Polonie esse factum Siqz illatum esse ex his terris, in quibus nos residemus,

Nicol de Ryssorin Castell. Biechonien

proculdubio eodem momento temporis quo accepimus litte-
ras D. Vrarum, sarciendum illud curaßemus. at cum
scribant D. Vre id factum esse ex terris regni à nobis
remotioribus non aliud efficere potuimus quam quod scripsimus
ilico de hac re Mti Regie domino nro clementißimo, qui
proculdubio summa prudencia sua id quod equum phasque
putauerit facere dignabitur. Interea verò ipsi quoque nos dabi-
mus operas meas quas maiores poterimus vt damnum quod
scribunt D. Vre illatum ex regno Polonie in Ducatu Opo-
liensi debito modo sarciatur, homines que et pecora inde ab-
ducta restituantur, et nulli diffidatores ac hostes Serenissimi dni
D. vrarum Regis, eiusque Mtis subditorum hic in regno
receptentur et foueantur, modo D. Vre quoque sic prospicere
velint, quod subditi et regnicole Mtis regie domini nri ni-
chil aduersi ex Ducatu Slesie paciantur. Commendamus
nos ex animo amori ac beneuolencie D. Vrarum easque
bene ac foeliciter valere optamus Datum Crac die XXa
Augusti Anno domini Mo Do XXXiiij

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Polonie.

Sacra Regia Mtas et domine domine clementißime Post
perpetue seruitutis et oracionum mearum humilem comenda-
cionem, sepenumero afferuntur ad nos qui hic sumus Crac.
litterę ab ordinibus Ducatus Slesie, qui putantes nobis
esse potestatem corrigendi excessus et delicta hominum in-
solentium, scribunt nobis tanquam regentibus expostulantes
de impressionibus et damnis que illis de regno Mtis Vre
inferuntur. Nos verò cum nullam eiusmodi facultatem à

Mte vrá habeamus qua in eos qui indicantur authores talium excessuum animaduertere, eosqz coercere queamus non aliud illis respondemus qz qp pollicemur, nos expostulationes illorum ad Mtem vrám esse relaturos hinc est quod nuper qz allatę sunt huc , de Slesia binę litterę de irrupcionibus et damnis quę ex regno recens illic facta dicuntur, quas litteras vtrasqz mitto Mti Vrę Sermę quę pro summa prudencia sua in eos ad quos irrupcionum et damnorum istorum crimen pertinuerit animaduertere, et huic magis indies pullulanti malo occurrere dignabitur, id quod nisi tempori faciet Mtas Vrá Serma suscitabitur proculdubio tantum incendium quod vix tandem extingui poterit, me iterum supplex commendo in gram Mtis Vrę Sermę quam dominus deus in sua grá quamdiutissime conseruet sanam sospitem et foelicem Dat

Petr. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Vilhelmo Prussinowski.

MAgcé domine amice charissime. Accepimus litteras D. Vrę, quibus scribit narratum esse sibi á quodam Comite qui cum domino Cornelio Oratore Caesareę Mtis nuper ab imperatore Turcorum rediit de filio suo Joanne qp viuat et apud Aiasbascham seruiat postulatqz á me Vrá D. darem negocium Armeno cuipiam aut Judeo in Turciam profecturo quo illum ibi perquirat inuentumqz redimat et demum apud nos hic statuat. offerens Vrá

D. soluturam se liberaliter id quod in redimendum eum ex:
penderetur Nos vero cum probe sciamus mandatam fuis:
se per Mtem regiam domini nri curam perquirendi ipsius
D. vre filii, dominis Opaleniczki et Ocziescki tum quado
munus legacionis in Thurcia obiverunt, non possum non
admirari qd cum ab eis reperiri illic non potuerit nunc
demum dicatur esse repertus. vtcumqz vero res sese ha:
beat accomodabimus nos perlibenter postulatis. D. vre, co:
mittemusqz Armeno alicui homini maturo et fidedigno
vt illum redimat, et ad nos saluum perducat, movit quide
se in presencia cum omnibus copiis suis ex Thurcia Impe:
rator Thurcorum contra Zophi Regem Persarum ve:
risimileqz est qd Ciasbascha quoqz illum secutus est atqz ita
in itinere forte nunc domi non poterit nos tamen sic con:
stituemus cum eo Armeno cui mandabimus hoc negoci:
um vt si Ciasbascha abest postea qz redibit. filium. D.
vre apud illum perquirat et si is de quo narratum est
Dni. vre erit eius filius et non quispiam alius, eum redi:
mat ad nosqz adducat. multo tamen tucius et securius
esset si. D. vra significaret aliqua eiusmodi indicia per
que cognosci posset Valeat foelix et sana vra. D. nosqz
habeat commendatos Datum Cracovie ante penulti:
ma Augusti Anno domini M°. D°. XXXiiij

Petrus Tomiczki Eps. C. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Poloniae.

SAcra Regia Mtas et domine domine clementissime Post
perpetue servitutis ac oracionum mearum in gram Mtis
Vre Serme humilem commendacionem. Rediit Re:
danum ex Vrbe Roma, Rmus dominus Archiepus
Vpsalen qui summas Mti Vre Serme agit gras pro
litteris ad summum Pontificem et Collegium dominoru
Cardinalium in rem suam datis, quas tantum profuisse
sibi affirmat vt fretus eis, non solum negocium omne
suum pro voto suo illic confecerit, sed Italia quoque exce:
dens cum famulicio suo largo viatico fuerit prosecutus
Quoniam vero a pluribus iam annis simul cum Rmo
domino Epo Lincopen in tristi degit exilio, supplicat vna
mecum Mti Vre Serme committere dignetur dominis
Joanni de Verden et Georgio Scherwke Proconsuli:
bus Civitatis sue Gedanen, qui vna secum rationem
ineant, qua ad patriam Ecclesiamque suam a relligione
et cultu divino temporum iniquitate destitutam tuto per:
venire illi sit possibile. Quod tam pium benignumque fa:
ctum ipse cum vniverso Clero suo modis omnibus Mti
Vre Serme studebit semper promereri Datum vltima
Augusti Anno domini

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Præmisliensi.

RME in chro Pr et domine frater et amice charissime ac honoran. Scribo et supplico Regie Mti, vt committere dignaretur dominis Ioanni de Verden, et Georgio Schewkie Proconsulibus ciuitatis Gedanen, vt simul cum Ro domino Archiepo Vpsalen, qui iam ex Vrbe Roma Gedanum rediit, ineant racionem aliquam, qua illius Pr tas ad Diocesim et Ecclesiam suam secure possit redire. hoc namqz vt ita facere dignaretur sua Mtas idem dns Archieps et magnopere rogat et rebus suis plurimu expedire existimat. Quare rogo D. vram Rmam interponere velit suas qz preces, vt sua Mtas illum eius voti sui compotem facere dignetur, quo is bonus Prelatus qui dudum iam apud nos tristem exilii fortunam experitur, in patriam suam redire, Ecclesieqz sue et fidei Orthodoxe illic valde labefactate consulere tandem possit, iubeat autem conscribi D. vra Rma in ea re ad prefatos dominos Proconsules accuratas litteras, easqz ad manus prefati domini Archiepi per aliquem probum et fidedignum hominem cuius istic in Aula facile haberi potest copia curet perferendas, quo rem piam illiqz gratam et valde necessariam faciet. Que valeat foelix et incolumis meqz beneuolenti animo suo prosequatur Dat Crac die vltima Augusti Ano domini M° D° XXXiiij

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Premisliensi.

Rme in Chro Pr et domine frater et amice charissie ac honoran. Dominus Auditor Camere Apostolice vti omnes referunt qui ab Vrbe Roma huc in regnum redeunt, libenter inseruit et morem gerere studet Mti regie, eiusqz subditis, in rebus negociisqz omnibus que illis apud Sedem Apostolicam curanda incidunt, Is habet in Anglia Epatum Vigormien, cuius prouentus illi non penduntur in presentia, eo qz Sermus Anglie Rex, qui valde nunc infestum se reddit Italis omnibus, propter sententiam aduersum se in causa Matrimonii latam, prouentus omnes non solum Epatus ipsius domini Auditoris Vigormien, sed omnium quoqz Italorum Sacerdotia in Anglia habencium aresto subiecit, et pendi omnino prohibuit. Cum itaqz iste optimus Prelatus nationi nre Polone valde propensus et affectus, non possit vti homo Italus inire modum aliquem quo redditus prouentusqz dicti Epatus sui pendi sibi obtineat, resqz omnium Iudicio non indigna videatur vt gratia et ope Mtis Regie in hac vice et necessitate sua non destituatur. conscripsi in comendacionem ipsius nomine Mtis sue ad Sermum dominum Anglie regem litteras quas Rme D. Vre mitto cum pntibus, rogoqz illam plurimum interponere velit operam suam, quo illis Mtas sua subscribat, posteaqz vero manu Mtis sue subscribentur illas Rma Do. Vra ad me remittere. quo rem gratissima

simam mihi faciet, quam ego illi beneuolencia et gratifi:
catione mea referre vicissim curabo. Bene et foeliciter
valeat. D.o Vra Rma meqz beneuolencia sua con:
sueta prosequatur. Datum Craconie ultima Augusti. Ano
domini M.o D. XXXiiij

Petrus Tomic. Eps Cracc. Vicecancell.
Auditori Camere Appostolice.

Rme in Chro Pater domine et amice honoran. Cum
rediisset Joannes Vilamonius Nuncius Regius infe:
ctis rebus iis atqz inexoratis de quibus Smo D.o
Nro Regia Mtas supplicauit non mediocriter fui per:
turbatus. Nam et Mtem Regiam grauiter id laturam
scio ita proculdubio litteris suis significabit, neqz ea so:
lum res animum eius Mtis commouebit, sed multo for:
taße magis illud si audierit que non ita pridem a
Smo Dno Nro Priuilegia et reseruationes nonnullis
Prelatis regni sui ac etiam seruitoribus concessas im:
petrauit ‡ sed cum Vra Rma D.o eam quam sum:
mam potuit in procurandis isthic Regie Mtis nego:
ciis operam nauarit, est quod V. R. D. magnas
agamus gratias, qum potius re ipsa declarare parati
sumus, esse nobis quam gratissima que Regni huius
causa onera in se Rma D.o Vra recipit. Quare
cum essem ab eodem Joanne Vilamonio certior factus
retentos esse per Regem Anglie redditus et Vectiga:
lia ad Epatum Rme D. V. Vigornien pertinen:
cia, valde id dolenter tuli, atqz egi cum Mte Regia

‡ eas iam inductas esse et antiquatas

enestigio, vt ad Regem Anglie litteras daret, quibus for:
tunas illi et dignitatem Vrē Rme. D. diligenter com:
mendaret atqꝫ retentos vt prouentus restitueret ro:
garet. Dabo etiam operam vt he ipse littere per
proprium Regie Mtis Nuncium mittantur, neqꝫ is
redeat nisi à Rege Anglie prius responsum tulerit
Demiqꝫ quecumqꝫ ad honorem et dignitatem Vrē Rme
D. pertinebunt ea semper non minori cure mihi qua
mea ipsius negocia sunt futura, meretur id virtus
et integritas, meretur eruditio, meretur in me amor
V. R. D. et beneuolencia singularis Quo vt me pro:
sequi semper pergat vehementer oro. Commendo me ex
animo Vrē Rme. D. Quam Chrūs dominus ser:
uet qꝫdiutissime sospitem et foelicem Datꝫ Craconie die
XX Septembris Anno M°. D°. XXXiiij

Petrus Tomiczki Eps
Sebastiano Opalemczki Custodi Posnamien
Canonico Cracouiensi

V Enerabilis domine frater in Chrō charissime. Quando re:
tulimus domino Opel id quod vos nobis rescripseratis
quodqꝫ referendum illi voluit Regia Mtas perspiciens mi:
ser homo qꝫ cum interdictum sit ei hac Ciuitate non ha:
biturus esset vspiam alio in hoc regno tam commoda
mansionem quam hic haberet discessit hinc lachrimas
accusansqꝫ fortunas suas.
Non deerunt vobis isthic in Aula noua que procul
dubio pariet is aduentus dominorum ex Moschonia ad
Regiam Mtem Quare postulamus à vobis vt ea que

nosse poteritis queqz nos scire conuenitt nobis perscribatis quo rem gratam nobis facietis
Perscripsimus Mti Regie consilium et deliberacionem nostram de indicendo Conuentu generali regni pro die festo Sancti Andree proxime futuro is namqz dies nobis commodior aliis videbatur. erit autem in arbitrio sue Mtis vel hunc, vel quempiam alium diem ipsi Conuentui indicendo destinare / Bene valete nosqz fratri vro domino Mgro Curie et ceteris amicis vris isthic in Aula commendate. et sciatis nos deo sit gracia adhuc viuere non enim est nobis incognitum missos esse isthuc non pridem hinc duos Nunctios per celeres postas nunctiantes mortem meam quam quis tanto studio isthic expetat scire non possumus. Datu Craconie die XV Septembris Anno domini Mo. Do. XXXiiijo

Tomiczki Eps
Nicolao Tulisscoff Canco Posnan.

VEnerabilis domine frater in Chro charissime. Cum cognouissemus ex litteris vris Plebanum Ecclesie Parrochialis in Povidz eam ipsam Ecclesiam resignare vobis destinasse. et impetracionibus Romanis esse affectam et impeditam, propterea q possessor illius intra tempus à iure Statutum Sacris iniciari non curauerit, nos volentes commodare rationibus vris, impetrauimus vobis litteras presentacionis à Mte Regia ad eandem Ecclesiam quas mittimus vobis cum presentibus que eciam hiis qui illam à Sede Apostolica impetratam curarunt, erunt terrori

quominus vobis negocium super illa facessere audeant. Caeterum cum intellexissemus dominum Poniatowski Custodem et Canonicum Gnesnen' pro Canonicatu Gnesnen' assequi velle Canonicatum Posnanien' à dominoque Lipoviecz et à vobis Canonicatum Plocen' pro suo Gnesnen' accipere nolle, volentes nos in hoc quoque iuvare res et accessiones vras, egimus cum servitore nro Joanne Luboniczki, vt ipse cedat domino Poniatowski Canonicatu suo Posnanien' pro eoque accipiat à vobis et domino Lipoviecz Canonicatum Plocen' id quod ipse annuit se facturum modo describantur proventus eiusdem Canonicatus Plocen'. Quare transigere super hac re velit cum domino Poniatowski vt ille cedat vobis Canonicatu suo Gnesnen' pro eoque accipiat à Luboniczki nro Canonicatum Posnanien' vos vero cum domino Lipoviecz detis et resignetis ipsi Luboviczki nro Canonicatum Plocen', et iam tandem obtineatis Canonicatum et Preben' pacificam in Ecclesia Metropolitana Gnesnen' quae dudum vobis et virtutibus vris debebatur et bene valete dominumque deum pro nobis orate. Dat'

Tomicius Eps
Doctori Jacobo de Oborniki sanc. M. Magdalene in Posnania Praeposito.

Venerabilis domine frater in Chro charissime. Accepimus lras tuas quibus declaras dolorem tuum aliorumque beniuolorum istic nrorum ob aduersam valetudinem nram conceptum quod illorum tuumque nos studium est nobis non vulgariter gratum. Est ita quod aduersa valetudine affligebamur, iam tamen deo sit gracia conualuemus et recollectis plene viribus pristinis quibus ex longo dolore exhaustus

penitus destituti breui in publicum prodibimus Coeterum rediit hiis diebus ex Vrbe Roma dominus Noskowski qui vult te admonitum vt satisffacias ei pro Iure ipsius quo cessit tibi super Canonicatum Varschenien, et quo dns Sielenski cum ipsum Canonicatum est iam assecutus. Quare cures vt et pro eo ipso Iure illum contentum reddas, et apud dominum Epm Posnanien aliquam eiusmodi contentacionem tibi impetres et obtineas qp dominum Noskowski citra dāmnum et iniuria tuam contentasse videaris. bene Vale Da

Cricius. Tomicio. Episcopi.

RME mi domine et benefactor colenme. Mitto istuc seruitores meos vnum quem Romam destinaui si quis alius fidus et amicus nuncius non se offerret, alium visendi causa Rmam D. Vram meum dominum de cuius valetudine à plerisqz diebus nihil certi audiens sum admodum anxius et sollicitus, de me et aliis rebus dicet ipse seruitor meus, quem cum non molestum erit benigne audire dignetur, meqz in grā sua commendatum habeat, ac quod in omnium est votis prosperrime et diutissime Valeat. Ploczka XXVII Augusti Anno domini M° D. XXXiiij°.

Andreas Cricius Eps Plocen: Felix de Srzensk
Palatinus Plocen. Bone regine Polonie.

SAcra Reginalis Mtas et domina domina clementissima.
Humillimam nri et serviciorum nrorum comendacione.
Vacat nunc in terra Plocen subiudicatus, ad quem procul:
dubio inter alios, licet aliquo modo invitus, nominabitur
Nobilis dominus Felix Zielienski, homo cum virtute et
iurisperitia probatus, tum bonis omnibus acceptus. Nos
quorum magis interest curare ut officiales iudiciarii
sint boni viri, supplicamus vre Sacre Mti ut cu
de more inter alios nominabitur, intercedere dig:
netur apud Sacram Mtem Regiam ut illi ipse sub:
iudicatus conferatur, et nos pollicemur illum vre
Sacre Mti reique publice obsequiis suis futurum ido:
neum, et bonis omnibus acceptissimum, quibus ea
re vra Sacra Mtas non vulgarem benignitatem
ostendet tanquam domina nra clementissima, cuius gre
iterum nos et servicia nra diligentissime comenda:
mus. Poltovie die xvi^a Septembris Anno dni
M^o D^o xxxiiij^o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Palatino Podolie.

MAgce domine amice charissime ac honoran. Impostor et
Nebulo ille Pawlowski non est visus hic, cuiqz ab eo tem:
pore, quo scripseram Vre Mgcie illum hinc disparuisse in:
uulgata per falsam narracionem suam et confictas litteras
aduersa valetudine Mgci domini Castellani Cracovien nec
spero illum aliquando in lucem proditurum, ob manifesta
hanc vanitatem suam, quam Vra qz Mgcia ex falsis li:
teris per illum confictis facile deprehendit.
Magnas ago et habeo gracias Vre Mgcie qd ad postu:
lationem domine Crupske Palatine Belsen suscepit administrationem
officii Capitaneatus Hrodlen. Non attinet quidem mihi
vllo sanguinis aut necessitudinis vinculo ipsa domina Pa:
latina Belsen, libenter tamen patrocinari illi soleo in eius
negociis, tum propter Maritum olim ipsius quem noui se:
per erga me fuisse propensum, tum qd ipsa est hic exter:
na atqz ita orbata consanguineis et cognatis, qui illi in
eius necessitatibus consilio et auxilio esse possent. Quare
rogo plurimum Vram Mgciam velit eam in tuicione sua
conseruare, et in rebus omnibus opem consiliumqz suu
illi accommodare, quo faciet rem piam vrisqz sua
dignam, et mihi non mediocriter gratam. Ego totam
hanc ferme estatem preteritam peregi in graui et per:
tinaci egritudine, que ter mihi recidebat, nunc vero
deo sit gra, videor valere iam melius, magna tamen est
in me adhuc debilitas ex longa egritudine contracta

spero tamen eam sensim abituram esse et pristinis vi:
ribus brevi cessuram. Casum domini Palatini Si:
radien puto Vre Mgcie non esse incognitum, deten:
tus est namqz mandato Serini domini Joannis Hun:
garie Regis in Arce Buden. Me amori et solite
benevolencie Vre Mgcie ex animo commendo valereqz
eam diu salvam et incolumem vehementer desidero Dat
Cracovie die XXIa Septembris Anno domini 1534

Tomiczki eps Crac. Vicecancellarius
Nicolao de Tuliskow canco et poenitenrio.
Gnesnensi.

VEnerabilis domine frater in Chro dilecte. Procurantes
bonum et commodum vestrum scripseramus vobis non
pridem literas, dominum Luboviczki servitorem nrm
velle accipere a vobis Canonicatum Plocen pro suo Pos:
nanien, dummodo sciret quinam sint proventus eius ip:
sius Canonicatus quem accepturus esset, et inter vos
dominumqz Poniatowski Custodem Canonicum Gnesnen
conveniret de resignando vobis per illum Canonicatu
Gnesnen, accipiendoqz pro illo Canonicatu Posnanien
pro quo alias daturum se illi Canonicatum suum Gnes:
nen offerebat, miseramusqz predictas litteras nras ad
Curiam Revmi domini Archiepi Gnesnen una cum lras
putacionis Regie ad Ecclesiam Parrochialem in Po:
vidz in personam vram que opera nra ex Lithuania
sunt allate, quas putamus iam vobis esse redditas
miramur tamen qd per hunc Viccarium Gnesnen qui

venerat huc pro pecuniis ad Zuppas Regias nihil nobis de hac re scripseritis. quare scribatis nobis quod primum si peruenerint ad vos litterę illę nrę priores vnacum litteris putacionis: et an dominus Poniatowski contentus erit accipere a seruitore meo Luboviezki Canonicatum Posnanien pro illoque resignare vobis Canonicatum suum Gnesnen necne. cupimus namque vt sitis Canonicus in Eccl(es)ia Gnesnen a quo nescimus qua ratione fuistis amotus Bene valete et dominum deum pro nobis orate. Datum Cracouię die vltima Septembris Anno domini M° D° XXXiiij°

Petrus Tomiczki Ep(iscop)us Craco Vicecancell.
Sigismundo primo regi Poloniæ.

Intellexi ex litteris R(everendissi)mi domini Ep(iscop)i Premislien Ill(ustrissi)mum dominum Ducem in Prussia sollicite et anxie nimis efflagitare a M(aies)te V(est)ra Ser(enissi)ma vt auxiliaribus copiis seu quouis alio subsidio iuuare eum dignaretur, quoniam exercitus ille Principum Hessię et Holsatię ac etiam Ciuium Lubucensium, siue per se vagus siue per ordinem Theutonicorum subornatus et conductus nocere illi possit, quem certo ipse sibi persuadet et ominatur contra se arma sublaturum. Prętera eciam eundem Ill(ustrissi)mum dominum Ducem a M(aies)te V(est)ra Ser(enissi)ma postulare, vt partem Ducatus sui feudalis Prussię in certa pecunię summa obligare queat, qua pecunia et milites conducere, et alias munitiones contra aduenientes hostes procurare possit. Quibus in rebus tametsi nihil ego eorum

ob que Illmus dominus Dux terretur metuam, nempe nō putans verisimile fore, vt Luterana factio, ordini Sancte Marie Theutonicorum, contra Illmum dominum Ducem dogma Luteri obseruantem subsidia dare debeat, et subinde non existimem necessariam fore ad hec statuenda presidia bonorum hyppotecationem: Vt tamen Mtas Vrã melius perpendere et diudicare possit, quid Illme D. sue secundum pactiones et inscriptiones feudi concedere debeat, mitto Mti Vre Serme cum pntibus eius inscriptionis exemplum, quod à me Rmus dominus Epus Premislien per litteras poposcit et me seruitutemqz meã Mti Vre Serme iterum atqz iterum suppliciter comendo, semperqz optans ex animo vt Vram Sermam Mtez cum Serma Coniuge et filio ac ceteris Sermis liberis christus dominus longeuam et semper foelicissimam fouere dignetur Cracouie xxiiij Augusti. Anno dñi Mº . Dº. xxxiiij

Tomicius Eps.
Ioanni Choienski Epo Præmisliensi.

RME in Chrõ Pr et domine frater et amice charissime ac honoran. Heri binas Dmis Vre Rme accepi litteras vnas attulit et reddidit Illme D. Heduigis Reginule Tabellarius, alteras Nunctius domini Curie Marschalci ex quibus vtrisqz hoc gratissimus intellexi qd Regia Mtas cum vniuersa Augusta domo sua, optima fruatur valetudine, eius enim Mtis salus non secus quam vita mea propria est mihi charißima | Coetera que de aliis rebus mihi D. Vra perscripsit non admodum mihi

iucunda extiterunt, sed tamen illa ego feram animo mode-
rato utque Mgcus dominus Palatinus Rußie frater me-
us frater similiter ferat, quantum in me est persuadere
illi curabo, nam et mihi idem quod .D. Vrae Rme de
rationibus illius videtur, quod ubi tranquillo esse nollet
animo et a regno discedere cogitaret et sibi simul mul-
tum incomodaret et inuidos magnopere faceret consolatos.

Caeterum quod de domino Duce in Prussia .D. Vra Rma
ad me scripsit, hoc me eatenus perturbauit quatenus
Mtem Regiam ob id sollicitam esse intelligam, sed equide
quantum ego iudicio assequi valeo, non est quod in istis
imaginariis suspicionibus et terroribus metui debeat.
hoc enim credibile apud me non est ut lutherani in
perniciem domini Ducis auxiliari Mgco ordinis Theu-
tonicorum debeant. Illud vero nec minimum verissimi-
le, ut propter istius motus et periculi formidinem, pecu-
niam Illtas sua conquirere velit. paulo enim ante
Illtas sua decem milia marcarum prutenicarum a dno
Joanne Verden Proconsule Gdanen mutuo accepit, in
quibus illi Castrum Preroschmargk nescio an admissu
Mtis Regie obligauit, eam tamen pecuniam lancearis
militibus Ill. domino Duci Holsacie sue uxoris in au-
xilium missis distribuit, quem suffici in demortui regis
Dacie locum optat et multum contendit. Quare et hoc qd
nunc de bonorum oppignoracione constituit mihi videtur
hoc ad subleuandas Ducis Holsacie rationes Illtas sua
magis facere, quam quod periculis Ducatus sui habeat
necesse prospicere, sed tamen ego in hoc Mtis Regie
iudicio deffero ut quod ex re sua et dominiorum su-
orum illi melius videbitur facere dignetur.
Habeo .D. Vre Rme gras pro missis presentacionibus

et aliis litteris quas mitti mihi optabam cui vicissim exē:
plum inscripcionis feudi Prussie sicut postulauit mitto
et quod restat me illius amori et beneuolencie fraterne
commendo et foelicem illam esse atqz semper optime sanã
ac incolumem ex animo opto Datū Cracouie xx iiij
Augusti Anno domini M° . D° . xxx iiij

Samuel Maciewski Canonicus Crac.
Bonæ Sphortiæ regine Poloniæ.

Sacra Rlis Mtas domina, domina clementissima. Post
humilem seruitutis mee commendacionem in graciam
Mtis vre Sermē. Cum reddite nuper essent mihi lrē
Mtis vre, egoqz ex illis hanc voluntatem illius et mā:
datum cognouissem, vt et conditiones atqz capitula inter
Mtem Regiam et Illmum dominum in Prussia Ducem
de ratione feudi inita ex Cancellarie libris excipi lrās:
mittiqz illi curarem: et à domino meo Rmo perquire:
rem quo consilio fuerit factum quod Illmo domino Duci
in Prussia Ciuitates et Arces vendere cui velit si Mtas
Regia illas emere noluerit oppignorare sit admissum
ego mandato Mtis vre Sermē et meo simul offitio
satisfaciens, rationem eius Priuilegii concessi non segni:
ter sum sciscitatus, vel Capitulorum predictorum exē:
plum à dominatione sua Rma nomine vre Sermē
Mtis poposci. Ac imprimis quidem D. sua Rma Mtis
vre Sermē voluntate ex litteris meis perspecta, enestī:
gio conditiones transactionis Prutenice Scribe suo redi:
gere

gere in exemplum mandauit, quod ego cum presentibus Mti Vre Sermę mitto / deinde de causis Priuilegii ad vendenda et inpignoranda Ducatus bona Illmo domino in Prussia Duci concessi, sic mihi respondere dignata est: Mtas inquit sua Regmalis non pro meo (vt opinor) merito sed pro sua singulari gratia et honoris mei causa, me cum domino Castellano Crac Schidlouinio defuncto, authorem transactionum Prutenicarum fuisse comemorat. ego tamen qui meę voluntatis sum ipse cō: sciꝰ, quiqꝫ agnosco et cognosco rationes meas, alienum istum honorem mihi assumere ad meqꝫ illum refferre nolo. Mtas enim inquit Regia cuius summa est auto: ritas ~~et~~ preterea pars magna Senatus Regni: deniqꝫ terra: rum Prussię Consiliarii cum Nunciis Ciuitatum con: iuncti, quorum consilia, grauitate et prudentia prestat: toti illi negocio prefuerunt. Cum quibus inquit quod et ipse actionibus interfuerim, id mihi comune est cum om: nibus. Quod verò extra id ad me priuatim referri debeat, nihil est aliud nisi labor, cogitaciones, vigilię, et corporis defatigatio. Cum enim dicit sua Rma D. illo tempore singulas pro se quisqꝫ diceremus in Se: natu sentencias: et illarum summam oporteret om: nium nomine in medio audientium partium proponere: ego inquit solus et prolocutor nomine Mtis Regię totiusqꝫ Senatus, et interpres eorum, quę à mediato: ribus Germanica lingua respondebantur: deniqꝫ ali: enę potius voluntatis, qꝫ proprii consilii mei in om: nibus administer extiti. sustinens diei pondus vbiqꝫ, et ęstum. At quod attinet ad authoritatem, eam omnē Mtas Regia sola cum Illmo domino Duce et suis vtriqꝫ Consiliariis retinebant Neqꝫ tum D. sua Rma actum dicit quicqꝫ temere, sed vt maxime illius temporis

rationes et publica necessitas postulabant, dicit enim illo tempore rem M^tis Regie nimis angustam bellum vero atrox cruentum et difficile fuisse. Quod nisi concordia interceptum extitisset, potuisset magnam hinc reipublice Regni afferre periculum et iacturam. Dominus Dux Preterea, subijciens se Regie M^ti et prouinciam suam alioqui ante liberam, in ius feudi redigens, non id quod M^tas Regia vel Senatus poscebant: sed quod illi videbatur commodum concedebat, et cum in illius potestate erat, hoc vel illud onus in liberam suam prouinciam suscipere. Res enim tunc per compositionem non per iudicium tractabatur: M^tas Regia et Senatus regni id quod ille dabat suscipiebant. Et acceperunt equidem vt D^o. Sua R^ma censet multa et magnopere necessaria et publice vtilia si modo que sunt ab Illmo domino domino Duce promissa seruarentur et prestarentur. Que M^tas V^ra Ser^ma ex descriptis transactionis Capitulis melius cognoscere dignabitur. Cuius ego gratie me et meam humilem seruitutem supplex commendo, dominumque deum precor vt M^tem V^ram Ser^mam longa etate sanam et foelicissimam cum Ser^mis Regibus dominis meis clementissimis seruare dignetur. Dat. Cracouie die ii^a octobris. Anno M^o. D. XXXiiii^o

Sigismundo primo regi Polonie
Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime. Post perpetue servitutis et oracionum mearum in graciam Mtis Vre Sermae humilem commendacionem. Ternas habui hoc tempore à Mte Vra Serma litteras quarum alteris Mtas Vra adventum ad se duorum Procerum ex Moscovia Biel: scen' et Lacen' Ducum, declarare dignata est. causam eorum adventus hanc subiiciens vt Mti Vre omni fide ac di: ligencia sua serviant. Alteris verò de foelici successu Exercitus sui in terra Ducis Moscovie me certiorem facit. Dici non potest quàm magno gaudio et leticia affecit hic omnium animos hec tanta Mtis Vre foelicitas qua dominus deus vti alias sepius ita hoc quod turbulentissimo tempore concedere illi est dignatus. Nam quod adventu horum Procerum et Ducum ad Mtem Vram attinet. non dubito cecidisse illum divinitus propter proferendos fines Imperii, cumulandamque gloriam Mtis Vre Sere. cum enim illis omnia hostis consilia racionesque cognite sint, non dubium est quin et modum benegerende rei mo: strare Mti Vre, grataque obsequia illi prestare ac ite alios ad deficiendum ad Mtem Vram exemplo autho: ritateque sua trahere poterint. Illud quod non minore cu: mulavit nos hic gaudio, quòd Mtas Vra de rebus à suo exercitu foeliciter gestis in Moscovia perscribere dig: nata est, nempe quod is ipse Exercitus terram hostilem

ingressus, vastavit omnia sibi obvia ferro ac incendio
obtentisq3 illic aliquot victoriis cum preda et captivis
rediit salvus ac incolumis, pro qua quidem foelici vi:
ctoria dei optimi maximi beneficio Mti Vre conces:
sa, ego cum toto clero meo divine illus Mti summas
egi gras, missasq3 cum cantico laudis, Te deum lauda:
mus per omnes Ecclias huius urbis solemniter decan:
tari mandavi, quodq3 superest orabo dominum deum ut
hiis tam letis tamq3 foelicibus initiis iucundos atq3
optatos exitus accomodare dignetur, est namq3 mihi
presagiens animus, q Mtas Vra hostem suum Moscw
facili negocio condicionibus astringet suis, arcesq3 ac
terras, aliaq3 omnia à magno Ducatu isto perfidia
illius avulsa cum glorie sue augmento recuperabit
si modo illum bello urgenti persequi et premere per:
severaverit Caeterum dominus Joannes Tharlo
structor mense Mtis Vre Serme, quando petiit à
Mte Vra consensum et facultatem redimendorum bo:
norum Mtis Vre ex manibus domini Martini Miß:
kowski Castellani Velunen: hanc et non aliam tum
condicionem obtulerat, q remissurus et condonaturus
esset Mti Vre duo millia florenorum in moneta ac
centum et undecim marcas pecunie ex summis quas
numeraret et solveret domino Castellano Vielunen
Mtas vero Vra illum in eis duntaxat redimendis bo:
nis à domino Castellano Vielunen ad vitam ipsius
conservare dignaretur. de conservatione vero sui in
Tenuta q3o et Capitaneatu Pilsnen pro quo nunc petit
nulla habita est per illum tunc temporis mencio, neq3
ego tum quicq3 de ea conservatione actum cum Mte Vra
aut commemoratu audivi. Quare Mtas Vra poterit
facere in ea re id quod sibi melius et utilius videbit²

habito respectu ad subditos suos qui à nonnullis Capi:
taneis multis et grauibus iniurijs sepius premuntur,
Quam dominus deus conseruare dignetur in sua grâ
cum suis omnibus quamdiutissime saluam incolumem
atqz foelicem Datꝰ Craconię die ii^a octobris Anó
domini M^o . D^o . XXX iiij

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell
Ioanni Choienski Epo Præmisliensi.

R.ME in Chrô Pr et domine fr et amice charissime ac
honoran. Sublatus est ex humanis in Vigilia festi San:
ctorum Simonis et Iudę Apostolorum, dominus Bartho:
lomeus de Schidlow Officialis meus et Plebanus Eccliẽ
in antiqua Radom, Cuius quidem Ecclesię cum Rma
D^o. Vrã sit patronus et collator, vt Decanus Kielcen:
vterumqz illa non in. D. Vrê Rme sed in Apostolico
Mense vaccauerit, nam inferiores collatores ab ordina:
rijs, quatuor dumtaxat habent Menses ad conferendũ
secundum regulas Cancellarię Apostolicę, conferat ta:
men eam in nomine dei. D^o. Vrã Rma alicui vero
bono et qui circa illam resideret, habeo namqz ego modũ
quo saluabo. D. Vrê Rme collacionem verum opus erit
cito scribere et mittere pro noua prouisione ad Sedem Aplicam.

Cum scriberem non pridem nomine Mtis Regię ad Sedem
Apostolicam litteras, scripseram eas duplicatas, alteras enim
ad Clementem septimum, alteras verò ad eum qui in lo:
cum demortui illius sufficeretur, et quoniam dudum inuul:
gata

hic erat mors Clementis putans ego alium Pontificem ia
pridem etiam Electum fuisse scripseram in eisdem lite:
ris ad eum pertinentibus datam ultima die Octobris
misiqz eas ad Urbem Romam per dominum Ratkowski
Quia vero is modernus Pontifex est declaratus et Electus
in Pontificem XXij aut XXiij octobris non bene
licebit illas cum tam recenti data Sanctitati sue redde:
re Quare scripsi nunc demum alias litteras cum da:
ta posteriore quas ad Rmam . D . vram mitto cum
presentibus, et rogo eam plurimum, curare velit ut per
Mtem Regiam subscribantur, subscriptasqz vra . Do.
Rma per aliquem fidum et sibi notum Nuncium ad
me mox remittat. quo rem gratam mihi faciet
Ego deo sit gracia melius valere iam incipio breviqz do:
mo exire et demum in Kielcze concedere decrevi illicqz
mutato aere, quieti mee indulgere et vires corporis
mei longa egritudine attritas et exhaustas reficere
curabo/ad Conventum vero generalem regni nescio an
ire potero obstante mihi nimia corporis imbecillitate
que magis augeretur si curis aliquibus et laboribus
me nunc onerarem quos me in omnibus regni Conve:
tibus multos et graves ferre et sustinere opportet
atqz ideo non temere videbor facere si eos nunc vix,
ab egritudine erectus declinavero, Nescio quidem qm
bene probabitur hoc meum institutum occulto illi con:
siliario qui non aliud agit et curat quam ut nobis ve:
ris et legittimis Consiliariis ab animo Principis prор:
sus exclusis, omnia ad nutum et prescriptum suum fi:
erent, sed interpretetur ille factum hoc meum ut ut
voluerit mihi certe salutis mee racionem abycere
non licet Bene valeat . D . vra Rma meqz benevo:
lencia sua prosequatur Dat

Petrus Tomic. Eps Cracc. Vicecancell.
Joanni Crupski Cantori Eccl. Sandomiriensis.

Venerabilis frater in Christo charissime. Quando profecti sumus hieme preterita ex Conuentu generali Petricouien. per oppidum Zarnow Cantorie tue Sandomirien. et Pr olim tuus qui tum illic fuerat nos ibidem conuenisset, locutus est nobiscum, quod foret cum magno commodo tuo et Ecclie si tu Suburbium illud quod ab vna parte oppidi illius habent Nobiles de Cyssecze, quodque tenet oppignoratum ab eis dominus Smigielski simul cum oppido ipso haberes: rogaueratque nos tunc temporis: vt perquireremus alicubi, presertim apud Capitulum Sandomirien. de pecunia Ecclesiastica, que in redimendum aut etiam in emendum illud ipsum Suburbium hac lege daretur quod pro ea census annuus conueniens in illo inscriberetur. Cum igitur nos compertum habeamus esse in promptu apud Capitulo Sandomirien. pecuniam in emendum Censum annuum conuenientem destinatam, vellesque non grauatim Capitulum ipsum dare eam, hac lege in redimendum atque etiam emendum Suburbium predictum quod ibidem census annuus conueniens sibi inscribatur, tu vero ad conficiendum hoc negocium non es bene accommodatus: fac vt comittas alicui homini probo ac maturo cum dominisque de Cyssecze familiaritatem habenti, qui cum illis tuo nomine agat, quo faciant tibi potestatem Suburbium predictum a domino Smigielski redimendi id quod

facturos illos non dubitamus modo addatur eis aliquid pecunie vltra id quod numerandum esset domino Smigielski, et postqz domini de Rizicze in redimendum illud à domino Smigielski consenserit, tu id nobis significes . nos vero posthac curabimus vt Capitulum Sandomirien numeret tibi pecuniam quam daturus sis tam domino Smigielski qz eciam ipsis dominis de Risicze quibus vt diximus necesse erit numerare eciam aliquid vltra id quod dominus Smigielski cum redimetur accipere debet, cumqz tu Suburbium ipsum in sumá pecuniaria oppignoratum tibi habueris facilius demum et lenius à dominis de Rizicze emere illud in perpetuum poteris, eritqz melius et tibi et Oppido, quando suburbium illud simul cum oppido ipso obtinebis Preterea adhuc non est solutus integre per te annus gratie per dominum olim Zamoszki antecessorem tuum Ecclesie Collegiate Sandomirien Testamento legatus Quare fac vt citra dilacionem longiorem illum soluas . Decrevit eciam nuper Capitulum Sandomirien contribucionem pro reparanda Ecclesia Collegiata Sandomirien itaqz volumus vt tu qz° racione eiusdem Contribucionis id quod tibi soluendum est sine mora soluas et aliter non facias Bene Vale Datum Crac die ij^a octobris M° . D . xxxiiij°

Petrus Tomic. Eps Cracc. Vicecancell
Joañi de Tanczin Marsalco Curie regie

MAgce domine amice charissime ac honoran. Accepi litteras vre Mgcie quibus primum scribit de suo incolumi reditu in Poloniam deinde adverse valetudini mee condolet, et foelicem longamqz vitam mihi precatur quod D. vre officium et summa in me propensio, est mihi perqz gratissima, conaboqz illam vre Mgcie omni studio et gratifficatione mea semper referre. Ego post longam et gravem egritudinem meam valeo quidem nunc paulo melius, adhuc tamen ab illa liber plane esse nequeo, spero autem q deinceps pristinas vires longa egritudine consumptas recuperabo
Quod vero scripsit mihi Vra Mgcia comissum esse sibi à Regia et Rli Mtibus mecum nonnihil conferre: idipsum ego ex litteris suarum Mtatum ad me datis abunde intellexi, libensqz obibo munus à suis Mtibus mihi iniunctum ita ut nihil opere et diligencie mee in eo pretermissum esse videatur. Bene valeat Vra Mgcia meqz benevolencia sua prosequatur Datum Craconie die VIa octobris Anno Mo. D. XXXIIIIo

Tomicius Eps. Luce a Gorca Castello Posnan
Et Capitaneo maioris Polo generali

Magce domine, domine et frater honorandissime Magnas ago et habeo gracias Vre Mgcie quod me per servitorem suum dominum Casparum Caczkowski in hac tristi et valde longa egritudine mea visere omniaque fausta ac foelicia mihi precari dignata est curaboque illi hac eius erga me pietatem et benevolenciam omni studio ac facultate mea semper referre. Que autem Vra Mgcia eidem servitori suo Caczkowski meorum verbis agenda comiserat in hiis ipse vicissim plenam relacionem omnium ex me auditorum illi faciet. Me amori fraterno Vre Mgcie ex animo commendo valereque illam diu salvam atque felicem vehementer desiderio. Dat.

Petrus Tomieski Eps Cracc. Vicecancell.
Andreae de Gorca Castello Calissiensi.

Magce domine Nepos charissime. Dominus Caspar Caczkowski inuisit me et salutauit nomine ac verbis Vre. D. Quod eius officium vt est mihi perquam gratum, ita curabo illud vicissim amore et beneuolencia mea ei semper referre. Peccuniam quam Vre. D. ad eius necessitatem mutuam dederam idem Caczkowski indicauit apud Mercatores per me recipiendam quam illi qz certificarunt iam se domino Doctori Borek mihi numeratuicos et proinde remitto per dominum Caczkowski Syngraphas Vre. D. Cupioqz illam valere saluam semper ac foelicem Dat

Petr. Tomic. Eps Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Poloniae.

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime, Post perpetue seruitutis et oracionum mearum in gram Mtis Vre Serme humilem comendacionem. Nobilis Iacobus Russieczki refferet ademptas esse sibi per Capitaneos seu officiales Mtis Vre Halicien et rohatinen Villas Mtis Vre Nastanczisno ad Rohatin: Nowosiedlce, Tuczampi et Chrostowicze ad Halicz spectan: quas ipse tenuit hactenus pacifice ex predecessoribus suis, in pecuniarum

sumis oppignoratas Quoniam vero illi causantur se ea ademptionem villarum ipsarum mandato Mtis Vre fecisse vadit ipse ad Mtem vram Sermam cum litteris id coram illa comprobaturus q prefate Ville nisi solutis sibi prius pecuniarum sumis in eis inscriptis adimi sibi Iure non possint. supplico Mti Vre Sermę dignetur conspectis ipsis eius litteris vel villas ei rursus applicari vel summas pecuniarias in illis inscriptas numerari et solui ei mandare, ne pauper Nobilis et subditus Mtis Vre iniuria aliqua et grauamine affectus esse videatur. Quo officium iustissimo Principe dignum remq3 clementię et excelse virtuti sue congruentem faciet Mtas Vra Serma Cui me iterum supplex commendo, et quam dominus deus in sua gracia quamdiutissime conseruet foelicem ac semper incolumem. Dat.

Petrus Tomic. Eps Cracovien. vicecancell.
Georgio Radiuilo Castello vilnensi exercituu Magni ducatus Litua. capito generali.

MAgce domine amice charissime ac honoran. Profecturus isthuc in Lithuaniam is filius domini Swiakowski Iudicis Castri Cracovien, me conuenit, simulq3 animum et deliberacionem suam hanc esse sibi declarauit vt se Vre Mgcię seruicio addiceret, rogans vna cum Patre suo, vt darem ei ad vram Mgciam litteras meas commendatrices, quarum adminiculo se voto hoc suo facilius potiturum fore credere visus est. Itaq3 comendo eum Vre Mgcię, et rogo illa plurimum suscipere et adscribere eum velit numero seruitorum suorum, qui vt militari animo preditus est, in miliciaq3

liciaqz quam multos annos obivit in Russia et Podolia mul:
tisqz vicibus talia experimenta sui dedit ut bonum no:
men et Nobili Polono dignum inde reflexat. ita poterit esse
usui vrē Mgciē, valebitqz eciam ad obeunda munera mi:
litaria in quibus tantum est exercitatus. ut vel Turma
militum quam nos Rotha dicimus ducanda comitti ei pos:
set. et proinde erit mihi res longè gratissima si illum Ma:
gnificencia vrā suscipere dignabitur. Valeat foelix et
optime incolumis vrā Mgcia meqz veteri illa beniuole:
cia et amicitia sua prosequatur Dat.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Nicolao Cola de Dalegiow Castel. Halicien:
et militum mercenariorū in Russia Duci
ac praefecto.
Et Stanislao Sieniensk.

Generosi domini amici charissimi. Post discessum Mgcī domini
olim Othe de Chodecz Palatini Crac Auunculi D. vrarū
commendaueramus Sorori sue dominē Castellanē Sandecen
Iheronimum de Cracouia illius servitorem et rogaueramus
illam ut servitutis eius prefato domino Palatino per plures
annos exhibite. bonam haberet racionem, eumqz ita expe:
diret quemadmodū expediri licet talem servitorem qui ut
videbatur domino suo caeteris dexterior solertior et ad ser:
uiendum expedicior, ita ad munia servitutis prestanda ap:
plicabatur per illum frequencior. Quoniam vero nunciatū
est nobis prefatam Castellanam Sandecen proximis hisce
diebus è vita excessisse: necdum familiam domini olim Pa:
latini fris sui expediuisse, rogamus. D. vras, velint ipsū
Iheronimū de Cracouia, et officiis beneuolencie sue com:
prehendere, et pro servitute ipsius ita liberaliter expedire,

vt non peniteat illum domini dominorum de Chodecz sedulo et fideliter seruiuisse, cognoscatque se fructum ex hac quoque commendacione mea percepisse. Quidquid autem beneficientie sue D. V̄re in eum collocauerint id nos et gratissimo animo feremus et officiis amicicie gratificationeque mea illis referemus Valeant et sint foelices D. V̄re Dat

Petr. Tomic. Eps Cracc. Vicecancell
Jacobo de Buczacz Epo Chelmensi

RME in Chro Pr et domine frater et amice charissime ac honorand. Venit ad me Nepos D. V̄re Rme Joannes Crupski Decanus Leopolien et Cantor Sandomirien qui attulit et reddidit mihi a V̄ra Rma litteras quibus bonam valetudinem per me recuperatam mihi gratulatur, simulque significat decessum meum isthic inuulgatum iam fuisse sed per dominum Plechowski ex opinione hominum demum explosum eum esse: Gratissimum est mihi hoc gratulandi offitium quo Rma D. V̄ra pro suo in me studio et affectu me est prosecuta, curaboque illi vicissim hanc eius in me propensionem beneuolencia et gratifficacione mea semper refferre.

Quod autem scribit D. V̄ra Rma eius Generum dominum olim Georgium Crupski Pallatinum Belzen liberos suos, Nepotes D. V̄re Rme ex Sorore, non parua iniuria per hoc affecisse, quod vxori sue ad eius vitam bona inscripsisset, postulatque a me D. V̄ra Rma vt ipsis eius Nepotibus ope patrocinioque meo non deessem quo ab

hac ipsa iniuria per disposicionem patris eorum irrogata le:
nari possent, ego vero in ea sum sentencia quod dominus olim
Palatinus Belzen. vivens iure disponere potuit de bonis quo:
rum erat dominus, existimoque esse modestie ac observancie
eius liberorum ut non innitent nec retractent quicquam, quod
per illum est ordinatum. quin decet eos rata et grata ha:
bere omnia per illum acta et constituta. sed neque mihi co:
uenit ut aliquid agam in hac re cum domina Palatina
Belzen., cum qua nulla mihi intercedit noticia. Quod si D.
Vra Rema agere, ceterique amici et cognati Nepotum eius
prefatorum agere voluerint cum illa quicpiam, super eo
negocio, id ego voluntati atque arbitrio D. Vre Reme et
illorum relinquo.

Ceterum significatum est mihi Rmam D. Vram bona
sua hereditaria Podhayce et Lithwinow domino Castel:
lano Voynicen. vendidisse que res non potest non cedere
mihi in magnam admiracionem. prestabat namque meo iudi:
cio ut Rma D. Vra bona hec a consanguineis suis non
alienasset sed eis illa conservasset quandoquidem a multis
sepe factitatum viderim ut bona sua ne a familia sua
alienarentur, hominibus eciam nulla sanguinis necessitu:
dine sese attingentibus post decessum suum possidenda ap:
plicarent. Vra autem D. Rma omni cura suorum post:
habita. bona sua in domum alienam hac eorum vendicione
traduxit. Non obiurgo D. Vram Rmam ex hoc facto
ipsius, sed solum significo illi non admodum mihi factum
eius probari, audio quidem D. Vram Rmam pecu:
niam pro bonis ipsis numeratam in usum Ecclie sue des:
tinasse sed vero longe melius et sanctius esset illam in
viva templa consanguineos scilicet suos collocare quam
muris et parietibus templi expensam ferre.

Cum venerit huc Syrca adolescens, qui Rmam D. Vram

Nicolao Volski Magistro Curie regine Bone

Vendidit autem Bona sua suprascripta: ampla ac fructuosa, parvo precio
eidem Mgro Curie reginalis. ut eo agente et sollicitante posset pervenire ad Epatum
Ploczensem. Regine dedit pecuniam pro bonis venditis acceptam. postea vero factus
Eps Plocen: singulis annis dum vixit dabat per mille florenos: pensionem annuam regine.
Erant tum nundinae ac mercatus Epatuum. Regi vero idem Eps promiserat
omnem Abacum suam argenteam: post mortem in Epatu Plocen. secutam. Sed
fefellit. Nam mortuo Epo ad regem nil pervenit. quod Abaci erat: per quosdam
consanguineos distractum erat.

eiusqz Sacerdotes iniuria afficit ego audita vtraqz parte
dispecto rei negocio poenam de illo iustam et legittima
sumere non pretermittam Valeat foelix et incolumis
D. Vra Rma meqz beneuolencia sua prosequa:
tur Datum Craconie die xv^a octobris Anno
domini M^o. D^o. xxxiiij^o.

Tomiczki Eps
Iacobo Vchanski Canco Chelmen

VEnerabilis domine frater in Chro dilecte Quando retu:
lerat nobis seruitor noster Venerabilis Albertus
Kierski, se rogasse te, vt illi vota colligeres apud ami:
cos tuos patronos Ecclesie Parrochialis in antiqua
Brzesko vacantis, nos tametsi tum de fide et integrita:
te tua nihil plane dubitaueximus, complurimibus tame
exemplis edocti res humanas vbi de fortunis agitur
solere esse lubricas et mutabiles, scripseramus ad
te litteras meas vt te in fide seruitoris mei contine:
remus ne scilicet ea vota que pro illo per te quererê:
tur in alios presentatos conferres, quod metuere
tum demum de te desiimus, dum vidimus lras tuas
ad seruitorem meum Kierski scriptas, quibus illi
fidei et candoris in eum tui argumentum prebuisti.
eas nos ad Magcum D. Io. de Tarnow Palatinum Podolie misimus.
Nunc autem non sine summa admiracione litteras
tuas scriptas ad nos legimus, quippe ex quibus compe:
rimus nedum te mutatum esse votaqz seruitori nostro

promissa non solum retinere te, sed eciam eas voces quas ille apud Mgcum dominum Palatinum Podolie et Nobiles de Mosgana intercessione nrã et magna cura sua iam consecutus est impetrare velle aut iam impetrasse ad Ecclesiamqz in Brzesko obtinendam summo studio contendere quod nos vehementer perturbato ferimus animo, et faueremus nos quidem vt tu Ecclesiam predictam in Brzesko obtinere posses, cum propter virtutem tuam, tum quia scimus te tenues adhuc fortunas habere, verum quia non putamus te suffragiis patronorum tuorum consequi illa posse, cum patroni ipsi sint inter se dissidentes, facies nobis rem admodum gratam, si Jus tuum seruitori nrõ Alberto Kiewski fauere volueris, qui si tuo Jure Ecclesiam predictam consecutus fuerit non erit ingratus tue erga se humanitatis, et recompensare illam curabit, ita prout nos decreuerimus, de qua re lacius significabimus per Notarium nrm quem ilico post hec festa ad dominum Palatinum Podolie et ad te mittemus Bene Vale Dat

Tomicski Eps C.
Simoni de Calissz Causarum Procuratori.

Honorabilis domine frater in Chrõ dilecte. Presentatus est ad Ecclesiam Parrochialem in antiqua Brzesko Venerabilis Albertus Kiewski seruitor nr, cui eciam et dominus Vchanski Canonicus Chelmen voces et suffragia à certis patronis eiusdem Ecclesie sibi quesita et conciliata libere concessit, et quoniam presentati sunt eqz ad predictam Ecclesiam alii nonnulli, qui haud dubie seruitori nrõ litem intentare pro illa curabunt, vos

vero uti edocti sumus periciam Iuris patronatus eiusdem Ecclesie et forte eciam munimenta illius aliqua habetis, quippe qui olim in procuranda illius actione vexati fueritis, postulamus a vobis, ut quicquid opis consiliique vri in negocio dicte Ecclesie prestari a vobis potest, id totum in causam servitoris mei collocare velitis, ac eandem illius causam sive vos ipsi in Iure meo agatis, cum sitis eciam per servitorem Procurator inter alios constitutus, sive Magistrum Andream de Vrzandow quociensc[um]que et ubicunque fuerit necessarium instituatis et dirigatis, quo pacto in tractanda et agenda illa gerere se debeat. Quo facietis nobis rem omnium gratissimam. Quam vobis vicissim offerente se occasione beneficencia mea referemus, Servitor autem meus, officiis erga vos suis pensare curabit. Bene valete. Datum in Kielcze die xix Decembris Anno M°. D°. XXXV°.

Petrus Tomieski Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni de Tarnow Palat° Russie.

MAgce domine frater et consanguinee charissime ac honoran. Cum nuper huc ad me venisset Claiski Scriba Militum ere publico militantium, exhibuissetque mihi earum litterarum exemplum quas de Tartarorum incursione metuenda D°s Chorazic ad dominum Castellanum Halicien scripserat in magnam me adduxerat admirationem, quod formido hec de irruptione Tartarica tempore hoc importuno fuerit in vulgus sparsa, verum

+ Sieniavski

cum ex litteris Mgcie Vre id de illorum facto ita cognoui
non amplius miror, sed doleo istos lupos famelicos disce:
re iam in meos, temporibus incongruis rapine studio
prosilire. Sed cum deus nobiscum quis contra nos. Val:
de enim clementer dominus deus agit nobiscum cum paruis
presidiis, prouisos, incautos opprimi non patiantur.
De Mgcia Vra que se à Rußia procul exclusam scribit
nescio quod nunc dicam. hoc tantum dico quod animum
bonum in re mala obtinere dimidium est mali. presertim,
cum prolixa sit rerum mutandarum occasio et cum ide,
qui exclusit potestatem reuocandi habeat. Sperandum
equidem est nobis viuis omnia in melius casura. pre:
sertim si nos nobis ipsis non deerimus. Non possum enim
non multum laudare istam Mgcie Vre in rebus publi:
cis vigilantiam que quandocumque de aliquo motu vel
pauore ab hostibus excitato nuncium accipit ipsa exerc:
rcere in subsidium non grauatur. hac re enim nihil
dubito illam et Mtis Regie gram et regnicolarum fa:
uorem sibi conciliaturam fore. Scriberem plura Mgcie
Vre et de domesticis et de externis que nunc aguntur re:
bus. sed cum istuc mittam ad illam Dnm Macziejowski Ca:
nonicum, per illum malo que scribere debeam nunciare.
Interim me amori et beneuolencie fraterne Mgcie Vre
commendo. quam vt Christus dominus in longa vita et
affluenti foelicitate seruare sibi et nobis amicis digne:
tur, ex animo opto. Datum Cracouie iij Nouembris
Anno domini M° D° XXX iiij

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Premisliensi.

R.ME in Chro Pr et domine frater et amice charissime ac honorand Quanta fuerit Stanislaum Hosium servitorem meum gratia complexus. Rmus dominus Conarski Cracomen olim Epus, qui me suum in locum ipse subrogavit, puto. D. Vram Rmam non ignorare, ego quo perspecta eius, tum in illius mei antecessoris, tum in meis etiam Nepotibus erudiendis, fide et diligencia minime vulgari, non putavi mihi comittendum, vt maiore in eum liberalitate et beneficentia, quam ego, antecessor meus vsus videretur, Itaqz et duobus eum auxi Sacerdotiis, que non honori minus qz vtilitati ei esse possunt et cum viderem incredibili visende Italie cupiditate ardere, tante eius et tam honeste voluntati deesse nolui, quin ipse eum sumptu ibi meo alui, atqz illius esse arbitrii volui quoad vellet ibi vt maneret, cu vero patrie se desyderio teneri mihi significasset vt instam sibi apud me et clementem esse servitutem intelligeret facile passus sum voti sui eum compotem fieri redeuntem illustri cum gratia excepi, cumqz id vehementer cupere intelligerem, non solum proficiscendi ad parentes suos potestatem illi dedi, verum eciam omnia, que ad iter hoc conficiendum essent necessaria liberaliter suppeditavi, Mirabitur fortasse Vra. Rma. D. quorsu hec tam longe repetita pertineant: vt intelligat, quo maiora

iora in eum beneficia contuli eo mihi res eius curę eße ma:
iori, Nam vt Pictores et preclari artiffices opera sua pau:
lo maiore diligencia fabricata valde diligere dicuntur et
amare, ita nos eos quos multis beneficiis ornauimus peri:
de atque opera aliqua vrá meis manibus fabricata charos
inprimis habere solemus, fecerit itaque mihi Vrá Rma
D. rem longe gratißimam, atque omnibus meis vicißim of:
ficiis referendam, si gratia sua et autoritate in omnibus
aut eius aut paternis negociis primo quoque tempore expedi:
endis, diligenter eum adiuuerit, Vnum autem habet pre:
cipuę negocium, de quo ipse dominacionem Vrám Rmam certi:
orem faciet, in quo semotis omnibus arbitris ne res diuul:
getur non vulgari gratia et beneuolencia D. Vrę Rme
indiget quam vt ei impertiri dignetur vehementer oro
atque negocia eius omnia ita Rme D. Vrę commen:
do vt maiore studio magisque ex animo commendare nó
possim. hoc inprimis vt curet queso ne qua mora nego:
ciis eius expediendis afferatur vt ad nos primo quoque tem:
pore ex animi sui sentencia, rebus suis omnibus confectis
redire possit. faciet Vrá Rma D. rem et virtute sua
et amore nostro ac beneuolencia dignam quam ego illi vi:
cißim omni studio et officiis amicicię referre per omné
occasionem curabo. dominus deus seruet quam diutißime
Vrám Rmam D. sospitem et foelicem. Cuius fraternę
beneuolencię me ex animo commendo Datum Cracouię
XVIII Septembris Anno M°. D°. XXXIIII°

Stanislaus Hosius vtriusq; iuris Doctor.
Petro Tomicio Epo Crac. R. P. Vicecancell.

RME in Chro Pr et domine, domine clementissime.
Post humilem seruitutis mee comendacionem. Et lras
R. D. Vre Mti Regie reddidi, et responsum postri:
die tuli, sed non eiusmodi quale vel sperabam vel
optabam, visa est enim Regie Mtis voluntas vehemē:
ter ab eo abhorrere quenq; in viui parentis locum
vt sufficeret vbi is vita functus esset, quod vtinam
non ita cito contingat, tum se qua de re peteretur deli:
beraturum dicebat, hec cum à Rmo domino Premi:
slien dicta mihi essent, fui sanè quàm conturbatus, sed
ab eodem postea in bonam spem erectus sum, fortaße
Regibus is mos est prius vt ambientes sperando atq;
expectando enecari velint, deinde vbi iam mortuos vi:
derint, tum si ita visum eis sit, exoriri paulatim et
quasi reuiniscere eos patiatur, hunc morem laudet lice:
bit qui volet: mihi certè maiori laude digna videtur
R. D. Vre consuetudo, que ne locum quidem am:
bitioni relinquit, sed si benigne alicui factum aut
auctum aliquem vult et honestatum, prius id ei con:
fectum dare solita est, quàm vel optare id ei in mē:
tem venit. talia beneficia et diuina mihi videntur,
et eius generis: in sempiternum vt tempus deuinctum
hominem reddere queant et obligatum, sed qui longa ex:
pectacione suspensum ambientis animum tenet, is que

donare postea dicitur, non paruo mihi vendere videtur, nisi forte hoc eum mouet prouerbium, quo putere dicuntur Merces vltroneæ sed ego illud, vt multo celebratius, ita nō paulò verius existimo, Bis dat qui cito dat. Neqꝫ miror adeo, si non desint homines, qui cum tantum esse negocii videant et difficultatis in precario aliquid obtinendo, emere potius in animum inducant id quod vehementer cupiunt qꝫ rogare, sed mihi deus omnia prius eripiat, quàm hoc meum Iudicium, quo ego vel in extrema paupertate vitam degere satius duco, quàm iis rebus pugnare, quibus omnia Castella expugnari posse Philippus dicebat, in quæ modo asellus auro onustus ingredi posset. cum et hoc deum precor, animum vt meum ab omni deinceps ambitione liberum esse velit: credi enim vix potest quantopere hæc me cura sollicitum habeat, non tam hercule quod fortunas fris hac dignitatis accessione valde augeri posse putem, sunt enim vectigalia huius officii opinione mea tenuiora, vt nonnihil verendum sit, ne patrimonii qꝫ iacturam faciat frater, si velit ex dignitate gerere, Non tanta itaqꝫ locupletandi fris cura angebar, quàm quòd paternum vt nomen retinere possit, quo passim ab omnibus iam fere appellatur, id mirandum in modum cupio. deinde vero videtur mihi neqꝫ ipse, neqꝫ bona et possessiones paternæ, quibus iam pleriqꝫ inhiant, ita cuiusuis iniuriæ futuræ oportunæ si hoc apud Regiam Mtem frater officio fungi possit. hoc est vnum et solum propomodum commodum et emolumentum, quod ex eo percipi queat. Sum adhuc in bona spe fore nos voti nostri compotes. dixit mihi Rmus dominus Premislien qui egregia quadam voluntatis inclinatione in me propendet atqꝫ ex animo nos adiutos cupit, se non putare, vt preces R. D. Vræ apud Mtem Regiam id quod merentur pondus habiturae non sint. Quare bene me sperare iussit. quiescendum

esse paululum, deinde ad intermissam peticionem redeundu. Utcunque res ceciderit, mihi quidem ferendum erit eo aio quo potero, sed R^me D^ni V. quicunque sit peticionis exitus futurus, sempiterno tempore plurimum debitori sumus omnes, que tam promptam attulit ad iuuandum et ornandum fratrem meum voluntatem. Precamur omnes Christum Jesum vere salutis autorem, ut R. D. V. dominum et benefactorem meum clementissimum in plures annos saluam seruet atque incolumem. Cuius nos solite gratie atque clementie, ea qua summa possumus animorum nostrorum demissione commendamus. Vilne pridie Simonis et Jude Anno domini M° D° XXXiiij

Schedula ad d. epm Choienski

R^me. Prelati et Canonici Ecclesie mee magna afficiuntur contumelia a domino Romolinski Notario terre Syradien. qui violenter et sine ullo Jure occuppat quedam illorum loca ab immemorabili tempore possessa et flumine a bonis Zirominn separata, que ille nuper nescio quo Jure quesiuit. qua de re enim Prelati ipsi et Canonici Ecclesie mee sint solliciti et dominus Maczieiowski bonorum illorum presidens, honoris D. V^re causa in cuius officiis versari dominum Romolinski cognoscit, resistere illi per tumultum abstinet. D. V^ram R^mam plurimum rogo: contineere velit dominum Romolinski ne tam inpotenter infestet ... Prelatos et Canonicos Ecclesie mee qui alioqui si D. V^re R^me rationem non haberent, illius iniurias cum dignitate sua excutere possent et sp poterunt

Borek ~~Dorek~~ etozi et Samuel Macieowski Canci
· Capitulo ~~Craccouiensi~~ Sandomiriensi.

Rndi domini confratres nri maiores honorandi. Acceptis
litteris D. Vrarum quibus negocii cum Mansionariis acti
rationem nobis exponunt, percontati sumus mentem et con:
silium Rmi domini nri quo potissimum tempore D.
vras cum istius Ecclesie Mansionariis ad se malit acce:
dere et sane Dni sue Rme non videtur ut D. Vre
Craconiam veniant qm et illius D. Rma breui hinc disce:
dit recto in Kielcze iter factura et ibi moratura. Qua:
obrem mea sententia commodius factu videtur, ut D.
Vre in Kielcze veniant partim ob loci propinquitatem
partim vero quod tum iam in valetudine dominus Rmus
erit confirmatior, non veniant tamen prius quam dominus
Maczieiowski ex generali Conventione Piotrconien re:
dierit de quo reditu vel ipse D. Vras certiores faciet
vel quicumque alius facile tum enim id erit factum illos
edocebit, cuperemus enim nos pro bono istius Eccle
meliorem quam possumus prestare operam et D. Vrarum
voluntati et saluberrimis consiliis pro debito nro
inservire Quibus nos ex corde commendamus, et ut re:
cte valeant simulque foelices omnes optamus Dat

Tomicius Epo Choiensi

RME in Chro Pr etc. Joannes Clonowski servitor quo:
:dam gratus domini Laski Archiepi defuncti, prepositus
erat curandis negociis et percipiendis proventibus
Capitanei Siradien. Is nunc cum a domino suo in red:
denda ratione se gravatum senciat ad Regiam Mtem
pro auxilio confugere decrevit, sperans eadem mea co:
mendacione apud D. Vram Rmam se fore gratio:
rem, literas pntes amicorum suorum opera a me depre:
catus est, quibus illum commendo D. Vre Rme et
rogo vt hominem probum et eius Regni vtcumqz mo:
pem Nobilem suo consilio et patrocinio sublevare apud
Mtem Regiam velit, quo rem piam et mihi gratam
Do. Vra Rma prestabit. Cuius me amori et bene:
volencie vt soleo commendo et sanam illam esse atqz
multipliciter foelicem esse ex animo opto Anno doi
Mo . Do. XXXiiij

Petr. Tomic. Eps Cracc. Vicecancell
Seuerino Bonero Zuppario Cracc.

Generose domine, amice charissime. Ego et habeo ma:
gnas gratias D. Vre quod nouarum rerum quas ex
Hungaria recens et de Regis Joannis et de domini Pa:
latini Syradien rationibus accepit, me impartiri et
certiorem facere voluerit. eiusmodi enim sunt vt ex illis
nihil preter bonam spem et consolationem percipi possit.
Id siquidem quod Staynkrecher intis Regie Cubicula:
rius et dominus Succamerarius Crac de Regis Joan:
nis responso retulit, spem optimam mihi facit, de domi:
ni Palatini Siradien celeri et honesta liberatione. In
quo deus omnipotens ei auxiliari pro sua clementia dig:
nabitur. Nos quoque quantum in nobis erit, et votis nun:
cupatis et opera diligenti illi et saluti eius non deeri:
mus pro virili mea. Dehinc autem si quid aliud
scitu dignum illinc emerget cupio ego à D. Vra fieri
certior cui hanc operam referre officiis amicitie et
pari gratificatione curabo.
Quid factum est in negocio seruitoris mei Nicolai Cri:
kowski, plane intellexi, et quòd sit bonis mediis com:
positum, gratus audiui. Cupio vt sit foelix D. Vrá et
diu sospes ac incolumis. Cui me ex animo comendo Datum
in Dobronoda die 5a Decembris Anno 1.5.3.4.

Sigismundus primus Rex Poloniæ.
Ferdinando Ro. Hung. Bohem. regi.

Serme Princeps et domine, frater et Consanguinee noster charissime, ac honorandi. Cum hic postreme Oratorem Mtis Vrae Serme apud nos egisset, Mgcus Sigismundus ab Herberschtain, declaravit nobis quod amantissimis et singularibus beniuolenciae officiis, nos et domus nostrae rationes Mtas Vra Serma prosequatur, nullam scilicet occasionem pretermittens qua vel nobis vel alicui ex liberis nostris, cum dignitate prospici et commodari possit, pro quo humanissimo et liberali affectu, etsi tum ut debuimus magnas verbis egimus Mti Vrae Serme gratias, nunc tamen iterum presentibus literis idem repetimus, non vulgari gratitudine suscipientes, quod Mti Vrae Serme curae sit ut filia nostra natu maior honorifice in Matrimonium collocetur. Dixerat enim nobis ipse Mgcus Sigismundus Mtem Vram Sermam dummodo nos non abnuamus conficere velle ut Illustri domino Friderico Comiti Palatino Rheni et Bavariae Duci desponderi possit. In qua re cum illo tempore non liceret nobis certi aliquid in alterutram partem declarare propter inceptam cum alio Principe sicut erat Mti Vrae cognitum, de eodem Matrimonio tractacionem: responderamus nos post festum Sancti Michaelis quando de primis tractacionis auspiciis resoluti essemus, mentem nostram de ratione istius alterius affinitatis Mti Vrae Serme explicare. Quod tempus

cum iam preterit: et nos nubili iam etati Illme filie vre pro:
uidere cupiamus, ad persuasionem Mtis Vre Sermе quam
a sincero animi erga nos affectu proficisci confidimus, asse:
timur et contenti sumus despondere Illmam dominam Hed:
uigim filiam nram charissimam. Illri domino Friderico
Palatino Rheni predicto, In qua re si commodum videbit[2]
Mti Vre Serme quod reliquum est ita vt cepit ad effe:
ctum perducere, ab illa maiorem in modum rogamus, pa:
terne id primum dispicere velit, sit ne Matrimonium hoc
filie vre futurum nunc et in posterum gratum atqz ho:
norifficu. quo perspecto, curare et efficere vt pro certo tempore
Oratores illius Principis postulatum a nobis filiam et ad con:
cludendum de omnibus Matrimonij futuri condicionibus ad
nos veniant, cum quibus si et Mtas Vra Serma suum mit:
teret aliquem ad nos hominem, eßet hoc nobis mirifice gra:
tum et acceptum, Quod cum nos cognoscemus vt speramus
Mtem Vram amanter et pie quemadmodum cepit promo:
uere, curabimus id vicißim illi nris officiis omniqz studio
et facultate nra ac beneuolenti ad omnia propensione sp
referre. Cuius nos amori et beneuolencie fraterne com:
mendamus, simulqz optamus vt deus omnipotens illam
cum omnibus suis seruet semper foelicißimam ac recte
et quamdiutißime sanam et incolumem. Dat in Kielce
Xa Decembris Anno Mo . Do . XXXiiij

Petrus Tomiczki Eps Crac. R. P. vicecancell.
Sigismundo primo Regi Polonie.

Cum ex multis et gravibus morbis, quibus cum semestri iam temporis spacio conflictatus sum, tandem aliquando divina ope et misericordia recreatus essem, neqz tamen plane omnibus tentacionibus liberatus pristineqz incolumitati restitutus, visum est Medicis quorum consilio utebatur ut recuperandarum virium causa animum meum curis omnibus relaxarem, atqz in solitudines aliquas me conferrem, quo vitam degere possem quietiorem. Qui cum recta mihi consulere visi essent, parendum putavi. ecce autem cum nondum ad eum quo constitueram locum pervenissem, venit ad me Dobronodam Stanislaus Wloschek nuncius unacum lris S. M. Vre que me adeo exhilaraverint, ut earum lectione non mediocriter valetudinem meam allevatam esse intelligerem. nam que una vel maxima pectori meo infixa fuit cura, ut Illma ac integerrima Princeps, omnibus et corporis et animi dotibus ornatissima Sacre Mtis filia primogenita tali tantoqz patre dignissima, aliquem se dignum sponsum reperiret, cui collocari posset, ea me iam liberatum esse videbam, posteaqz ex his certior factus sum Illm domini Joachimi Marchionis Brandeburgen principis Electoris filium, eam sibi in Matrimonium dari cupere. credibile non est quantam ea ex re voluptatem acceperim videtur enim mihi optima Princeps eiusmodi Maritum habitura, cuius eam penitere non possit, quiqz ex illius et S.

M. Vre dignitate sit fulturus. Itaqz nihil facturus eram libentius qz vt mandato Sacre Mtis Vre obtemperarem, atqz ad Sermam Principem Mutelnim hunc nomine S. M. Vre perferrem, atqz eam hortarer vt suam qz voluntatem ad consilium Mtis Vre aggregaret. etsi huius hortacionis indigere minime videtur cum illius voluntas nunqz à mandato M. Vre discrepare sit solita. Sed cum ita casus tulisset vt eo tempore Cracovia abeßem, dolenter id quidem tuli, feci tamen vt Sermam ac clarißimam Principem pro eo atqz S. M. Vra mihi precipere dignata est per litteras diligenter hortarer suum ad id Matrimonium consensum vt accommodaret. Quod superest deum precor vt hoc Matrimonium fortunet et foeliciter ceptum ad exitum perducat foeliciorem. Sacre vero Mti Vre supplico ne duxius id accipiat q hoc tempore Comiciis Regni non intersum Nam animus quidem fuit semper ad obeunda Comicia hec promptissus sed corpus animo vires non perinde suppeditabat. Quare Medicorum consiliis deterrebar, q repentes istos morbos, cuius generis fuit is ex quo laboravi, non alia re qz quiete atqz à curis vacatione curari posse dicerent. Testis esse mihi potest ipsa S. Mtas Vra quam impiger semper fuerim ad omnia et S. M. Vre et regni illius negocia obeunda: sed hoc tempore necessario fuit valetudini serviendu dandaqz opera, vt quod libenter facio, diu facere possim. dominus deus servet Mtem Vram incolumem ac foelicem Ex Kielcze xix^a Decembris Anno 1535

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Luce de Gorca Castell Posnamien. Capitaneo
Maioris Polonie generali.

Magce domine domine et frater honorand. Accepi ante discessum meum de Crac litteras Vre Mgcie quibus mihi perscripsit filium Illris domini Joachimi Marchionis Brandeburgen in animo suo constituisse vt postularet à Mte Regia quo Illma domina Hedwigis Reginula in Matrimonium sibi collocaretur. id quod ego libenter valde audio. Dudumqz namqz Illme domine Hedwigi Reginule seruio, et id omne quod scio illi fore vtile et honorificum pro mea virili procurare studeo. declarauit autem mihi et Mtas Regia per Cubicularium suum hoc idem filii domini Marchionis institutum, et quod ad eam venturi sit ab illo Nunctii pro die festo Purificationis Sancte Marie proximo ad concludendum hoc ipsum Matrimonium, quod etiam dominus Prussie Dux tractando illi interuenit, prout hec Vra Mgcia fusius intelliget, ex Cubiculario sue Mtis ad se ceterosqz dominos misso qui istuc Piotrcouiam veniet. faxit deus vt Connubium hoc foelici omine auspicetur. Ego venire isthuc ad Conuentum generalem regni non possum, quod sentiam nondum esse in me tantum virium quantum necessarium esset ad sustinendos eos labores et curas quas in Conuentibus generalibus Regni obire soleo. proindeqz me ad quietem huc contuli et in ea valetudini mee indulgere aliquantisper constitui. cum enim vires mee longa egritudine valde sint attrite

trile, necesse est, vt reficiantur id quod inter fluctus ne:
gociorum fieri non est possibile. Caeterum comisi domino
Isdbienski meo nonnulla Vrae Mti referre, cui in his
que dicet meo nomine fidem Vra Mtas adhibere velit
valeatqz foelix et incolumis cum suis omnibus Vra Mtas
et me fraterno amore suo prosequatur Datum in Kiel:
cze die. xa Decembris Anno 1534

Petro Tomic. Eps Cracc. Vicecancell
Jacobo de Clepars Doctori Theologo
Collegiato.

VEnerabilis domine frater in Chro charissime. Fuit hic
apud nos Cubicularius Regie Mtis qui attulit nobis
iocundum et optatum Nuncium in negocio Connubii Illme
domine Hedwigis, venturos namqz esse ad Mtem suam
Regiam pro die festo Purificationis Sancte Marie pro:
ximo Oratores ab Illmo domino Joachimo Marchione
Brandeburgen Sacri Romani Imperii Electore, postu:
latum, vt eam, filio illius in Matrimonium collocare dig:
naretur, cui rei Mtas sua Regia iam assensit, comise:
ratqz nobis per eum ipsum Cubicularium suum, si quid
reperisset nos istic Crac, vt illius. D. Illmam de hac re
certiorem faceremus, absentibus vero nobis referat eam
Illme D. sue dominus Zupparius. Scribimus tamen
nos quoqz breves ad eius Illmam. D. de hoc litteras, postula:
musqz a vobis, vt eas Illme. D. si id optaverit perlegatis
exponatisqz illi meo nomine quod probatur nobis plurimum
vt filio tanti Principis nubat. certo namqz nobis per:
suademus hoc Matrimonium futurum esse. D. sue Illme

et vniverso regno laudabile et honorificum Et proinde rogetis Illmam . D . Suam vt huic voluntati charissimi Patris sui non reluctetur . sed se illi morigeram & obsequentissimam exhibeat . Quo faciet rem clarissima Principe et obsequentissima filia dignam et domino deo valde acceptam . Bene valete Dat in Dobro: voda die . 5.a Decembris Anno 1534 .

Primus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Heduigi virgini reginulae Poloniae .

NAiasmieischa Crolewno panno mnie miloscziva po zaleczeniv sluzbi i modlithwi moiei vlaska . V . M . Andrzeiek slu: zebnik . V . M . przijechawschi tu domme oznaimil mi iesth zan: dosc i roskazanie . V . M . ktore tesch xiandz Doctor Chieparz listem swim mnie iesth napissal, ia radem to wschitko uczi: nil czo mi . V . Mc . vskazac raczila, i spißalem listi iakie: bi . V . M . miala roskazac pißac od siebie Crolowi iego Mci y xiandzu Biskupovi Przemisskiemu ktore . V . M . possilam . Sam tesch pissac banda Crolovi iego Mci abi V . M . tak vidac raczil, iako bi to Malzenstwo bilo zecz: czia à wielika slava iego Croliewskiei Mci à pozitkiem i dobrim . V . M . i wschitkiego Crolesthwa iakosch wtim niepochibnia isch iego Crolewska Mc to wschitko obaczic raczi czego iesth potrzeba y gdzie mevida ieo Crolewska Mc iedno tam gdzie bendzie dobrze . Ja tesch wiem isch tam gdzie iego Crolewska Mc raczil vmislic vidacz Wascha Milosc bandzie dobrze i poczcziwie a slawnie i iego Cro: liewskiei Mci . V . M . iedno V . Mci . zato pilnie proscha abi V . Mc . to wschistko wdziacznie przijmovac i czinicz

raczila czo iesth wola y rada iego Crolewskiei Mci, à izbi
v. M. voliæ swæ z voliæ iego. Cro: Mci zgodzic à vedlie
iei postamporac raczila. bo iego Cro: Mc wolei rzeczi tak
wielkiei ktora siæ v. Mci doticze dalibog siæ nieomili.
xiandz Biskup Przemislski dotika tego wliszczie swim
ktori ku v. Mci pissal, iakobi v. M. niewdziaczmie
przÿimovac raczila, tego czo Crol iego. Mc. przed tim
ku dobremu v. Mci. i swemu iednac à czinic raczil, a:
przeto abi iego Crolewska Mc niepoznal izbi v. M. ch:
cziala siæ przecziwic wolei iego. C. Mci albo wiænczei
chczietz rozumiec misli iego Cro: Mc obmislac i rozu:
miecz raczi, prosebæ v M., abi v M raczila poddacz vo:
liæ swæ pod voliæ i zdanie iego. C. M. i wmiczim siæ ie°
Crolewskiei Mci nieprzecziwic bo chutnie racz, temu v. M.
wierzic isczi iego. C. Mc. vaschæ Mc nieomili ani zawie:
dzie Stim daisch pan bog abi v. M. ~~abi v Mc~~. dobrze
zdrova à wessola bila a nawschitkiem siæ tak miala
iako v. Mc. v iego swiantei milosczi zandac raczisch. Ja
podrugie porueczam slusbi i modlithwi swe wlaskæ
v. M. Dan

Hedwigis Regnula filia
Sigismundo regi Polo[e] patri

Naiasnieischi Crolu panie a panie mnie miloscziwi po zalie czeniu slusbi i modlithwi moiei wlaska V. C. M. wielikimi dziankami dziankuia. V. Crolewskiei Mci memu miloscziwemu panu i oiczu isch mia V. Crolewska Mc nawiedzic poslem i listhem swim raczil i wischowac mi zdrowia y wschego dobrego. Ja ta tak wielka laska zaslugowac cheza wieczmie V. M. wedlie nawischei mosnosczi moiei i pana boga proszic cheza abi V. C. M. wdobrim zdrowiu a sczasznem panowaniu na dlugie czaszi zachowac raczil ku oszobnemu memu pocziescheniu. Oznaimil mi iesth pan Zarnowski (Bonar Castell. Zarnowien) wolia y roskazanie waschei C. M. bo wisch bil wiachal s Cracowa xiandz Biskup Crakowski kiedi ten Comornik V. M. tu przuachal wloschek i tilie ilie semnie iesth, cheza werschitkiem doszic czinic wolei waschei C. M. a iei sia nijwczim nieprzecziwic bo rozumiem temu dobrze isz wascha C. M. moi miloscziwi pan yocziec raczisch obmislac swoie i moie tesch dobre i poczciwe, aisch wascha C. M. mieraczil mnie zapomniec a tak dalieko bandac od nas raczil wascha C. M. laskawie a miloscziwie radzic o stan moi stego tesch V. C. M. wiszocze dziankuia, i odslugowac tak szrodkobliwa laska V. C. M. cheza pokim nadaliei ziwa, iako powolna sluga i dziewka V. C. M. mego miloscziwego pana, panie Christe rac wascha C. M. zachowacz wdlugim

gim à gruntownim zdrowiu, i w wielikiem szczesczju, w ktorego lasce sia pokornie porucżam

Hedwigis Reginula Poloniae
Ioanni Choienski Epo Praemislien

Xianze mili Biskupie wdziaczna nam iesth przikłonnosc ÿ przÿiasn . t . M . ktora nam . t . M . okazuiesch iako wginich rzeczach tako i wtei ktora Crol iego Mc pan i Oczjec nasch miloscziwi nam przes Comornika swego Stanislava Wloschka wskazac raczil, ÿ chczemi ta dobra wolia . t . m . oddzialawac i nagradzac wedlie moznosczi naschei, alie proßimi . t . M . abi t . m . Crola ie° M . pana i oicza na- schego miloscziwego, ktemu wiodl rada swa ÿ przikłanial abi iego Cro: Mc raczil laskawie à miloscziwie obmisliac nasche dobre, à tak nas wmalzensthwo swiante widac iakobi iego . C . M . mial stego oßobna czesc à chwala ÿ pocziesche nie amÿ mogli iego . C . M . zato dziankovac ÿ pana boga za iego . C . Mc proßic iakos to zawzdi pil- nie czÿniemi

Mÿ xianze mili Biskupie niweczim sia nieprzeczziwimi ani przeczziwic chczemi volei i zdaniu ie° . C . M . bo roznmiemi temu dobrze isch ie° . C . Mc . raczi obmislac slava swoia Crolewska à przitim tesch dobre nasche i Crolesthwa swe° bo iako sia wginich rzeczach wielkich à vaznich iego . C^{ba} M . omilac nieraczi, tak i wtei naschei dalibog sia nieomili, Stim daisch pan bog abi . t . M . bil dobrze zdrow à nawschitkiem sia dobrze mial   Dan

Petrus Tomic. Eps, Vicecancell.
Sto Borek Canco Crac. wladario.

VEnerabilis domine frater in Chro charissime. Audimus multos ex his dominis qui sunt in Conventu Piotrconien ad nos huc visendi causa velle descendere quod si ita contiget pro quiete et ocio quod querebamus magnam hic nos ut opinamur molestiam et magnitudinem sustinere oportebit. Relatione domini Georgii Miskowski Cancellarii mei accepimus, quod in negocio Coadiutorie Vencis Joannis Benedicti Phisici Regie Mtis per Capitulum nrm fuerit, nescimus quo tempore habita consultacio, et quid sit illis in ea re potissimum amplectendum, decretum esse scriptum, quod si ita est optamus ut nobis excerptu ex libro Capitulari eius decreti exemplum transmitatis ipsi autem bene valeatis et dominum deum pro nobis oretis. Heri deo sit gratia salui et incolumes huc pervenimus et invenimus hic fratrem nostru dominum Palatinum Iuniwladislavien qui neglecto generali Conventu visendi nos causa huc venit. Dat in Kielcze die xa Decembris Ano domini Mo. D xxxiiiio

Petr. Tomic. Eps Cracc. Vicecancell^s
Doctori Decretorum Philippo Haer.

Venerabilis domine frater in Chro dilecte. Accepimus litteras vras quibus de morte domini Jacubowski Canonici Ecclesie nre, nobis significatis, postulatisqz a nobis, vt domino Doctori Joanni Benedicti Phisico Regie Mtis, consilio et auxilio nostro non deeßemus, quo sue Coadiutorie fructum consequi poßet. Nos ab tempore illo quo dominum Doctorem Joannem Benedicti vigore Coadiutorie in Ecclesiam meam recepi a dominis Prelatis et Canonicis eiusdem Ecclesie postularetis, multa cum illis de hoc negocio egimus, declaravimusqz illis qz molestum sit nobis q cum nos eorum Epus in Coadiutoriam domini Doctoris Joannis consenserimus ipsi sentencie mee reluctarentur, ab illaqz recederent, verum ipsi excusarunt se q aliter nequaqz facere illis liceret, salvo Statuto Regni ac Iuribus et Privilegiis Ecclesie, tum eciam lris Regie Mtis, precipientis, non suscipiendos ad Ecclias maiores nisi Nobiles et indigenas Regni, adiicientes q cum dominus Doctor Joannes non sit indigena Regni se suscipere illum non poße obstan Statuto Regni, ac Iuribus et Privilegiis Ecclesie, tum eciam literis Regie Mtis hoc idem senere illis precipientis, itaqz flectere illos in sentenciam meam nequivimus, cogere vero eos nobis non est licitum, vos vaccante nunc Canonicatu per mortem domini Jacubowski facialis diligentiam omnem qua fieri requirit negocium, in quo quemadmodum vobis succeßerit nobis significetis / et bene valete.

Datum in Brzezini die .ix.a Decembris Anno domini M.o D. XXXiiii.o

6

Tomiczki Eps. Vicecancell
Nicolao Bedlenski Scolastico et vicc.o in spiritualib. Cracc.

VEnerabiles domini fres in Chro charissimi. Facti sumus ex Lithuania certiores dominum Foelicem Naropanski negotium Canonicatus post mortem domini Czyrilo in Ecclesia nra vacantis per fratrem suum Secularem apud Mtem Regiam leniter curasse et exacerbato Mtis sue animo querela no suscepte nec admisse eius nominationis, mandati lras apud Regiam Mtem ad dominos Prelatos et Canonicos Eccliae nre obtinuisse quibus iubet et precipit Mtas Regia ipsis Prelatis et Canonicis Ecclesie nre vt dominum Foelicem Naropinski Mtis Rlis nominatum ad Ecclesiam omnino in Canonicum recipiat, Quibus litteris cum nos vereamur ne aliqui Canonicorum terreantur, aliqui vero quos rebus Naropinski fauere scimus ad iuuandum illum magis animentur: rogamus ab vtroqz vrm vt cum Senioribus Prelatis et Canonicis consilium ineatis et comuni voto id operemini et agatis vt illi qui litteras regio nomine reddiderit, respondeatur, quod Capitulum his de rebus suo tempore per litteras Mti Regie respondebit, quod cum factum fuerit et nos litterarum illarum regiarum exemplum videbimus quid commode Mti sue Regie rescribi debeat ex consilio et sententia nra Capitulo suggerere curabimus quod .D. vras pro sua in nos et quietem Eccliae nostre

propensione sedulo facturas nihil dubitamus quas bene va:
lere et foelices eße ex animo optamus. Regnalis Mtas
omnem culpam non recepti ad Ecclesiam Felicis Naropinski
in nos reijcit multumqz propterea exarcebata eße dicitur,
sed nos speramus q Mtas sua Rlis cognita innocentia
mea et falsa accusatione Naropinski alium animum aduersu
nos suscipiet. Datꝫ in Dobrovoda die. V^a Decembris
Anno domini M^o. D^o. XXXiiij^o

Tomicius Eps. Vicecancell.
Nicolao Bedlenski Scol^co Vicc^o Crac.

Venerabilis domine frater in Chro charißime. Valde dolenter
afficimur q Felix Naropinski insimulauit nos et Capitulum
nrm apud Regiam Mtem, hoc vero peius nos habet, ma:
ioreqz afficit molestia q preter vllam culpam nram id fe:
cerit. vtcumqz vero sit, non dubitamus quin Mtas regia
cum audiuerit excusationem nram. Capituliqz nri, cognos:
cere dignabitur Felicem Naropinski preter legittimam cau:
sam apud se eße questum: nullaqz iniuria affectum. quippe,
cui ad Canonicatu per mortem domini Czurilo vacante
nullum Jus competierit. Bene perpendimus q Procura:
tores domini Doctoris Joannis pro acceptando Canonicatu mor:
te domini ~~domini~~ Jacubowski vacante, in Capitulo ideo non
comparuerit, q non ignorent quid faciendum vos de illo statu:
eritis, nempe non recipiendum eum eße ad Ecclesiam, faci:
leqz coniectamus misisse eosdem Procuratores ipsius ad Ma:
iestatem Regiam pro litteris, quibus suscipi mandaretur.
ac etiam expectare vt afferantur. Nos libenter vidißemus

Vt ipsum dominum Doctorem Joannem suscepissetis, prebuimus namqz illi consensum meum in eius Coadiutoriam sperauimusqz vos illum suscepturos fuiße, et non contrauenturos sentenciae et voluntati meae, sed cum aliter visum est vobis facere, nos pro hac vice amplius obluctari vobis in ea re nolumus. Ne autem nouas aliquas turbas pro eo ipso Canonicatu fieri, aut eciam in vrbe Roma impetrari illum contingat, hodie domino Sebastiano Branitzki seruitori regie Mtis de illo prouidemus, qui erit Ecclesie isti meae vtilis et idoneus, qui etiam dominum Doctorem Joannem pro Iure ipsius contentare poterit.

Non libenter domino Joanni Naropinski gratifficationem nostram ad Ecclesiam Parrochialem in Brzesko dedimus, sed cum illam à nobis tum peteret, dñi adhuc seruitor noster Kiewski à nemine patronorum presentatus fuerat, negare ei illam vtpote et Sacerdoti et Canonico meo licite non potuimus. operam tamen meam nauabimus, vt is homo insolens, et qui cum fratre suo, nobis Capituloqz meo facesßit negotium, nullum fructum ex ipsa gratiffication meá cosequatur, ab Ecclesiaqz ad quam aspirat excludatur, ad quod vos qz quantum potestis cooperemini/ Quod vero Seruitorem meum attinet si poterit comportare sibi tot voces patronorum, vt domino Naropinskio Iure euadere poßet superior id nos libenter videremus, et omni cura atqz opa meá eum in hoc iuuabimus/ sin minus, extunc Ius suum quod habebit, alteri contra Joannem Naropinski fauebit.

Vos si est isthic ~~Joannes~~ Jacobus Vrbanski qui forte habet vocẽ domini Castellani Crac, persuadeatis illi, aut Doctor Sigismundus vẽ persuadeat vt illam Kiewskio meo faueat quandoquidem alijs presentatis preualere cum illa non poterit, potiusqz gratificetur illa nobis et seruitori meo quã cuipiam alteri. Nos vero id illi vicißim beneficencia meá

et gratifficatione meá rependeremus. Nos deo sit gratia satis commode hic valemus, nisi q temporibus nocturnis nonnihil adhuc alteramur. Bene valete dominumqz deu pro nobis orare faciatis ex Kielcze die xvij^a Decébris Anno domini .1534.

Petrus Tomiczki eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Choienski epo Præmisliensi.

SIgnificauit mihi Capitulum meum Crac, redditas sibi esse à Sacra Mte Regia lras, asperius scriptas, et senerius qz pro more Mtis sue. in cuius benignam et clementem naturam tanta hec asperitas cadere non posse videtur: precipue cum causa fuisset nulla, quamobrem tanta oracionis acerbitate, contra Prelatos et Canonicos Ecclesie mee, vti Mtem suam oportuerit. Nam quod Felix Naropinski repulsam apud illos in peticione sua passus est, id non ea causa factum est, q mandatum Mtis Regie parum apud eos ponderis habuerit, sed q, ita, vt omni iure cautum est et sancitum, priori eiusdem mandato prius obtemperandum, atqz eum potius qui iure esset meliore, in Collegium suum cooptandu putauerunt, ne si duos recepissent, litigandi eis inter se materiam prebuisse viderentur. Quare R. D. vram plurimum rogo vt factum hoc illorum apud Mtem suam excusare velit, atqz eius voluntatem eis reconciliare, me qqz apud Mtem suam purgatum velit, q anni huius Comicia non obierim, vrgens enim telum necessitas prohibuit. Seruiendum enim fuit valetudini, que me causa impulit vt ad bona ista possessionesqz meas me conferrem quo animo essem paulo quietiore.

In quibus ad Vernum usque tempus commorari statui, queso ut utraque res Rme. Dni Vre cure sit, quo et Capituli mei factum et meam a Comiciis absentiam apud R. Mtem excuset. Faciet Vra R. Do rem mutuam mea beneuolencia dignam, quam ego illi omnibus officiis meis vicissim referre curabo. Ex Kielcze XIXa Decembris Anno domini Mo. Do. XXXiiiio

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell. Mathie de Drzewicza Archiepo Gnesnensi

RME in Chro Pr et domine maior honoran. Heri allate sunt mihi de Crac. littere D. Vre Rme primo die Decembris ab illa date, quibus scripsit libenter se visura fuiße ut ego quoque ad Conuentum venißem, ego perscripsi medio hoc tempore et significaui D. Vre Rme per dnos Prelatos et Canonicos meos quam ob causam ad eum ipsum Conuentum venire non potuerim, ad quem lubens certe venißem, si non impedimentum valetudinis mee mihi obstitisset, utcumque non desint isthic aliqui qui dicant feliciius actum eße cum negociis reipublice, quod ego a Conuentu isto abessem.

Quod Cancellarium Vre Rme D. attinet [Felicem Mazopinski] scripsi etiam et insinuaui per eosdem dominos Prelatos et Canonicos meos Vre R. D. de illius negocio atque ita non puto fore neceßarium hec eadem iterare.

De Mgro vero Jacobo de Ilza ita res habet, cum ille in Concionibus suis ad quas faciendas ob sermonis eius gratiam

admissus fuerat, multos errores lutheranos in vulgus spar-
sisset, nosque metueremus ne error is pestifer, quem nunc
multi avide arripiunt in Civitate Crac. eo usque invalesce-
ret, quod purgari ab eo vix tandem possit. feceramus vocari
illum ad nos, quo magis edoceri potuissemus, an vera essent,
quae de eo ad nos perferebantur. qui cum negasset omnia
et ob hoc indicta esset ei purgatio, ipse demum conscripsit
et attulit nobis Apologiam suam, in qua ostendere conaba-
tur venerationem Sanctorum aliaque multa ab Ecclesia
et sanctis patribus instituta, de necessitate non esse, cumque
deinde Theologi simul convenissent, et heresi affectum eum
ex Apologia et confessione ipsius comperissent, decreve-
runt ut in domo nostra ea quae contra Instituta Sanctae matris
Ecclesiae concionatus fuerat, et quae in Apologiam quoque suam
retulerat ipse palam revocaret. revocationem fugiens in
Vratislaviam secessit, quae eciam res suspectum eum red-
dit de Lutheranismo quod concessit in locum impio Lutheri
dogmate affectum pocius quam aliquem alium in quo ritus
vere Catholicus observatur, si tamen. D. V. Rma. potest
illum ad cor et bonam frugem revocare, id ego lubens
videbo. metuo tamen quod pronunciabitur hereticus si non
comparuerit in termino coram Comissariis sibi praefixito.
Ego dominum deum hic exoro ut Conventus iste bono
et foelici exitu pro laude dei honoreque Regiae Mtis et
tranquillo statu regni terminetur. Valeat et sit foelix. D.
Vra. Rma. Cui me ex animo commendo. Datum in Op-
pido meo Kielcze die XIXa Decembris Anno
domini M° D° XXXiiij°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Georgio Misscowski Archidiacono Cracc.
Benedicto Isdbienski: Samueli Macie:
giewski Canonicis Cracouiensibus.

Venerabiles domini fres in Chro charissimi. Miserunt huc ad nos Rmi domini Archieps Gnesnen. ac Posnanien et Plocen Epi Nuncium suum per quem significarunt nobis comissu esse sibi per Mtem Regiam vt de negocio Canonicatus et Preben Ecclesie nre qui per mortem domini Floriani Czurilo vacarunt inter dominum Felicem Naropinski et Stanislaw Pileczki cognoscerent, vt vtri illorum ad eos ipsos Canonicatum et Preben ius melius competat pronunciarent, postulan à nobis, vt nos ipsi eidem negocio cognoscendo intenderemus et quod iustum esset in eo decerneremus, prout hoc ipsum ex instructione ac etiam ex litteris Comissionis Regie, quarum exempla mittimus vobis cum ptibus abunde intelligere poteritis. Quoniam vero non dubitamus quin dominus Felix Naropinski pro more suo obambulet isthic Rmos dominos Archiepm et Epos querens coram illis se affectum esse à nobis, Capituloqz nro iniuria, qp ad Ecclesiam nram non est receptus, comittimus vobis quemadmodum iam antea qzo hic commisimus vt illorum D. Rxas informetis sufficienter de hoc ipso negocio, et qp Felici Naropinski pro hac vice ad Canonicatum et Preben que per mortem domini Czurilo vacarunt nullum ius competat, Caetera qzo que curanda et conficienda vobis isthic comisimus. obiter diligenter curetis, et de rebus omnibus que istic

isthic aguntur nobis perscribatis. Beneq[ue] et feliciter valeatis Dat[um] in Kielcze die xv^a Decembris Anno. M^o. D^o. XXXiiij

Petrus Tomicski Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni de Tanczin Castell et Capit^o Lublinen.
Marsalco Curiae regiae.

Mag^ce domine amice charissime. Reddite erant mihi non ita pridem litterae Vre̅ Mgcie̅, quibus me inviserat et res novas que tum in Aula fuerant, mihi perscripserat. ad quas q̄ ego huc usq[ue] non responderam Vre̅ Mgcie̅, in causa fuit et mea egritudo que me tunc vehementer afflixit et q̄ communi sermone hominum ferebatur Vram Mgciam huc propediem fuisse venturam. Gratissimum vero est mihi officium et tam propensus in me animus Vre̅ Mgcie̅, pro quo ago habeoq[ue] illi magnas gr̄as, curaboq[ue] illum benevolencia et gratifficatione mea per omnem occasionem referre.

Egritudo mea que tam pertinax et longa est ut iam tres menses decumbam est nimis varia ter namq[ue] abiens et aliquantum me relinquens, rursus mihi recidebat, et tam acriter me concussit ut vel in hac Civitate fuit rumor, qui affirmabat me iam decessisse. quem non dubito isthic q[uo]q[ue] permanasse. nunc deo sit gracia valeo aliquanto melius speroq[ue] me sensim pristinas vires recuperaturum.

Nos hic nulla nova habemus in presentia preter hoc quod nunciatur de domino Palatino Siradien a Ser^mo dn̄o Joanne Hungarie Rege capto et detento, et de crudeli nece domine Zarambina Palatine Calissien, quod ipsum puto isthic q[uo]q[ue] non esse incognitum. Valeat optime foelix ac sospes Vra Mgcia et me

quam primigenius ei[us] condit. et primitate data regine premia est consecutus. Insuper et Castellano auctus est.

fraterno amore ac beneuolencia sua prosequatur. Datum Cra:
couie die xv^a Sebtembris Anno M° D°. XXXiiij

Petr. Tomicski Eps Cracc. Vicecancell
Sta° Borek Can^co Cracc: Wladario

VEnerabilis domine frater in Chro charissime. Miramur plu:
rimum quod hactenus nihil scripsistis nobis de negocio Docto:
ris Joannis Benedicti et si receptus sit ad Ecclesiam et Cano:
nicatum Ecclesie nre per mortem domini olim domini Jacubowski
vacante nec ne. Quare scribatis nobis et cerciores nos de hoc
quamprimum faciatis etiam non expectato Doctore Hosio qui forte
non cito ad nos redibit, forte enim fastidit rури manere,
quippe qui à tenera sua ætate in vrbibus semper manere co:
sueuit. Mittimus ad vos Quitanciam meam super Censu
ex Zuppa Vielicen nobis ad singulas anni quartas ra:
cione officii Vicecancellariatus solui consueto et debito, cum qua
Quitancia cum fuerit manu domini Zupparii fuerit subscripta
mittatis Gallum ad Zuppam Vielicen, et pecuniam quam
ipse inde attulerit, distribuatis ita vt in Sceda presentibus inclusa
est annotatum.

Est in Thesauro nro vna porcio panni Brunatici Italici vna
vlnam cum media in se continens, quam vna cum quinque quar:
tis panni albi tenuis ad subducendas Caligas nobis huc mit:
tatis, Mittatis preterea nobis rotulas cum fistulis.

Sentimus de tercio in tercium diem rigorem paruum in nocte
et ingressu lecti cum modico calore, quem posthac sudor subse:
quitur, Nullas medicinas hactenus hic sumpsimus preter

vnam pilulam de assaiereth. sumemus tamen hac septimana
Tiriacam aut mytridatum, et postea lauabimus, et post lotionem
verò ac balneum vnguento perungemur, modo veniat ad nos
Galeatius Barbitonsor, quo absque graui incommodo meo carere
tamdiu non possumus.

Fuit heri apud nos Nunctius Rmi domini Archiepi Gnesnen
et dominorum Posnamien et Ploczen Eporum, qui quid apud
nos egerit et à nobis nomine illorum postulauerit ex instructi:
one illi data, cuius exemplum vobis cum presentibus mittimus
plene cognoscetis. Miramur nos plurimum importunitatem fe:
licis Naropinski, qui nullo iure fultus ingerere se per vim
contendit in Ecclesiam meam, quod tamen nos neque illi neque cui:
piam alteri quamdiu viuemus vnque permittemus, obsistemusque pro
virili mea, ne quis per vim et potenciam ad Ecclesiam meam
intendatur. Qua in re speramus nos deum et patronos meos
gloriosos adiuturos. Mittimus vobis responsum quod dedit
Sermus Rex Joannes domino Tharnovoski Preposito Eccle
mee et domino Coscziellezki Succamerario Crac, ex quo
cognoscetis quam spem de eliberando domino Laski Palatino
Siradien habere debeamus.

In Conuentu meo Piotrconien nihil adhuc est decretum pro
Regni defensione. Scissi enim sunt inter se Nunctii terrarum
quorum aliqui consentiunt in Contribucionem pecuniariam,
aliqui vero, vt Poloni Maiores clamant ad bellum, sperant tamen
omnes, quod cito soluetur ille Conuentus, qui qualem et quam vti:
lem et reipublice regni salutarem exitum habuerit, postea
vobis perscribemus. bene Valete et dominum deum pro nobis
orate Datum in Kielcze XV^a Decembris Anno
domini M^o D^o XXXiiij^o

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell
Stanislo Borek Decret. Doctori Canco. CC.

Venerabilis domine frater in Christo charissime. Ante acceptas et heri redditas nobis litteras vras mirabamur q nihil nobis scripseratis eorum que acta sunt isthic per Narosinski ac etiam per Procuratores domini Joannis Doctoris de Canonicatu morte domini Jacuborski vacante, acceptis vero litteris vris comperimus vos nihil de officio scribendi ad nos pretermisisse. Dolemus plurimum q Narosinszi nisimulaverunt nos Capitulumqz nostrum apud Regiam Mtem, quod cum illi perperam et preter ullam legittimam causam fecerint, non dubitamus quin hec mei nisimulacio illis ad eorum ignominiam maiorem sit redundatura, hacqz temeritate et insolencia sua quicqz proficere contra nos ac Jura et consuetudines Ecclesie mee non poterint.

De Canonicatu qui vacavit per mortem domini Jacubowski providimus domino Sebastiano Braniczki Servitori Regie Mtis qui cum sit homo idoneus, poterit esse utilis isti mee Ecclesie, non dubitamus factum hoc nostrum futurum esse omnibus vobis gratum. Ideo autem ad faciendam hanc provisionem animum meum flex[im]us q metuebamus ne Canonicatus iste difficultatibus aliquibus involveretur aut etiam apud Sedem Apostolicam revoluto mense summi Pontificis impetraretur, utcumqz autem nesciamus quem habeat isthic Cracovie Procuratorem dominus Braniczki, mittimus tamen ad vos litteras provisionis per nos illi facte et postulamus a vobis ut ingratis

quisnam est is ipse eius Procurator cui demum ipsas provisionis
re dedis litteras, quibus fretus se nomine ipsius domini Bra:
niczki ad Ecclesiam recipi petat, et possessionem accipiat.
Non bene intellexmius litteras R lis Mtis Italo sermone ad
vos scriptas, quantum tamen colligere potuimus obiurgat vos
sua Mtas q cum fueritis deputatus ad revidenda iura Fe:
licis Naropinski et Stanislai Pileczki non foveritis partes Fe:
licis Naropinski ob respectum sue R lis Mtis, immemores,
beneficiorum ab illa in vos collatorum, censemusqz vt sue Mti
ita quemadmodum res habet respondeatis: vos videlicet liben:
ter prestituros fuisse id quod placiturum esset sue Mti, si modo
tum occasionem aliquam gratificandi illi in hoc apprehendere
potuissetis, qua potiri tum vos ideo non potuisse, q Felix Na:
ropinski pro hac vice caruit iure quo mediante Canonicatu
morte domini Czmilo vacantem obtinere potuisset, idqz vos
Mti sue, tempore suo, abunde doctiorum et evidentissimis ar:
gumentis declaraturum esse

Vidimus exemplum imaginis que fieri debet ad Altare maius
in Ecclesia ville patrimonii nri Thornice, quod bene quide
nobis placet, postulamus tamen à vobis, vt non sumptuosas ima:
gines fieri faciatis ad Villam, namqz superba pictura non est
opus.
Scribemus libenter ad dominum Georgium Boner Castellanum Zarnovien vt sufficiat
Sartorem nrm ad vtrumqz officium quod habuit Jacobus Faber
Gladiatorius, sed quia nescimus quod ille habuit aliud à Consulatu
officium, significetis nobis quodnam sit illud ipsum officium, posset
Sartor nr Solo Consulatus officio contentus, vix namqz satisfacere
posset et officiis sue Sartorie et eidem illi alteri officio quod
Jacobus gladifex habuit.
Cum laborate sunt ante annum ab hinc viii Scutelle argentee
soluimus pro labore Aurifici ab vnaquaqz Marca argenti per

mediam Marcam pecunie id quod in Regestris nris ita fuisse co:
perimus, putamusqz q tantumdem postulabit eciam Aurifex ab hiis
tribus Scultellis parvis quas nunc nobis fieri fecistis.

Mittimus vobis Regestrum expositorum in funere Sororis mee
domine Wrzesienska. Nondum appulit huc Doctor Hosius
certo tamen nobis persuademus eum hodie huc esse venturum
Bene Valete Datum in Oppido nro Kielcze xv^a die
Decembris Anno domini M^o. D^o. XXXiiij^o

VEnetis domine frater in Chro charissime. Accepimus literas
vras vnacum literis quas Rclis Mtas ad vos scripsit, ex
quibus cognovimus Mtem suam esse edoctam q nos post obitu
domini Floriani Czurilo Ecclesiam Parrochialem in Villa
Chotel pro Doctore Rzeczicza vigore gracie Apostolice ac:
ceptari mandaverimus de qua re nos scimus prorsus nihil.
possumusqz confirmare vobis Doctorem Rzeczicza aut que:
piam alium suo nomine in predictam Ecclesiam se non intro:
misisse, verum cum putaverat ad eam dominus Zbanski
Canonicus Ecclesie mee quendam Servitorem suum Cancel:
larius me. Crida de more premissa, illum ad eam autorita:
te nra investivit. Cum autem nunc idem dominus Zbanski
ad predictam Ecclesiam Capellanum Rclis Mtis presentet
nos non contraveniemus quominus illam obtineat, neqz formi:
dandum erit eciam illi quicqua a Doctore Rzeczicza q ne:
gocium

gocium aliquod facessere sibi in illa deberet opus est autem quod
provideatur ut is qui ad presentacionem domini Zbaski ad eam
ipsam Ecclesiam in Chotel post mortem domini Czmielo est
iam investitus Iuri et possessioni illius cedat id quod curare
vos istic debetis.

Caeterum ne trahi huc ad nos oporteat negocium Ecclesie pre-
dicte et investiendi ad eam Capellani Regiis Maiestatis. Mitti-
mus vobis literas Commissionis cum presentibus in personam domini
Scholastici et Viccarii mei in spiritualibus Crac quibus
fretus illum possit Bene Valete Datum in Oppido meo
Kielcze xvij Mensis Decembris Anno domini
M° D° XXXiiij°

Petrus Tomic. Episcopus Crac Viceecancell
Philippo Haer Iuris Pontificii Doctori
Collegiato

Venerabilis domine frater in Christo dilecte. Accepimus literas vestras
quibus nobis scribitis vos post mortem domini Iacubowski in
Capitulo meo adhuc non comparuisse neque Canonicatum vacantem
nomine domini Doctoris Ioannis vigore Coadiutorie sue ac-
ceptasse quod non dubitaretis eventuram vobis difficultatem in eo
negocio similem illi que prius quoque vobis acciderat postulatisque
a nobis ut scriptum Consensum nostrum vobis mitteremus
speratis namque ubi adesset consensus Regius et noster, rem
pro voto domini Doctoris Ioannis esse cessuram / nos revera ab
eo tempore quo dominus Doctor Ioannes cepit tractare negocium
Coadiutorie favimus illi ex animo ut Canonicatum in Ecclesia

ad
mea assequeretur itaqz et Capitulum nostrum vti meminisse po:
testis ipsi vna vobiscum descenderamus et hoc negocium Coadiu:
torie illius apud dominos Prelatos et Canonicos Ecclesie
nre magna contencione egimus, adeo vt eciam in eos vehemē:
ter tum excanduerimus, ac demum dum proxime egroti de:
cubuimus, quociens aliquis eorum de Senioribus veniebat ad
nos visitandi nos gracia neminem a nobis dimisimus quem eius
negocii domini Doctoris Joannis non permonuerimus, spera:
uimusqz, q Capitulum nrm vt in aliis rebus nobis morigeru
et obsequens esse solet, ita in hac q° sentencie nre non contra:
uenire debuisset. Nuper autem accepimus ab illo Capitulo lras, quibus
scribit post obitum domini Jacubowski neminem pro acceptādo
Canonicatu illius apud se comparuisse rogatqz nos, vt de illo
homini alicui abili et idoneo provideremus, subjiciens se per:
stare in sentencia sua q neminem recipere velit nisi No:
bilem et genere Polonum, quandoquidem ita Statuta Regni
et Jura consuetudinesqz Ecclesiarum maiorum cum et litere
Regie mandatorie disponant, Jtaqz nos perpensa pertinacia
ipsius Capituli nri, caventesqz ne super Canonicatu pre:
dicto alique difficultates oborirentur, aut eciam in Vrbe Ro:
ma impetraretur, et aliquis homo ingratus ad illum nobis
inde obtenderetur, providimus de illo, domino Sebastiano
Branizki, qui procul dubio dominum Doctorem Joannem cō:
tentum reddere curabit pro ipsius Jure ac impensa in ex:
pedicionem Coadiutorie facta, Nos certe quicquid officii
nri prestare in eo negocio domino Doctori Joanni potuimus
id totum prestitimus. valde namqz libenter vidissemus,
vt voto suo potitus fuisset, q vero secus res cecidit equo
animo ferenda est/ Consensu nro scripto quem habere a no:
bis optatis non erat vobis opus, nos namqz dudum decla:
ravimus illum Capitulo nro constamusqz nobis ipsis et si
necessarium esset fateremur vbiqz q eum ipsum Consensum

illi prebuimus Bene Valete Dat in Kielcze xviij^a
die mensis Decembris Anno domini M^o. D^o. xxxiiij^o

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell
Seuerino Boner Castell^o Zarnouiensi et
Zuppario ac Magno Procuratori Cracouien.

Generose domine amice charissime. Negocium Coadiutorie domini Doctoris Joannis Phisici Regie Mtis ad Canonicatum Ecclesie nre Crac, qui post mortem domini Jacubowski vacauit, quod comendat nobis Vra. D^o: nos magna cura et studio nro semper promouimus, consensumqz nrm in eam ipsa Coadiutoria illi prebuimus, sed opponentibus se et repugnantibus dominis Prelatis et Canonicis Ecclesie nre, nitentibusqz Statutis Regni et Juribus Ecclesiarum maiorum, tum eciam lris Regiis de non suscipiendis ad Ecclesias maiores nisi Nobilibus Polonis, secus ac nos optabamus cadere illud opportuit. Cum enim nuper ipsi domini Prelati et Canonici Ecclesie nre nobis declarassent per suas lras pro acceptando Canonicatu per mortem domini Jacubowski vacante, in Capitulo neminem comparuisse, seqz dominum Doctorem Joannem eo q indigena Regni non esset nequaqz receptu. ros esse, subindeqz nos rogassent vt de eo ipso Canonicatu vacante, alicui viro genere Nobili et Polono prouideremus, nos metuentes ne idem Canonicatus aliquibus difficultatibus inuolueretur, aut per aliquem apud Sedem Apostolicam impetraretur, prouidimus de illo domino Sebastiano Branizki seruitori et Secretario Regie Mtis qui dominum Doctorem Joannem pro sumo ipsius et impensa facta ad expedicionem Coadiutorie, contentum reddere baud dubie

curabit. Nos libenter vidissemus ut dominus Doctor Joannes eum Canonicatum assequutus fuisset, sed cum illi obluctatum sit per dominos Prelatos et Canonicos nostros, qui pro Statutis Regni et Iuribus Ecclesiarum maiorum valde prebuerunt se constantes et pertinaces, necessario alteri de illo providimus. Pro rebus novis per vestram D. nobis communicatis agimus et habemus illi magnas gratias. Rogamusque illam plurimum ut si posthac quidpiam rerum novarum undecunque acceperit nobis id communicare velit. Valeat et sit foelix vestra D. et nos diligat suaque consueta benevolencia prosequatur. Datum in Kielcze xviij Decembris Anno M°. D. xxxiiij°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Viceccancell
Sebastiano Branczki Canco Craccovien
Referendario regio

Venerabilis domine frater in Christo charissime. Post decessum Joannis Jacuborski vacavit in mense nostro Canonicatus Ecclesie nostre ad quem tametsi dominus Doctor Joannes Benedicti Phisicus Regie Maiestatis Coadiutoriam habuerit, Quia tamen Capitulum nostrum in illam consentire, eumque ad Ecclesiam recipere recusavit, eo quod obstarent ei Statuta Regni, et Privilegia Ecclesiarum maiorum, ac etiam mandata Maiestatis Regie de non recipiendis ad eas plebeis et non indigenis hominibus disponencia Nos prospicientes ne is ipse Canonicatus difficultatibus implicaretur aut in Urbe Roma revoluto mense Apostolico a quopiam impetraretur, ad eumque ingratus quispiam inde nobis obtrenderetur, vobis ex singulari gracia nostra posthabitis eciam servitoribus et consanguineis meis de eo providimus, nihil dubitantes

vos eius beneficencie nre non ingratos esse futuros, eamqz tum no:
bis tum eciam Ecclesie nre officiis vris relaturos. Quoniam
autem dominus Doctor Joannes non paruam impensam fecit in
Coadiutoria ad eum ipsum Canonicatum expedienda, non dubi:
tamus vos pro virtute vra, eum pro illa indemnem esse red:
dituros. verum quidem est, qp ipse iure illam a vobis non posset
repetere, quandoquidem iuxta disposicionem Bulle ordinariis
concesse, non omnes consensus necessarios habuerit, erit tame
humanitatis vre, et nobis rem gratissimam facietis. Bene
Valete in Kielcze die xix^a Decembris Anno
domini . M^o. D^o. xxxiiij^o

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Seuerino Bonero Castel: Zarnouien Zuppa^o
et Magno procuri Craccouiensi.

est supra

Generose domine amice charissime. Negocium Coadiutorie dni Doctori
Joannis Phisici Regie Mtis ad Canonicatum Ecclesie nre Crac
qui per mortem domini Jacuborski vacauit, quod comendat nobis
Vra . D^o. nos magna cura et studio nro semper promouimus co:
sensumqz nostrum in eam ipsam Coadiutoriam illi prebuimus, sed
opponentibus se et repugnantibus dominis Prelatis et Canonicis
Ecclesie nre, nitentibusqz Statutis Regni et Iuribus Ecclesiarum
maiorum, tum eciam literis Regiis de non suscipiendis ad
Ecclesias maiores nisi Nobilibus Polonis secus ac nos optaba:
mus, cadere illud oportuit. Cum enim nuper ipsi domini Pre:
lati et Canonici Ecclesie nre nobis declarassent per suas lras
pro acceptando Canonicatu per mortem domini Jacuborski va:
cante in Capitulo neminem comparuisse, seqz dominum Doctorem

Joannem, eo quod indigena Regni non esset, nequaquam receptum vos esse, subindeque nos rogassent, vt eo ipso Canonicatum vacante alicui vestro genere Nobili et Polono prouideremus, nos metuentes ne idem Canonicatus aliquibus difficultatibus inuolueretur aut per aliquem apud Sedem Apostolicam impetraretur, prouidimus de illo domino Sebastiano Bramiczki seruitori et Secretario Regie Maiestatis qui dominum Doctorem Joannem pro iure ipsius et impensa facta ad expeditionem Coadiutorie contentum reddere haud dubie curabit. Nos libenter vidissemus vt dominus Doctor Joannes eum Canonicatum assequutus fuisset, sed cum illi obluctatum sit per dominos Prelatos et Canonicos meos, qui pro Statutis Regni et Iuribus Ecclesiarum maiorum valde prebuerunt se constantes et pertinaces necessario alteri de illo prouidimus. Valeat et sit foelix D. vestra et nos diligat, suaque consueta beneuolencia prosequatur. Datum in Krelcze XVIII die Decembris Anno domini M. D. XXXIIII

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Benedicto Vilnen. Varmiensi et Varssewiensi Can.co Phisico regio.

Venerabilis domine frater in Christo charissime. Non est vobis incognitum, quanta quamque multiplici beneuolentia vestra prosequuti vos in dies fuerimus, memores officiorum vestrorum nobis in egritudinibus meis sepius prestitorum, que dum in animo meo multociens volueremus, nihil erat nobis antiquius, nihilque optatius quam vt eiusmodi occasione potiremur per quam animi mei propensionem erga vos testatam efficere potuissemus. Itaque cum

cum olim dominus Jacubowski Canonicus Ecclesie mee qui nu:
per vita functus est nobis declarasset vos nonnihil tractatum
de Coadiutoria ad Canonicatum illius habuisse, seque sine con:
sensu et admissione mea nihil in eo negocio vobiscum constitu:
turum esse, nos nedum consensu meum illico vobis prebui:
mus, sed eciam gavisi tum fueramus, oblatam esse nobis oc:
casionem qua vos ad Canonicatum Ecclesie mee promovere
possemus. observavimus igr opportunum tempus quo negocium
omne pro voto meo desiiderioque vro confici a nobis potuisset.
quod dum nactos nos putabamus ipsi ad Capitulum nostrum des:
cenderamus, illicque cum dominis Prelatis et Canonicis meis
multa in rem vram prolocuti, ad contentionem usque tandem
deveneramus, ac dum ipsi nobis Procuratoribusque meis respon:
dissent, se salvo iuramento suo, salvisque Statutis Regni, et
Privilegiis ac constitucionibus Ecclesie, recipere vos non posse
non sine stomacho et indignatione mea ab eis id accepimus,
Deinde vero dum graviter duique iaceremus, quocies eorum ali:
quis venerat ad nos invisendi nos gratia, neminem monitis et
suasionibus meis non adortum in re vra a nobis dimisimus.
vehementer namque Canonicum in Ecclesia mea habere vos cupi:
ebamus, verum cum nuper dominus Jacubowski ex hac vita de:
cessisset, et Canonicatum illius ad quem vos Coadiutoriam ha:
buistis in mense meo vacare contigisset: miserat ad nos Capitulum
nostrum rogans, ut de illo, idoneo cuipiam, cui tum Statuta re:
gni, tum eciam Jura et consuetudines Ecclesie non obstarent,
provideremus, asserebant se vos qui non sitis indigena Regni
nequaquam esse recepturos, quum se constare omnino certo decreto
suo, de neganda vobis receptione anno superiore facto. quippe
quod Statutis et constitucionibus regni ac etiam Juribus Eccle:
siarum maiorum, tum et mandatis Regie Mtis de recipiendis
nisi genere Nobilibus et Polonis ad Ecclesias maiores datis,
conforme et consentaneum nobis esset. rogantque nos, ut eis ipsis

iuribus et mandatis amplius pro vobis nos non opponeremus,
Nos tametsi Nunctium et significationem istam perturbato valde animo acceperimus, considerans tamen dominos Prelatos et Canonicos meos in eo proposito et sentencia sua esse adeo pertinaces, et perpenden' nobis non esse licitum, neqz phas vt eos ad id faciendum quod tantopere deprecarentur cogeremus vela omnia studiorum et conatuum meorum alio vertere nos oportuit prospicientes namqz ne vacatio Canonicatus domini Jacubowski hac tanta difficultate impediti in mensem vsqz Januarium qui est Sum' Pontificis protelaretur atqz ita in vrbe Roma à quopiam ingrato homine impetraretur, prouidimus de illo non alicui seruitori aut Consanguineo meo, sed domino Sebastiano Braniczki seruitori Regio, vt inde quisqz perpendat nos in eo quod fecimus necessitatis rationem et non affectuum arbitrium esse secutos. Certo aut' nobis persuademus, q dominus Braniczki que est ipsius virtus ac probitas, vobis impensam omnem ad expedicionem Coadiutorie per vos facta non grauatim sarciet, Nos re vera quantum ex nobis fuit nihil officii mei quod in promouendo vos negotiumqz vrm' prestari à nobis potuit pretermisimus, valde namqz libenter vos Canonicum vrm' habuissemus, Quoniam vero ea res pro voto meo, vestroqz desyderio succedere non potuit, non nisi equo animo illam ferri et boni consuli necesse est Bene Valete in Kielcze
XIXa Decembris Anno M°. D. XXXiiij°

Petrus Tomicski Eps Craccouiensis
& Regni Poloniae Vicecancellarius

Ioanni Andree de Valentinis Mutinensi
Ppto Sandomirien. phisico regine Bonae.

Rnde domine frater et amice charissime. Litterę D. V̄rę gratę nobis quidem sed minime iocunde acciderunt. Nam quod tam diligenter nos de omni statu et valetudine Mtis Regię certiores facit, facile intelligebamus id ex abundantiá quadam amoris in nos proficisci, neque potuimus vicissim non vehementer amare amorem istum et benevolentiam tantam D. V̄rę erga nos. In quo vero parum esse prospera valetudine Mtem regiam significabat, non mediocriter animum nostrum perturbavit, magna tamen ex parte sollicitudines nr̄as ea cogitatio alleviavit, cum in mentem nobis veniret D.mis V̄rę, unius omnium Medici peritissimi, Mtem sua ope et auxilio uti, neque dubitamus, divina opitulante gratiá et misericordia, qui cuius auxilio ē difficilimis periculosissimisque morbis Mtas sua emersit, eius ope nunc quoque ab hoc minus gravi et periculoso recreetur. Quare D. V. currentem quidem non possumus tamen non hortari, pro nr̄a et erga Serenissimum Principem idem observantia, et erga D. V̄ram fiducia, ut toto quod aiunt pectore in eam cogitacionem incumbat qua prio quo tempore Mtas sua morbo hoc liberari possit, facturu D. V̄ra rem et Mtis illius gratia et nr̄a benevolencia, et sua fide ac virtute dignam. Quam foelicissime valere optamus. Datum in Oppido nr̄o Kielcze die xix die Decembris Anno domini . M.o . D.o XXXiiij.o

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Io. Benedicto. Canco Vilnen. medico regio.

Ventis domine frater in Chro charme. Non est vobis incognitum q in Germania et in aliis Regionibus et regnis habentur eiusmodi leges et constituciones vt ad Ecclesias maiores alicubi non nisi persone Illres alicubi Nobiles ex vtroqz parente et indigene duntaxat recipiantur, quales cum sint in hoc q3o Regno nro .s. leges vos illis non contraueniatis neqz infringere illa velitis de quibus in robore suo conseruandis clamat vt scitis in omnibus Regni Comiciis, nra Nobilitas quin componatis animu vestrum, desinatis esse querulus et suscipiatis obuiis manibus eam contentacionem quam nos futuram vobis per dominum Bramizki indicauimus, alioqui si ea ipsa contentacio vobis sorduerit vosqz consilio co:dicioni vre imparia amplecti perrexeritis operam et oleu perdetis et apud omnes homines Regni huius in quo vos non pauca beneficia nro patrocinio et fauore tulistis mala opinionem vobis conciliabitis. bene valete Dat

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell
Sebastiano Bramiczki Cancel. Gnesnen
Canco Crac. Secreto ac Referendario regio

Ventis domine frater in Chro charisme. Cum mense Decembri preterito scripseramus ad vos providisse nos vobis de Canonicatu Ecclesie mee qui post mortem domini Jacubowski in mense meo vacavit, significaveramusque tum vobis dominum Doctorem Joannem Benedicti Phisicum Regie Mtis Jus Coadiutorie ad eum ipsum Canonicatum habuisse, verum cum ille recipi se postularet ad Ecclesiam nostram, repudium illi à Capitulo meo datum esse, eo quod obstarent illi Jura eiusdem Ecclesie et Statuta Regni, adscripseramus eciam ut pro impensa ipsius quam fecit in expediendo Jure Coadiutorie predicte, de equo et bono contentum eum redderetis. Non ita verò multò ante scripsit nobis idem dominus Doctor lras valde querulas, perstringens nos identidem, tanquam in causa fuerimus quominus ipse Canonicatum predictum adsequeretur, cum tamen revera nos nullam causam illi criminandi nos de hac re prebuerimus, sed obstitit ei Statutum Regni, Juraque Ecclesie mee, que externos recipi nõ paciuntur et que domini Prelati et Canonici mei adiurarunt, adiicit hoc quoque in suis lris se concordiam quidem vobiscum fecisse vosque illi pro impensa et Jure ipsius quinquaginta aureos Hungaricales ac Prebendam Sancti Egidii Crac. obtulisse et dare ac resignare promisisse, ad partem tamen à se protestatum esse, quod eiusmodi concordia

non fecisset voluntarius, sed metu Principum adactum, rogás deinde nos vt enunciaremus modum aliquem per quem satis: fieri sibi posset pro impensa ac Iure suo quod sibi multo plu: ris constaret qz sit hoc quod pro illo per vos offertur et pro: mittitur, misitqz huc scedam in qua adnotauit tres condi: ciones ex quibus vna quacunqz contentari cupit per vos Nobis displicet q ipse dominus Doctor facta iam vobiscum con: cordia eam infringere vult aliudqz palam agit, aliud clam machinatur quod à viri boni officio alienum esse videtur, qui si rem tum ad nos detulisset dum integra adhuc fuerat non de: trectassemus illam æquis aliquibus medijs transigere et inter vos ac illum componere, sed cum facta iam infecta esse ne: queunt, nobis non licet retractare quod inter vos est con: stitutum ac susceptum, Ne tamen is ipse dominus Doctor pergat esse querulus contra nos et vos, postulamus à vobis vt illi vltra quinquaginta aureos in concordia expressis alios quinquaginta adnumeretis et addatis, sic q habeat à vobis in toto centum aureos Hungaricales, et cum hac Pre: benda Sancti Egidij, Id namqz si facietis querelas illius quas facere vix cessaret deuitabitis, Vestræqz quieti in possidendo Canonicatu Ecclesię mę consuletis.

Mittit ad vos dominus Benedictus Iselbienski Canonicus Ec: clesię mę lrás in negocio quodam valde pio, rogamus vos vt easdem lrás diligenter perlegatis, et mandata quę habere optat ad Capitaneum Siradien, et quarum exemplum vobis mittit obsignatas annulo Regio ad nos remittatis facietis nobis in hoc rem admodum gratam Bene valete Datt in Oppido mó Kielze die. xxª. Januarii Anno domini . Mº. Dº. xxxvº

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Præmisliensi.

RME in Chro Pr et domine fr et amice charissime ac honorande. Credo cognitum iam esse D. Vre Rme, quod cum non ita multo ante vacavit in mense meo, Canonicatus Ecclesiæ meæ, post mortem domini Iacubowski, providi de illo domino Sebastiano Bramiczki posthabitis et obmissis servitoribus et consanguineis meis, ad quem tametsi dominus Doctor Ioannes Benedicti Phisicus Regiæ Mtis Ius Coadiutoriæ habuerit, quia tamen domini Prelati et Canonici mei suscipere illam noluerunt, eo quod obstarent illi cum Statuta regni externos homines ad Ecclesias maiores suscipi vetancia, tum eciam Iura earundem Ecclesiarum quæ ipsi adiurarunt firmiter se semper observaturos, ego qui alioqui domino Doctori Ioanni consensum meum prebueram, videns tum obfirmatos illorum animos, ad hoc demum animum induxi meum, ut de prædicto Canonicatu domino Sebastiano Bramiczki Referendario Regio providerem. Nunc ante scripsit mihi ipse dominus Doctor Ioannes querens se in hoc quod receptus non est ad Ecclesiam meam magna ignominia affectum esse, adiciensque se cum domino Sebastiano Bramiczki concordiam quidem fecisse pro prædicto Canonicatu, sed cuius pacta non satisfacere sibi videantur, pro impensa in expedienda Coadiutoria à se facta. proindeque ad partem à se protestatum esse quod hæc ipsa concordia facta sit se invito et metu Principum ad ineundam illam adacto.

ego verera probare hoc non possum q dominus Doctor Joa:
nes intendat infringere concordiam à se factam et inconsta:
ciam quandam suam hoc nomine declarare, id quod eo ma:
gis sibi videtur esse turpe q sit Doctor, et vti audio ver:
bi divini isthic Concionator. Quare vt hoc vicium mutabi:
litatis non incurrat et queri de nobis desistat, scribo nuc
domino Sebastiano Bramiczki vt illi vltra aureos quin:
quaginta in concordia promissos alios qui quinquaginta
ad hoc adnumeret et addat et cum hoc Prebendam Sancti
Egidii Crac illi resignet. Qua in re rogo vt Vrá q3 Dº
Rma operam suam interponat, et vt ipse Ds Bramiczki
eiusmodi contentacionem illi faciat, qua potius à querela
quiescat, pro sua prudencia efficere velit Valeatq3 foe:
lix et optime incolumis D. Vrá Rma et me solita
benevolencia sua prosequatur Dat in oppido meo Kiel:
cze die XXª Januarii Anno Mº. D. XXXVº.

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell
Ioanni Benedicto Varmien. Vilnen. Varssevien
Canco Phisico regio.

Vtis En domine frater in Chro charissime. Accepimus lras vras gravissimarum querelarum plenas. Vobis expostulandi nobiscum causa nulla est, nisi forte hoc queri velitis quod plus propemodum vra causa laboris cepimus, vt hoc Ecclesie mee Canonicatu vos ornaremus quam dignitas mea ferre videbatur. Quid enim nos diligencie pretermisimus? singulos prehensando? vniversos rogando? haud aliter quam si candidati ipsi fuissemus? quin etiam inimicos fere multos nobis cepimus? dum nimio vri studio elati, vobis gratificari cupimus, quam vtinam meam sedulitate grata potius recordatione prosequi velitis, quam queri de nobis acerbius, qui nullum vnquam nobis, bene de vobis merendi occasionem, elabi et preterire passi sumus. Acta sunt à nobis omnia, ea fide eoque studio, vt maiore agi non potuerint. sed contra torrentem niti, et tam incredibilem omnium consensum, vno ore postulacioni mee refragantium, perfringere velle, neque prudencie, neque persone et dignitatis mee fore videbatur. Non arbitramur vos esse ignaros simulatque fatis concessit Vens. Ds. Jacubowski aliquot hebdomadis, nullum nos alium quam vos nominare voluisse, singulorum animos pertentasse, nullumque lapidem non movisse vt inter Ecclesie mee Canonicos cooptati essetis. postea cum plus nimis quindecim dierum labore nihil nobis proficeretur, atque adeo spes nobis precisa esset omnis, fore nos voti mei compotes, erant

quidem complures qui vel necessitudine nos attingebant, vel multis annis serviendo fidem nobis suam et diligenciam probaverant: nos tamen ne secus de nobis suspicandi cuiqz occasionem preberemus, neminem eorum Sacerdotio hoc honestatum voluimus, verum ad Ven^tem^. D. Sebastianum Bramiczki ultro detulimus, virum illum quidem probum et quavis fortuna dignum, sed cuius tamen nulla in nos merita extant eiusmodi, ut eorum nos rationem habuisse videri possemus. cum quo amice vos iam transegiße valde libenter audivimus, sed illud nobis non probatur, aliud vos palam agere, aliud clam machinari, videtur id à viri boni officio alienum, vivitis isthic in luce hominum: facta vr̃a singula diligenter ab omnibus expenduntur: non effugietis voculas multorum, si palam istud factum erit alibi vos concorditer, et amice transigere, alibi testari, que facitis ea vos vi et metu ad adactum facere. Longe prestiterat condiciones non accipere, et concordiam recusare qz in sermones hominum incidere, et vulgi fabulam fieri. Nam si integra re, nulladum facta concordia, ad nos causam retulissetis, facilius à nobis inveniri ratio potuisset, qua vr̃is rationibus subveniße:mus, eciam si non inique vobiscum actum intelligamus, cum Prebenda Sancti Egidii dicatur esse longè fructuosior qz altare quo. D^o^. olim Iacubowski cessistis. Scribimus tamen ad dominum Bramiczki, eumqz rogamus ut pro bonitate sua ad quinquaginta aureos promissos, alios quinquaginta addat et Prebenda Sancti Egidii vobis cedat nam hec fuit prima concordie condicio per vos proposita in ea Sceda quam ad Nicolaum Rudniczki Capellanum nrm̃ misistis. Vestrum erit eciam si minus nobis succeßerit neqz ex sentencia mea res ceciderit, gratum tamen potius et memorem vos prestare, huius mei tanti studii, tamqz propense gratificandi vobis voluntatis, q̃ committere ut minus

nimis querulus cuiqz merito videri possitis Bene Vale:
te. Datum ex Kielcze XXa Januarii Anno
domini . Mo . Do XXXVo.

Petrus Tomiczki Eps Crac
Bonae Reginae Poloniae.

Sacra Rlis Mtas et domina, domina clementissima. Post
servitutis et oracionum mearum humilem commendationē
Que scribit ad me Sacra Mtas Vra de domino Stanis:
lao Rzeczicza penitenciario Apostolico q Parrochialem
in Chotel post obitum Ventis Floriani Curilo Canonici
Cracovien Secretarii Mtis Vre vacantem, occupare volu:
erit: ea ante hunc diem audita a me fuere nunqz, longe alr
seres habet, quam quemadmodum ad S. M. Vram delatu
est. dominus Joannes Zbaski Canonicus Crac, eius Ecclie
Patronus ex servitoribus suis quendam presentaverat qui
a Cancellario meo institutus est, nunc autem si idem dominus
Joannes Zbanski ita vt scribit Mtas Vra dominum Mathiā
Chelmensem Sacre Mtis Vre Capellanum mihi aut Vic:
cario meo in spiritualibus Crac presentaverit causam non
dico, qui ad mandatum Mtis Vre instituendum illum et
investiendum curem. cupio enim et in hac et quibuscumqz aliis
in rebus potero, semper Sacre Mti Vre gratificari et obseq
hoc qz Mti Vre polliceri habeo. Capellano illius, Parro:
chialis huius nomine, nullum a domino Stanislao Rzeczicza pe:
riculum creatum iri qui de ea possidenda ne per somnum
quidem vnqz cogitavit. Comendo me rursus in gram Sacre

Maiestatis Vestre. Quam dominus deus quamdiutissime sanam et foelicem conseruet in sua gratia. Datum in Oppido meo Kielcze die xix.a Decembris Anno domini 1534.

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Praemisliensi.

Rme in Christo Pr et domine, frater et amice charissime et honorand. Perturbatus iste rerum Aulicarum status, de quo R. D.o Vra ad me scribit valde me perturbat. Neque enim non intelligo que Regno et reipublice nre pericula impendeant, nisi primo quoque tempore rationibus illius prouideatur. Est certe vt scribit R. D.o Vra magnum in mora periculum. Quare vel sola hac ratione adductus, magnopere Comitia huius temporis obire cupiuissem, si per virium mearum imbecillitatem licitum fuisset. Nunc cum hec mea tam diuturna valetudo ex qua vixdum satis emersisse videor, magnos meos adiuuande Reip. conatus impedinerit neque me Comitiis Regni interesse passa sit non tamen ideo quiescendum putaui, quin quid per me ipse non potui id per alios tamen efficiendum curarem. Quare et per literas et per Nuncios in hoc missos D. Castellanum Posnaniensem fratrem meum hortatus sum vt reipublice propugnationem susciperet, atque earum rerum de quibus in litteris suis R. D.o Vra meminit, aliquam in Comitiis secrete et coram paucis sibi fidis mentionem faceret. Si quid actum ab illo fuerit, faciam R. D. Vramque postea certiorem. libenter id consilium cum pluribus communicassem

Hic

Thar in re

communicassem sed bene novit R. D. V.ra q[uo]d pauci hoc tem-
pore reperiuntur, quibus cogitaciones suas tuto quispiam crede-
re possit. ego certe, quoad vita mihi hec superstes fuerit, nunq[uam]
de constituenda Rep. atq[ue] bono in statu collocanda, stabilien-
daq[ue] cogitare desinam. hec erit animo meo circa infixa sem-
piterna. Valeat foelicissime V.ra D.o meq[ue] habeat sibi
charum et commendatum Dat[um] in Kielcze XIX.a
Decembris Anno domini M.o D. XXXV.o

Petr. Tomicski Ep[iscopu]s Cracc. Vicecancell.
Io. Andree de Valentin. Medico regis
et Reginae.

est supra

Rx[?] unde domine, frater et amice charissime. Littere D. V.re
grate nobis quidem sed minime iocunde acciderunt, Nam
q[uod] tam diligenter nos de omni statu et valetudine M.tis Regie
certiores facit, facile intelligebamus id ex abundancia qua-
dam amoris in nos proficisci, neq[ue] potuimus vicissim non ve-
hementer amare amorem istum et benevolenciam tantam D.
V.rae erga nos in quo vero parum esse prospera valetudine
M.tem Regiam significabat non mediocriter animum nostru[m]
perturbabant magna tamen ex parte sollicitudines meas ea
cogitacio alleuauit, cum in mentem nobis veniret. D. V.re
unius omnium Medici peritissimi M.tem suam ope et auxilio
uti, neque dubitamus, divina opitulante gratia et misericor-
dia quin cuius auxilio e difficillimis periculosissimisq[ue] mor-
bis M.tas sua emersit eius ope nunc q[uo]q[ue] ab hoc minus gravi
et periculoso recreetur Quare. D. V.ram currentem quid[em]
non possumus tamen non hortari pro mea et erga Ser.mu[m]

Principem nrm observantia et erga D. Vram fiducia ut toto quod aiunt pectore in eam cogitacionem incumbat qua primo qz tempore Mtas sua morbo hoc liberare possit. faciet ea D. Vra rem et Mtis illius gracia et nra benevolencia et sua fide ac virtute dignam quam foelicissime valere optamus Dat in Oppido nro Kielcze die xix Decembris Anno domini M° D° XXXiiij°

Tomicski Eps Vicecancell
Doctori Borek Can° Crac

VEn. lis domine frater in Chro charis me. Paulo ante discessum isthuc nostrum, miserat nobis ex Lipsia dominus Joannes Coclerus lucabraciones suas contra Martinum Lutheranum et Philippum Melanctonem, aliosqz eorum sequaces editas, rogans nos ut sibi ferremus subsidium, quo opuscula sua formis excudi facere, in lucemqz emittere posset, id quod facturos nos recepimus, mittimus itaqz nunc illi una cum lris nris viginti florenos Hungaricales in auro et postulamus a vobis ut cum domino Jeronimo Crugel Cive et Mercatore Cracovien constituatis quo eos ipsos viginti aureos ad Nundinas Lipsen siquidem ad eas proficiscetur prefato domino Cocleo, nro nomine unacum nris litteris quas cum pntibus ad vos mittimus reddat et consignet. No habemus adhuc Carnes ferinas, curamus tamen ut eas vobis pro diebus festis Natalis domini proximis mittamus Bene valete ex Kielcze. XXa. Decebr 1534

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancellarius.
Proconsulib. et Consulibus Craccouiensibus.

Nobiles et famati domini amici charissimi. Accepimus lras vras quibus absolui Seniores Pistorum Ciuitatis ab excommunicationis vinculo cupitis, qui à Cancellario meo iudicatum facere recusant. Vos ipsos clam non est, toto hoc Semestri temporis spatio, nunquam nos fuisse bene confirmato corpore, sed variis atque iis grauibus et periculosis morbis ita afflictos esse vt cognoscendis causis vacare non possemus Quare necesse fuit nos Vicaria Cancellarii mei opera vti cui cum hec causa disceptanda et cognoscenda fuisset data, vbi legittimas rationes proferri audiuit dissoluendi Matrimonii, fecit Diuorcium. Et quoniam cum hac actione Dotis quoque causa coniuncta est, decreuit ita, vt omnibus equum videbatur, Dotis nomine dari Mulieri Tabernam suie Institam quam sui Iuris et Dominii fuisse probauerat, penusque illi viro nuberet. ita rem habere à Cancellario meo nobis significatum est, vos aliter narratis, atque adeo quominus iudicatum et executio sententie fiat, vos ipsi vti edocemur estis impedimento, cum Pistores sententie late parere prompti fuerunt et parati, quam nos vram animorum contra nos obfirmationem equo animo ferre non possumus. nobis Cancellarii mei Iudicium et sententiam, mea authoritate latam non licet rescindere, Nam quod infamem mulierem esse scribitis, ea ista causa non est, quamobrem bonis

suis legittimis fraudari eam oporteat. Quamuis itaq3 precibus et postulatis vris locum semper dare velimus tamen hac de causa ante Cancellarii ad nos nri reditum statuere nihil possumus Cui ubi nobis ptas facta erit id quod paucos post dies futurum speramus tum vobis causa ab eo melius informata, ita sentenciam meam perscripturi sumus vt ne latum quidem nos vnguem ab equitate dis: cessisse ipsi iudicaturi sitis. Hanc moram hanc et cuncta: cionem meam equi boniq3 vt facitis postulatis rogamus, cum preser: tim longa futura non sit, optamus vos bene et foeli: citer valere. Dat in oppido meo Kielze Anno . M^o^ . D^o^. XXXiiii^o^

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancell.
Stanislao Odrowass Castell. Leopoliensi.
Capitaneo Samborien.

Magce domine, amice et affinis charissime. Iam aliquot excesserunt menses, quod dies Circumcisionis domini pre: teriit, et . D^o^. Vra neq3 restituit pecuniam Nepotum me: orum de Schamotuli heredum, quam ego partim vt dno Castellano Posnanien gratifficarer, partim vt propensio: nem et beneuolenciam meam erga . D. Vram declararem mutuo illi dedi, neq3 pensionem trecentorum triginta trium florenorum soluit quam racione Arende bonorum a se Nepotibus meis obligatorum pendere ...t . D^o^. Vra pro su: prascripto Circumcisionis domini tempore sub certis poenis et vadiis in lris Mtis Regie expressis promisit et cum ad hoc faciendum, tum ad adducendam vxorem vt apud

acta Premislien Iudicii ad ea consentiret se aperte obligauit.
Quibus quidem ita non prestitis quantum D. Vra incō:
modi et sibi et Nepotibus meis attulerit, et ipsa que cō:
misit poenam, et vadia ex pacto incidit perpendere pt,
et ego agnosco satis qui ob non solutam ad tempus pec:
cuniam condiciones commodissimas recte collocande pecu:
nie Nepotibus meis oblatas deserere sum coactus.
Quare ne deinceps eiusmodi negligens et infructuosa cura:
tio mea Nepotibus meis incommodet, neue in incerto diuti:
us res pendeat. D. Vram rogo vt vel pecuniam presen:
tem restituere, vel Nepotes meos ad possessionem bonoru
sibi obligatorum admittere velit.

Caeterum quod attinet ad D.ms Vre quam diu meditatur
peregrinationem: Ego vt voluit diligenter apud Mtem Re:
giam medio domini Epi Premislien egi vt Mtas sua D.
Vre veniam ad exteras partes concedendi dare dignetur,
quo et loca longinqua inuisere et mores hominum varios per:
discere in hac sua iuuenili etate posset. In quo quantum
profecerim vel quam molesto animo id Mtas sua tulerit ex
domini Epi Premislien lrīs quas cum presentibus mitto
Do Vra cognoscere poterit. Quare cum hec D. Vre e
Regno discessio sit contra mentem Mtis sue, ego D. Vraz
rogo vt desiderio suo ad presens temperare et Mtis Re:
gie voluntati obsequi curet, alio tempore comodius qz nunc
vniuerso terrarum orbe tumultuante, animu hiis que deside:
rat conspiciendis expletura. Quam et recte Valere, et semper
foelicem esse, ex animo opto Datū in Bodzanczin die xiia
Marcii Anno domini Mo. Do. XXXiiij

Petrus Tomieski Eps Cracc. Vicecancell
Stanislao Odrowass Castell° Leopoliensi
Capit° Samboriensi

Mag[nifi]ce domine affinis et amice charissime. Ego deesse nolens necessitati. D. V[est]re numeravi ei non granatim quinque millia flor. Nepotum meorum heredum in Schamotuli, utque testarer magis meam in D. V[est]ram et M[agnifi]cum dominum Castellanum Posnanien. facilitatem et benevolenciam, non dimovi illam ab usu eorum bonorum quorum facta est obligatio, quin concessi illa ei per modum Arende obtinenda, relicta Nepotibus meis pensione respectu numerate summe admodum exili. Quod vero D.° V[est]ra tantisper non prestitit nec prestat ea que dudum iam prestare debuit, et ad que prestanda se sub magno vadio obligavit, non enim bona sua super quibus est defixa inscripcio ita ut recepit expedivit, neque Coniugem suam ad consenciendum eidem inscripcioni adduxit, res ea est mihi permolesta, adeo ut nihil mallem in presenciarum quam quod D.° V[est]ra summam pecunie sibi numeratam restituat, Et quam nisi ego fulcinerim rem Nepotum meorum ita forti inscripcione ut nihil desiderari videatur aliud quam mea prosecucio, In qua quod huiusque aliquanto remissior quam ut postulat meum erga Nepotes officium, in causa est mea erga D. V[est]ram benevolencia et gratificandi ei studium, alioqui ea omnia que a D. V[est]ra non sunt prestita, Iure persequi potuissem, malui tamen expectare tamdiu quoad viderem preceps in amicum, Cum igitur satis iam expectaverim, et nihil aliud viderim consecutum quam iacturam Nepotum meorum. Rogo D. V[est]ram vel non differat amplius prestare

ea que pacta et conuenta inscripcionis postulant, vel quod mal:
lem summam quam à me tulit Nepotibus meis quorum res
agitur, restituat. Ego namq dudum habui ac eciamnum ha:
beo locum alium in quo hec eadem summa cum maiori co:
modo collocari potest.
Quod autem D. V. petit à me consilium quid nam sit fa:
ctura cum neminem Consanguineorum vxoris sue habere
possit qui illi circa recognicionem faciendam de more adsistat,
non est mearum parcium in hoc racionibus D. V. prospicere,
Ipsa namq D. V. quemadmodum inscripcionem fecit ac
suscepit, ita curare debet quo pacto eidem inscripcioni satisfa:
ciat. Pecunia de Arenda quam scribit D. V. se ad
me iam misisse, nondum mihi reddita est, posteaq vero red:
detur certiorem illam de hoc faciam. Bene Valeat V.
D. Dat Cracouie die festo Sancti Ambrosii Anno
domini M. D. XXXiiij^to

Petrus Tomicski Eps. Crac. Vicecancell.
Benedicto Isdbienski Canco Craccouiensi.

VEnerabilis domine frater in Christo charissime. Proficiscentibus
nobis huc ad Kielcze per bona vestra Brzezini descenderat
ibi ad nos dominus Odrowasch Castellanus et Capitaneus Leo:
polien. qui tum eodem quoque in Piotrcow profectus est et excusa:
uit se coram nobis, quod propter aduersam valetudinem vxoris
sue non potuerit adducere illam ad recognoscendum quod ipsa
ratam habitura esset obligacionem sortium bonorum Iaro:
slaw per eum Nepotibus meis Swidrois factam Nos vero
declarauimus illi quam molesta sit nobis hec tanta ipsius ad:
ducende

ducende vxoris dilacio, remqz vti par erat verbis aggraua:
uimus, adicientes q nos Iure repetere poßemus ab ipso va:
dia interposita, eo q preterlapsum sit tempus quo satisfa:
cere inscriptioni debuerat, denunciantesqz illi nos prosecu:
cionem ipsam vadiorum amplius non dilaturos esse vbi ipse
inscriptioni à se facte satisfacere tandem non curauerit, ipse
vero recepit se breui omnia que ad exequendum inscrip:
cionem et obligacionem predictam pertinerent cum sua vxore
prestiturum esse, rogans vt hanc dilacionem à se admißā
boni consuleremus ad vadiorumqz prosecutionem non pro:
cederemus id quod nos, eo q non possumus non tractabili
eße ingenio, facturos nos recepimus: Quia vero obliti sumus
dicere q° illi q non integram pensionem Nepotibus meis ob:
ligatam soluißet, vos admoneatis illum meo nomine, vt inte:
gram pensionem ad tempus prefinitum Nepotibus meis sol:
uat, qui alioqui valde exile commodum habent ex sua pec:
cunia quam nos meliore illorum lucro collocare in alio loco
poßemus Bene Valete Datum in Kielcze xij Decē:
bris Anno domini M°. D°. XXXiiij°

Petrus Tomicski eps Crac. Vicecancell.
Benedicto Isdbienski Canco Craccovien.

Venerabilis domine frater in Christo charissime. Scripsit nunc ad
nos dominus Barczki litteras commemorans bona que soror
mea domina Wrzesbienska ad vitam suam tenuit per ma-
ritum suum sibi reformata ad vxorem ipsius iure natura-
lis successionis esse deuoluta, commemorans eciam damna que
idem maritus sororis mee in bonis vxoris ipsius domini
Barczki dum erat illius tutor inferre debuisset, volens for-
te idem dominus Barczki eiusmodi damna ex dote sororis
mee defuncte repetere. Nos rescripsimus illi quod cum pri-
mum ille numeraverit dotem per sororem meam in bona
Vrzessensia importata, bona ad vxorem eius deuoluta
que tenuit soror mea illi sine vlla difficultate dimittentur.
Ceterum quod damna attinet, que ipse vxori sue per ma-
ritum sororis mee irrogata esse commemorat ea iure ex
dote ipsius sororis mee sarciri illi non debent, sed si que
essent ex bonis domini olim Vrzesbienski pocius repetenda
essent, que bona cum ad vxorem eius sunt iam deuoluta
ipse ea damna que commemorat si que fuerunt ex eisdem bo-
nis sibi repetere poterit. Ne autem frater meus dominus Pala-
tinus in transigendo cum ipso domino Barczki hoc negocio,
consultore careat, volumus vt posteaque expedietis vos
in Pabiianicze, ad eum recta proficiscamini adsitisque illi co-
silio vestro et sitis cum eo donec predictum cum domino
Braczki negocium in toto conficiatur, finemque debito termi-
netur

Dominus Kirwienski Succamerarius Calissien. Nepos meus pretendit eciam ius habere ad partem Dotis fratri et Nepotibus meis de bonis Vrzessiensibus restituendi Quare in hac parte re de qua nobis nihil penitus constat, adsitis consilio vestro domino Palatino fratri meo. sed si pater domini Kirwienski nihil dedit de sorte sua pro Dote Sorori meae defunctae non putamus quod aliquid debeatur domino Kirwienski de hac summa Dotis restituendae, vos tamen melius illic haec omnia dispicietis et cognoscetis.

Caeterum cum numerabitur per dominum Barczki summa Dotis quae ad dominum fratris et Nepotum meorum reverti debet, vos medietatem illius pro Nepotibus meis accipiatis et ad nos afferatis Bene Valete Datum in Kielcze die xii^a Decembris Anno M^o. D. xxxiiii^o

26 XII

Venerabiles domini fratres in Christo charissimi. Exposuit coram nobis honorabilis dominus Vicecantor Ecclesiae Collegiatae Sandomirien, quod cum non ita pridem cittatus fuerat per vos vigore Comissionis Apostolicae per Clementem Pontificem nuper defunctum ad vos datae et ipse ob adversam valetudinem suam non comparuerat coram vobis in termino ipsi praefinito, vos sentenciam excommunicationis contra illum pronunciastis, Nos miramur plurimum vos post mortem Clementis Pontificis ad execucionem Comissionis sub nomine illius editae processisse quippe quae per obitum illius fuerit iam

consumpta enaporata et extincta Quare hortamur vos ut eidem domino Vicecantori absolucionem sine dilacione et difficultate aliqua impendatis utcumque ea ipsa absolucio non sit ei necessaria ex eo quod sentencia contra illum per vos lata fundata sit in Comissione extincta morte Pontificis ad euitandam tamen sinistram aliquam suspicionem et scandalum aliorum hominum cum utique ad cautelam absolnatis Bene Valete Vestre Paternitates Datum in Kielce die Sancti Stephani Anno domini M° D° XXXiiii°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancellar.
Georgio de Conopat palatino Pomeraniæ.

Magnifice domine amice charissime. Reddite sunt nobis litere Vestre Magnificentie, quibus primum dolorem suum ex casu filii, aliorumque seruitorum meorum conceptum, nobis aperuit. sentenciamque suam quemadmodum Zaiffretones autores illate ipsis seruitoribus meis vis ac iniurie, atrox et nepharium facinus suum expiare deberent significat, deinde totam hanc tragediam quantum ad filium eius attinet, voluntati arbitrioque meo permittit, volens habere ratum id totum quod nobis in transigenda illa equum et iustum videtur. Nos certe ut antea scripsimus Vestre Magnificentie magno quoque dolore sumus affecti ex ipso casu seruitorum meorum et quantum dignitati professionique mee licuit, nihil pretermisimus, quod ad vindicandam illorum iniuriamque ignominia pertinere videbatur. Verum cum videremus inter cognatos, amicosque seruitoris mei interfecti et Zaiffretones

concordiam coiuisse, neq3 existimaremus quo nam pacto alio, preter q3 concordia ipsa, illata vis et iniuria servitoribus nostris sarciri posset. contulimus q3 animum et propositum nostrum ad amplectendam eam ipsam concordiam, cui suscipiende q3 subscribit Vra q3 Mgcia, est nobis hoc eius prudens consilium magnopere gratum, dabimusq3 operam, vt tum pro dignitate nra, Vreq3 Mgcie, tum pro eius filii ceterorumq3 servitorum nrorum honore conficiatur. Quod autem Vra Mgcia filios suos commendavit, nos non solum eos, sed ipsam q3 Vram Mgciam eiusq3 domum vniversam favore ac benevolencia nra semper donec trahemus spiritum complecti volumus. Valeat foelix et incolumis cum suis Vra Magnificencia, nosq3 amore ac studio suo prosequatur Dat Craconie die xxviij Septembris Anno dni 1534.

Petrus Tomic. Eps Crac. Viccecancell.
Castell° Gdanensi.

Generose domine amice charissime. Agimus et habemus vobis gras q3 dolorem prius ob adversam valitudinem nram conceperatis, postea vero edocti nos convaluisse magnam leticia ac solatium inde ceperitis. perpendimus namq3 ex hoc vestrum erga nos studium et affectum singularem nobis pluries iam alias cognitum, quem vt solemus, volumus vobis viciβim favore ac benevolencia nra semper referre.

Nos tota hac estate egrotavimus graviter, et quod magis attriuit vires nras, multis alioqui antea curis et egritudinibus confectas dolor nr ter remittebatur, totidemq3 vicibus exasperabatur

balur et gravius recrudescebat, nunc vero valemus quidem me:
lius sed affecti adhuc debilitate magna in membris omnibus.
Speramus tamen q tempus ipsum regimenqz vite debitum igni:
culos et fomenta omnia egritudinis nre conminuet. pristinasqz
vires nobis restituet

De motu bellico quem formidari isthic scribitis, et de quo erat huc
quoqz iam ante perlatum, nos putamus hanc nebulam in nichilum
esse abituram, presertim cum hiems appropinquet, qua bella non
solum inchoari, sed cepta eciam interquiescere solent, non dubita:
mus tamen. D. Vras dominos terrarum istaru Consiliarios in hoc
presenti earum conventu inituros esse rationem qua vis hostilis
si que in terras istas ingrueret, arceri et propelli ab eis posset
habent autem. D. vre istic pecuniam pro necessitate illaru
publica, contributam, qua ad conducendum militem Mercena:
rium siquidem videbitur fore necessarius uti poterint et ipse q°
cum Nobilitate sese equis ac armis instruent et parabunt. ad
quod faciendum hoc propensioribus animis esse debent q Mtem
Regiam bello alterius hostis nunc esse implicitam cernant.

Quod nobis scribitis expedire plurimum, ut Mtas Regia ad Civi:
tatem Gedanen diligenter oculum reserat suum, id ipsum fore
necessarium scripsit q° nobis Rmus. D. Io. Dantiscus Epus Culmen, et
ipsi nos in eadem sumus sentencia, scribemusqz et suggeremus
consilium nrm opportunum in hac re sue Mti cum primum scri:
bendi ad illam occasio sese nobis offeret.

Nescimus quo adducta consilio Mtas Regia, Controversiam do:
minorum Consiliariorum terraru istarum cum domino Costka, ad
suum in Regnum reditum suspendere dignata est, quam sine ne:
gocio conficere et determinare potuisset. Utcumqz vero sit, cum de:
clarare dignata est sua Mtas q ea quecumqz per dominum Cost:
ka dicta sunt, honori et bone existimacioni. D. suarum non sint

nocitura non est, quod ille anxium et inquietum animum habere ultra
debeant quam potius decisionem predicte Controversie exoluti omni
molestia opperiantur.
Miramur plurimum quod sua Maiestas retractauit decretum suum inter
vos et dominum Costka super bonis Reboff latum et certe factu:
ram id eam non sperabamus quandoquidem ipsa decreta sua, in:
eorum robore debito conseruare semper consueuerit, verum quoniam
ita res cecidit, equo animo illam feratis, et expectetis quousque sua
Maiestas in Regnum redierit, nos vero tum si viuemus, ab illa cau:
sam eius facti perquiremus et quod pro vestra iusticia fore videbitur
agere non —— pretermittemus.

Declarauit nobis seruitor noster Venerabilis Albertus Kiewski vos
negotium et causam ipsius quam habet cum Consulatu Gedanensi
ac etiam cum domino Joanne de Verden Capitaneo Honensi cu:
randum et tractandum recepisse, id quod pergrato animo audiuimus
et rogamus vos plurimum habere velitis hoc ipsum eius negotium
comendatum, impendatisque operam vestram, vt citra litis molestiam
quam seruitor noster libens declinare vellet, equis et honestis ali:
quibus racionibus conficiatur. In quo rem gratam nobis facietis
quam et nos vobis beneuolencia nostra referemus, et ipse studebit
semper promereri.

Dominus Hieronimus Laski Palatinus Siradiensis captus est iussu
Serenissimi domini Joannis Hungarie Regis, detineturque in Arce Bu:
densi Qua causa id factum sit, et quidnam cum eo agitur postea,
hic adhuc compertum non habemus.
Heri aduenerit hic Cubicularius Regie Maiestatis cum literis quibus
scribitur duos insignes dominos ex Moskouia ad Maiestatem suam
cum socijs alijs multis Vilnam venisse, seruicioque illius sese
addixisse et iuramentum fidelitatis seruande illi prestitiße
consuluereque modis omnibus vt sua Maiestas hostem suum Moscum

bello quo maiori potest premere iam desistat, pollicentes habituros eam victoriam, et reliqua omnia pro suo voto / Scribitur etiam partem exercitus Lithuanici Mosconiam irrupisse et aliquot conflictibus in diversis locis foeliciter peractis et oppidis aliquot exustis cum captivis et preda ingenti salvam ac incolumem revertisse. Bene valete. Datum XXVIII die Septembris Anno domini M°. D. XXXIIII

Petr. Tomic. Eps Cracc. Vicecancellarius.
Bernardo Macieowski Castel° Czechowien.
Judici Terre Sandomir. Referendario regio.

Generose domine amice charissime Tametsi vos nichil nobis unquam scribatis neque scribendi officio declaratis vos esse de numero amicorum nrorum. Nos tamen gaudemus vos ex Lithuania in Poloniam salvum et incolumem revertisse. Caeterum cum iam filius vr Samuel Canonicus Ecclesie mee ex Piotrcow in Pabianicze discesserit, postulamus a vobis ut si tam cito ipsi constitui apud nos non poteritis nobis de rebus omnibus que in Conventu concludentur et constituentur perscribatis per dominum Opalenczki Collegam vrm aut aliquem ex servis meis qui istic sunt significetis, posteaque vero per negocia et occupaciones vras vobis licuerit ad nos veniatis. Nos namque in hoc secessu meo cum amicis meis libenter colloquimur. Bene valete Datum in Kielcze XIX^a Decembris Anno. M°. D°. XXXIIII°

Petrus Tomicki Eps Crac. Vicecancell
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime. Post perpetue seruitutis ac oracionum mearum in graciam Mtis Vre Serme humilem commendacionem. Hodie decessit dominus Joannes Ossiek Viccarius Ecclesie mee qui quoniam habuit quoque in eadem Ecclia Altare collaciones Mtis Vre prouentu admodum exili nam octo duntaxat Marcarum pecunie misit ad me ilico post eius obitum Illma domina Hedwigis Reginula filia Mtis Vre rogans me plurimum, supplicarem suo meoque nomine Mti Vre Serme, quo Altare istud vacans Capellano ipsius domino Alexio conferre dignaretur qui cum D. sue Illme multos annos seruiat vsque adhuc tamen prouidere non potuit propter alios presentes qui vel immeriti omnia preripiunt tolluntque supplico itaque Mti Vre Serme dignetur se benigne et clementer precibus ipsius Illme filie sue accomodare, ipsique eius Capellano dictum Altare graciose conferre ac literas presentacionis suas super illud mittere quo pauper Sacerdos et ad seruiendum reddatur alacrior et hoc Altari quasi premio diuturne seruitutis sue consoletur, merebitur vna mecum perpetuo Mti Vre Serme Illma domina Hedwigis Reginula hanc graciam quam in seruitorem illius benemeritum collocare dignabitur. Comendo me iterum supplex Mti Vre Serme quam dominus deus in sua gracia conseruet quamdiutissime sanam foelicem semperque incolumem Dat Crac iiija Augusti Anno Mo. D. XXiiij

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Præmisliensi.

RME in Chro Pr et domine amice et frater charissime ac honorand. Mortuus est hodie dominus Joannes Ossiek Vicarius Ecclesie mee qui habuit eciam in eadem Ecclesia Altare collacionis Regie de prouentu octo Marcarum pecunie in moneta, quod quia Illma domina Hedwigis Reginula cupit conferre, Capellano suo domino Alexio dudum sibi servienti, scribo rogatu D. sue Illme Mti Regie, supplicans vt hoc ipsum Altare vacans, prefato domino Alexio conferre, litterasqz presentacionis ad illud sibi huc mittere dignaretur. Quare rogo plurimum D. Vram Rmam adiuuare velit apud suam Mtem, preces ipsius Illme dne Hedwigis Reginule et meas, quo predictum Altare iuxta votum ac desiderium D. sue Illme conferre non abnuat, que opera D. Vre Rme vt erit illius Illme D. gratissima, ita illam plurimi apud se semper faciet, graciaqz sua quoad poterit referre dignabitur. Valeat foelix Vra D. Rma cuius beneuolencie me ex animo commendo Dat Crac iiij Augusti 1534



Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Ioanni Laski Gnesnen et Lancicien PPto
Canonico Craccouiensi.

Rnde domine fr et amice in Chro charisme. Accepimus lras D. Vre quibus tam de fris sui domini Palatini negotio bene transacto, q de certa pacis Hungaricae expectacione nos certiores fecit. que vtraqz res non minus est nobis grata quam officium D. Vre, ab illius erga nos propensione animi profectum incundum. pro quo illi magnas agimus et habemus gras. Caeterum ab illa rogamus, veniam det in hoc nobis, q serius qz conueniat illius respondemus lris. Piotrconie enim tot res, totqz hominum negotia nos occuparant, vt vix nobis satisfacere potuerimus, nedum quod amicorum officiis respondere nobis licuisset. Ac his quidem curis fatigati, huc in bona Epatus nri eo consilio secessimus, vt et animi et corporis vires ex ocio recreemus, valetudiniqz nre aliquantisper indulgeamus.
Que acta transactaqz sunt in Conuentu proxime Piotrconie habito non putamus operepretium esse D. Vre explicare, ea enim nihil dubitamus illi iam ante ✝ aliud nihil est quod hinc scitu dignum scribi possit. Quod restat ex animo optamus vt Do. vra optime Valeat sitqz semper incolumis et foelix Dat in Kielcze iiija Febrvarii Anno. Mo. Do. XXXiiijo

✝ et scripta et narrata esse ab aliis copiose. Preter hoc autem ✝

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Hieronymo Laski Palatino Siradiensi

MAg^ce domine amice honoran. Vt mihi gratum est Mgciam Vram huc ad nos redisse, ita vicissim et molestiam id affert et dolorem quod Mgciam Vram non recte valere intellexi namque illi et bonam valetudinem et faventem in omnibus fortunam non secus ac mihi ipsi faveo. Verum cum eiusmodi humanos casus qui neque preuideri neque euitari possunt, tollerare magis quam fastidire prudenti et forti viro conveniat. rogo plurimum Mgciam Vram vt inbecillitatem corporis, animi sui viribus subleuare et alacriter valetudinem curare velit ego vero id quod opto illi a deo assiduis precabor orationibus.

In negocio illo quod mihi dominus Castellanus Biechowien. nomine Mgcie Vre declarauit, sentenciam et consilium meum quod commodissimum iudicabam, eidem domino Castellano commisi, quod proculdubio iam ille vicissim Vre Mgcie per literas declarauit, hoc siue illa vtetur, siue non, meam beneuolenciam et affectum a quo est profectum consilium boni et equi consulere velit.

Ceteras literas quas a me ad Serenissimum dominum Joannem Hungarie Regem Mgcia Vra poposcit cum presentibus illi mitto.

Nonnulli amici Verneri Ciuis Eperien., quem Mgcia Vra fide publica militari de se sistendo obstrinxit multum de me meriti, confugerunt ad me, et per literas efflagitant vt liberacionem ab hoc vinculo illi apud Mgciam Vram impetrare

Quibus vtcumq; polliceri ea de re nihil certi possim, deesse tn̄ nolo. Quare magnopere Mgciam Vram rogo, vt suam libera: litatem erga hominem quietum, mitem, probum, et litteratum, declarare, idq; quod eum vehementer angit illi mea causa cō: donare velit, id enim ego Vre̅ Mgcie̅ omni studio et officiis amicitie̅ vicissim referre curabo, et Vernerus si meam inter: cessionem cognoscet sibi profuisse perpetua seruitute sua mere: bitur. Commendo me amori et beneuolencie̅ fraterne̅ Mgcie̅ Vre̅ quam saluam et incolumem citò videre, et post, in rerum omnium affluencia incolumem et q̄z diutissime foelicem viuere ex animo opto Datum in Bodzanczin XXa Februarii Anno domini . M° . D . XXXiiii°

Petrus Tom. Eps. Vicecancell.
Ioanni Regi Vngarie.

SAcra Regia Mtas et domine domine clementissime. Post hu: milem seruitutis et oracionum mearum comendaciōm / Mgcūs . Dn̄s Iheronimus à Lasko Palatinus Siradien, ad Mtem Vram Sermam isthuc vel missurus vel ipse profecturus pro amicitia qua me sibi coniunctum esse non dubitat, poposcit à me, vt lris datis intercederem apud Mtem Vram Sermam, quo illius officiorum et diuturne̅ seruitutis racionem habere dignaretur. Qua in re tametsi intelligamus Mtem Vram sponte sua illi et piam et equam futuram, vt tn̄ amici voluntati satisfaciam, qui meam intercessionem sibi apud Mtem Vram Sermam mul: tum confidit profuturam, supplico Vre̅ Serme̅ Mti, vt expensis apud se domini Palatini predicti meritis, expensis eciam illius

laboribus et periculis que pro Mtis Vre gloria, summa con:
stancia et fide pertulit, de munificentia et liberalitate sua il:
lius raciones attenuatas sublevare dignetur, presertim cum ille
Mtis Vre fortunis inserviens, amplam et expeditam here:
ditatem suam multo ere alieno obligavit, et corporis sui bone
valetudini non parum incommodavit. Faciet in hoc Mtas Vra
Serma rem iustam, piam, et non minus sibi honorificam, qz
omnibus qui officia metiuntur gratitudine gratam et acceptam
Quam ego simul cum ipso domino Palatino Mti Vre Serme
perpetua servitute mereri curabo, et eandem meam servitute
iterum atqz iterum Mti Vre Serme suppliciter commendo
et a domino deo precor ut Mti Vre Serme donet et longam
vitam, et optatam foelicitatem cum bona valetudine et omnium
rerum affluencia coniuncta. Datum in Bodzanczin die XXa
Februarii Anno domini Mo. Do. XXXiijo

Ioannes Laski Gnesn. Lancicien. Prtus
Petro Tomicio Epo Cracc. Regni Polonie
Vicecancellario.

RXME in Chro Pr et domine, domine ac patrone observandme
Accepi nudiustercius lras a fre domino Palatino Bude
datas, quibus et Collegam suum in Transilvania nuper obiisse
et se iussu Regio illuc iam proficisci scribit, ut rebus que
ad ipsius illic officium pertinent, iam tandem prospiciat, rogans
me interim, ne me hinc moveam, donec de omnibus illinc per
literas suas me reddat certiorem. Summam enim rerum sua:
rum omnium non aliunde magis pendere qz ex sua, eam domino
Gritti Commentu, qui iam non ita pridem monit Constatinopoli

More autem sue tante nullam aliam causam fuisse, quam Himbraimba:
sche aduentus expectacionem qui partim attritis, partim etiam
compositis rebus Persicis cum ingenti triumpho iam redit Con:
stantinopolim, moxque vt redijt, dominum Gritti huc absoluit, qui
ad Pentecosten Bude expectatur, credit tamen frater se illum adhuc
in Transsiluania reperturum.
Hic rursum Bebek nouam orsus est fabulam, que incertum adhuc
Comicum ne an Tragicum sit exitum habitura. Crucem gestare
cepit ipse, suisque omnibus idem vt faciant sub poena capitis pre:
cepit, non militibus tantum, sed omnibus passim et socijs et sub:
ditis. Admonitus per nonnullos quid faceret, sibi iam constare
respondit sui consilii rationem, se statuisse nomen suum in
Hungaria, etiam si illi moriendum esset, illustrius reddere. Ad
quam rem non aliam sibi occasionem videri meliorem quam si suis
auspicijs Vngaria a Thurcica tyrannide liberetur, id hac
potissimum ratione futurum esse, si ipse se Ducem prebeat om:
nibus quicumque Vngariam a Thurcis saluam esse vellent,
sub signo vicz tam fauorabili Crucis Sancte. Qua quicumque
se exemplo suo insignirent, sua illis secum communia fore omnia:
contra qui illa carerent se illos pro hostibus et Ethnicis ha:
biturum, vt vel hinc coniectura sit locus, quid de regni hu:
ius hic tranquillitate etiam si pax inter Principes fiat, si modo
futura est, sit sperandum? Ego fraterne voluntati obsequu:
tus huc me contuli non dico inuitus, sed quia Calcaribus ad eam rem
multo magis quam freno egerim nec aliam tamen magis ob rem
quam vt illi assiduus hortator adessem, vt si quo modo id facere
possit, hinc se cum dignitate sua explicaret, alioqui iam plurcies
fidem gentis ingeniumque expertus, nisi quod adhuc meo huic in:
stituto obstant quedam que absente domino Gritti transigi haud
quaquam possunt, quorum tamen omnium spero futurum finem postquam
simul conuenerint. Quod restat ego me gratie Paternitatis Vestre Reverendissime
diligentissime comendo ex Kiesmark xi May Anno 1534

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Ioanni Laski Ppto Gnesnen. Lanciciensi
Canonico Cracovien

R. De domine frater in Chro charissime. Litterae D. Vrae quas proxime ab illa accepi tum ob officium, tum ob ea quae de rebus Hungaricis et negociis Mgci domini fris sui in illis continebant: tum fuerunt mihi gratissime pro quo officio D. Vrae magnas ago gras. fri vero D. Vrae et isti Hungaricae reipublicae gratulor de his, quae ut bene gerantur et exitum in adventu Illrus Principis domini Regni bonum obtineant, in spe habent collocata, Ex contrario a deo omnibus votis poscens, ut et bellis et aliis calamitatibus patriam istam Inclytam tandem liberare dignetur. et presertim ab his nefandis et perniciosis Bebek consiliis quae et malevolam et temerariam presefererunt cupiditatem, et nisi in initio statim comprimantur, isti afflicto Regno novam sunt allatura difficultatem. Apud nos nunc nihil est quod D. Vrae sit ad cognoscendum vel nunciandum vel necessarium futurum, sed si quid eiusmodi evenerit quod scribere expediat no permittam D. Vram id ignorare, quam rogo ut de his quoque quae in Hungaria contingerent, me sepius certiorem facere velit Quod reliquum est D. Vram una cum Mgco domino fratre eius sanam et in omnibus rebus foelicissimam esse ex animo opto et a deo precor Dat

Petrus Tomic. eps. Vicecancell.
Ioanni Laski Ppto Gnesnen etc

RME in Chro Pr et domine, domine/ Ex[illegible] cursum a fratre lras accepi xi huius mensis non procul a Coloswar scriptas qui: bus dominum Gritti iam Danubium traiecisse atque in Tar: gowisze apud Transsalpinum Voievodam fuisse iam scripsit. seque ab illo per literas vocari, vt secum quamprimum conue: niret. Moldauum contra se moliri quidem, quominus per Transiluaniam cum suis copiis transmittatur, et quod ea res ipsa est nonnihil remorata cum apud Danubium, tum eciam apud Transalpinos, dum copias suas augere cogeretur. Habet autem Gritti secum viginti plus minus hominum millia, iamque frater illuc est profectus cui ordines omnes Transiluanien miserunt cursus obuiam virum inter ipsos non postremi nominis, de ip: sius ad se aduentu gratulan, sed ad ipsum in Coloswar omnes conuenturos et pro debito officioque suo ipsum tamquam Voievo: dam esse excepturos. Statilius eciam omnem suam operam ita pollicetur fri, vt qui maxime/ Cebinienses qui toto hoc tpe steterunt a partibus Serenmi Ferdinandi Regis habuerunt et hii quod suum apud frem Nuncium, offerentes dedicionem si illuc veniat frater, se nulli alteri salutem suam suorumque preterque fri soli credituros/ Moldauum autem ideo domino Gritti infestum aiunt esse, quod Thurcarum Caesar illi iusserit vt quicquid in Hungaria haberet id totum Mti huic Re: gie libere omnino et quamprimum reddat, atque ita rebus suis metuit a domino Gritti, a fre presertim si Transiluania habeant in sua administracione.

De pace inter Principes quid sit sperandum nondum scio, scri:
bit tamen dominus Gritti se ita à Caesare suo esse absolutum
quodquidem ad regem Joannem attinet, vt ne rex ipse quicq
melius optare possit, et audio Cornellium illum mei Caesaris
Secretarium non prius discessurum Constantinopoli quam vel
Gritti ipse rursum illic redeat vel ad Caesarem illum de
animo Serenissimi Regis Ferdinandi per litteras faciat certiore

De recuperata per Turcos Corona iam puto non ignorare
vestram Reverendissimam D. et quod huic nouo sit publice gratulatum
Bude summa letitia crebrisque Bombardarum ictibus

Barbarossa iterum insignis ille Pyrata, summusque Andree
de Auria emulus iam soluit Constantinopoli, habet centum
octuaginta Triremes vt audio instructissimas, preter alia
plurima Nauium genera

De motibus Germanie iam verus esse arbitreor apud V.
D. Reverendissimam, et hinc tamen ego vereor ne oriatur ma:
ius incendium, Nondum enim in lucem prodiderunt omnia
Maßilien illius Conuentus mysteria vt prope modum
illud adhuc dici possit folia non cadunt

Misißem V. D. Reverendissime articulos quibus se Anglie Rex
odio Pontificis coniungere nititur Euangelicis omnibus tum
Principibus, tum Vrbibus, nuper enim ad Principes fere om:
nes Germanie Oratores suos vt illos in suas partes pertra:
heret sed hec iam pridem cognita esse credo vestre Dominationi Reverendissime
Cuius gratie quod nunc reliquum est me meaque omnia dili:
gentißime comendo. Nam repentinus Nepotis huius ex
sorore mei huic discessus non patitur me plura scribere
Ex Kiesmark vigesima secunda Maij Anno domini
M° D° XXXiiij

Ex Nander Alba scriptum

Veni huc heri ad Zanzacum huius loci, habuique illum prope Slancamen obuium, qui Danubio ad Essek proficiscitur habet secum LXIII Naues bene et ornatas et armatas Equites etiam ad Rippam ibant circiter 2000. Is me summo gaudio vidit et excepit, credens me ob id aduenisse vt huic mecum ipsum vel suas copias abducerem difficileque dictu est quantum sui milites plaudebant et letabantur ex aduentu meo. Credunt enim quod ad aliam Palotam eos mecum deberem abducere in qua prius potiti erant multis et preciosis spoliis Nam postquam defecit Bebek hic magna fama meruit de Germanico Exercitu, et ob id Zanzacus ad Uranum progreditur, quem licet ego edocuissem vt res habent et quomodo Serenissimus Ferdinandus Rex istic suas copias teneat non vt bella mouerent sed vt castigarent rumpentes Inducias: Ipse tamen credidit quantum voluit, nichilominus postas pro leuandis Spagiis et Tymarmicis misit, qui omnino hic intra quatuordecim dies aderunt, eruntque vsque ad numerum 8000 equitum

Caesar Thurcorum triumphauit ex recuperato Coron et tota Curia † submersis Bombardis et aliis munitionibus, quas secum abducere nequibat attriti magna Pestis rabie conscenderunt sex Naues, et sic versus Siciliam vela dederunt. Thurci data fide illis Albanesiis, qui in Coron cum pueris et vxoribus antiquitus fuerunt, receperunt illam fortem Ciuitatem. Albanesiis deinceps egre est fides seruata, qui flent et conuiciantur illos nostros Christianos Capitaneos ac milites, quod per illos sic destituti ac macellis expositi sunt. Secute sunt nonnulle Thurcice Triremes illas fugientes reliquias sed nullum hic adhuc nouum est quid Inferit fortuna

† tribus diebus letabatur. Nam milites qui erant in Chozon

Imperator est solus Constantinopoli paratus vt illa qua vellet exire die cum suis copiis iret contra Persam, Sed Himbarim: bascha, cotinuis suis ex alepo litteris, vrgere Coesarem, ne se ante qz ipse significet moveat omni enim suo conatu nititur vt inter suum Imperatorem et Persam concordiam conficiat Sed oppinio est istius hic Zanzaci, omnino Imperatorem itu: rum cum iam Coron recuperatum existat. Himbrahim ante Bascha vt dixit solus est in Alepo sed premisit 50000 ho: minum ad Carabemith provinciam ad Eufratem, conaturqz Bagdat q nos Regnum Babilonie vocamus ad sui Coesaris subiectionem reducere tamen res tardius agitur nam Persa illa confinia cum Electis 15000 hominum munivit qui cu illis 50000 iam manus conserere studebant, nulla tamen ecia hic est quid successerit certitudo

Beglerberbek seu Bascha Anatolie precessit ex Constantino: poli vt Trapesuntinos Caranosqz et alios illos populos collige: ret, is scripsit suo Coesari habere se omnia parata.

K Kezelbascha qui est magnus Can Thartarorum assiduis depopula: cionibus Corossan Regnum quod nos Bragetra vocamus grassatur, contra quem solus Persa relictis ad ista confinia presidiis progressus est. Alioqui iam fuisset Himbraibasche datum negocium nisi illuc abiuisset.

Barbarossa est etiam ipse Constantinopoli, emisit tamen partem classis maiorem, reliquam autem diligenter armat, dominus qzº Gritti est ibi apud Coesarem qui non prius egredietur donec certum aliquid Coesar de expeditione sua statuet

Cornelius Orator Sacre et Catholice Mtis Coesaree assidue frequentat domum domini Gritti neqz eciam ipse discessit inde Dat ex Nandoralba die Dominico Pentecostis 1534

Post scriptas istas supervenit quidam Mercator Ragusens qui Do. Cornelium Dominico die ante Ascensionis in Zophia

dum Constantinopolim pergeret alloquutus est nam ipse dominus Cornelius ibi eciam in domo alterius Ragusei Negociatoris hospitatus fuit dixit mihi vehementer ob interceptum Coron esse prostratum atque merore concussum ac dixisse si hoc nonum habuisset antequam Thurcarum terram fuisset ingressus nunque se Constantinopolim profecturum

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Ioanni de Lasco PPto Lanciciensi.

RME domine fr et amice in Chro charisme. Nactus enim Nuncium dominum Franciscum Russoczki cui meas ad D. Vram lras recte darem, tametsi nihil habebam quod scriptu dignum fore et auditu iucundum posset, illum tamen vacuum hinc ad D. Vram abire nolui, quare illam presentibus viso et saluto, omniaque illi fausta et integra a deo precor. Caeterum pro eo quo in me est animo et voluntate ab illa rogo vt officium scribendi quo me prosequi cepit non intermittat, de his enim que isthic aguntur a D. Vra quam ab alio quovis cercior fieri malo, vtcumque eciam alius sit hoc tempore nemo, preter D. Vram qui isthinc vel minimum mihi de rebus evenientibus scribat.

Apud nos quod palam comprehendere licet quieta et tranquilla sunt omnia nec triste quicque huiusque nobis obtigit, nisi quod Mtas Regia dominus me clementissimus paulo ante ex estu nimio Solis in venatione contracto in quendam languorem corporis inciderat ex quo dei gra et opera Medicorum iam est optime sublevatus ego eciam a tribus supra Septimanis egroto egritudine gravi iam tn deo sunt gre et mihi incipit

pristinae valetudinis facultas paulatim subrepere et spero me dei auxilio cito pristinas vires meas recuperaturum de quo tamen utrumque successerit et de aliis quae occurrent D. V. certiorem facere curabo Quam interim opto esse foelicem et recte atque multos in annos sanam et incolumem Dat. Crac. die xa Julii Anno domini Mo D. xxxiiiio

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Poloniae.

Scripsit mihi nuper ex Hungaria dominus Laski Praepositus, Secretarius Vrae Serenissimae Mtis dominum Ludovicum Gritti cum in Hungariam veniens ad Transsilvaniam descendisset et dominus Czibak quem Serenissimus Rex Joannes Voievodam Transsilvaniae parum retroacto tempore constituerat, eodem quoque sese ad illum contulisset, subordinasse quendam Hungarum Urbanum Bathiani qui illum obtruncaret per insidias caputque interfecti sibi afferret quod ille hoc faciliore negocio est executus, quod sibi cum domino Czibak intercedebat nonnulla familiaritas eo itaque modo interiisse fertur vir ille, uti audio omnium in Hungaria maxime popularis et qui Regi Joanni ut fuit semper fidissimus ita magnopere charus cui Rex ipse Joannes rerum suarum adversis eventibus prospiciens, Arces omnes suas munitiores concredere solebat nec alium quempiam capaciorem consiliorum suorum quam eum esse voluit, quo magis verendum est ne ob illius tam iniquam tamque turpem necem et interitum suscitetur gravis aliquis motus et perturbacio in Regno Hungariae racioque futurae pacis cuius gracia dominus Ludovicus Gritti venisse illuc creditur labefactaretur. Me iterum graciae Mtis

Vrē Sermē supplex commendo quam cum suis omnibus dominus deus in sua gracia quā̄diutissime sanam foelicem semperque incolumem conservet Dat. Crac. die ultima Augusti Anno domini M° D° XXXiiij°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni de Lasco Ppto Gnesneñ Lancicien
Canonico Craccoviensi.

R. De domine amice et frater in Chrō charissime. Recepimus nuper lrās. D. Vrē quibus de congressu domini Palatini fris sui cum domino Gritti et de crudeli et nefando domini Czibak Epi Varadien interitu nos facit certiores pro quo illius tam accomodato scribendi ad nos officio agimus et habemus illi magnas grās, et refferre id omni benivolencia per quānis occasionem curabimus. Ceterum mors domini Czibak partim quod per scelus quod non oportuno tempore conciliata est magnum nobis allatura videtur concordie et paci in Hungaria statuende impedimentum, nam ut audimus is homo inter charissimos a Sermō Rege Joanne habebatur. Sed hec tn fata et deus fatorum arbiter fortaße vertent in melius et eam quam diu speramus pacem demittent de celis, ut illam populus afflictus tandem nactus et ab oppressionibus respirare et deum cum sanctis eius ingit collaudare possit. Expectabimus aliud nunctium ab eo quem D. Vra expectat Tabellarium et optamus ut opta nobis afferat, et ea que ad consolandā Sermorum Regum meorum Aulam a nobis in Aulam scribi possit. Interim D. Vram bene Valere et foelicem esse una cum domino Palatino fratre ex animo optamus Dat. Crac. die penultima Augusti Anno dni 1534.

De cede Cibak et Gritti
ex Transiluania scriptum

Laski captiuatus.

Novitates de Gritti breuibus perscribam, ea fide qua illas acce:pi ab hiis, qui ante biduum huc venerunt rebus omnibus inter:fuerunt. Gritti posteaqz ex Thurcia cum Exercitu sex mil:lium virorum in Valachiam et Transsiluaniam peruenißet mox à cede Emerici Czibak Epi Varadien, qui illius iussu ex instigacione Doczi Jannsch et Vrbani Bathiani capite plexus est ad Oppidum Megesch, quod Germani Mulnbach appellant, iter suum instituit, à cuius ingressu cum à Ciuibus prohiberetur captis hiis qui sibi obuiam processerant. Oppidum vi intercepit. Que res vbi innotuis:set Mailatho Capitaneo Regis Ferdinandi in Transiluania ac plerisqz Ciuitatibus, e vestigio missi Nunctii ad Syculos et Palatinu Moldauie, imploratum suppetias, ad reprimen:dam tantam tyrannidem et violenciam, Palatinus Molda:uie nihil cunctatus misit 12000 virorum, quibus accesserunt 18000 Syculorum atqz ita iunctis copiis Transiluani:cis, conflatus est Exercitus 40000 virorum, qui Ciuitatem Mulnbach aliquot septimanis obsidione cinxerunt, deinde Vrbanus Bathiani Kl octobris è Ciuitate ad ipsos op:pugnatores defecit, tametsi antea semper partes . L. Gritti tutatus fuerit impetrauit autem ab ipsis veniam et gram propositis racionibus quibus Ciuitas cum ipso Gritti facile capi poßit, esse in Ciuitate circiter 1500 armatos Hunga:ros, quorum presidio, dummodo illi postridie oppugnationem molirentur se Thurcas defensionem parantes repreßuru

simulq; murum patefacturum. Quod consilium cum illis non
improbaretur, Vrbanus rursus in Ciuitatem dimissus est, huic
ad diem dictam, hoc est ad sequentem feriam sextam capta
est Ciuitas forinsecus strenue oppugnari. Tormentorum vi,
que ex Hermeschtat adducta erant, demolitus est murus
Turcas propugnatores murorum ruinas vasis et roboribus
instaurare conantes, Vrbanus Bathiani magna vi repulit
unde meis patefacta via mox Ciuitas intercipitur, omnes
Gritti copie miserrime trucidantur, preterq; 40. Turce
qui Turrim quandam occupantes totam diem cum dimidia
ferocibus animis sese defenderent, à Mailato Capitaneo
vita donati ad Castrum illius Vogrosch missi sunt/inter has
rerum turbas L. Gritti vbi animaduertisset Vrbanum
Bathiani dolis secum agere comitatus duodecim equitibus
de Ciuitate erupit et ab Exercitu Moldauico circumuentus
cum duobus filiis capitur. Ea dum sic geruntur Germani
pedites, Doczi Jannßium in fastigio cuiusdam domus repertu,
traiecta Corrigia per illius axcicultas ad Malatum Capita:
neum protraxere innumeris pugnis et verberibus foedis:
sime contusum, mox à Mailato et reliquis Capitaneis. L.
Gritti et Doci Jannsch questionibus adhibentur, et tormé:
tis veritas explorata est. Inter cetera autem hoc fassi sut,
Ludouicum Gritti eo consilio in Transsiluaniam venisse, vt
trucidatis omnibus Prefectis et Magratibus Thurcici Capi:
tanei quos secum habuit in illorum loca sufficerentur, qui
rerum potiti, demum Tranßiluaniam Turco traderent, cum
primis vero illum de Subiicienda sibi tota Hungaria
varia consilia agitaße. Cum itaq; iam satis vterq; exami:
natus esset Capitaneus quidam Moldauicus equo vectus
Ludouico Gritti caput amputauit, quod cum à Germano
quodam sublatum est, mox illius duo filii equo insidentes
et dorsis connexi colligatiq; ablegantur/Doci Jannßio

coactus est Turca quidam cervicem precidere. his rebus peractis Thesauri omnes iussu Mailati Capitanei ad Castrum Vigrosch abducti sunt Vngarorum Capitanei fuerunt Emericus Valaschi et Betleem forkasch. post hec Moldani, Syculi et Transilvani facta nova confederacione, ne alter alterum desereret ipsum Mailatum in Palatinum Transilvanie communi consilio crearunt. indicta sunt ad festum Symonis et Jude Comitia in Hermerschtat, quorum qualis sit futurus eventus, in brevi experiemur

Rex Joannes ratus se aptam recuperande Transilvanie occasionem nactum esse ad Oppidum Tornbek cum 2500 virorum se recepit. cui a Syculis et Transilvanis nunciatum est se nullum Turco subiectum imperitatem passuros, imo unum duntaxat Regem et dominum, non duos se habere velle quo nuncio absterritus Rex Joannes Tormenta sua mox Varadinum relegavit, quo illum eciam perhibent in brevi venturum,

Ante dies octo in Aperias apud Petrum Peremni fuit frater domini Laski, cum centum circiter equitibus, inde ad Regem Joanné eliberandi fratris gratia sese recipiet, quamquam intelligo Vngaricos dominos qui sunt a partibus Regis Joannis ita Regi locutos esse: omnes ab illo defecturos si Laski liber dimitteretur Que si ita se haberent, non multum esset spei de illius liberacione relictum. Hec tamen omnia tempus aliquando indicabit.

Stephanus Brodericus Eps Sirmien
Tomicio Epo Cracc. R. P. Vicecancell.

RME domine domine ac benefactor colenme serviciorum meorum comendacionem. Bone deus in que tempora incidimus nos in hoc miserrimo et afflictissimo Regno. Sperabamus bona et ecce turbatio. Sustinuimus pacem et non venit. Papirus me deficeret si vellem Vre D. Rme seriem totam eorum que hiis paucis mensibus aut Septimanis pocius contigerunt ex ordine describere, Summa illa est Lodovicum Gritti tante auctoritatis dignitatis ac divitiarum virum ad duos Reges pacificandos venientem, ob interfectum Rmum D. Epm Varadien locumtenentem tunc in Transilvania Regium, in Oppidum Meggeß inclusum et tandem captum ac capite truncatum esse, filios eius cum toto Thesauro ad Moldavum per eius Exercitum ac servitores in quorum manus in illo capti Oppidi tumultu inciderat, abductos Joannem Doczi Thezaurarium eodem fato periisse Urbanum Bathiani Capitaneum sub fide in Coloßwar servari. Hungaros et Valachos fere omnes salvos. Ex Thurcis multos periisse, pauper Tranquillus meus, Secretarius Gritti, et ipse captus servatur, hec sunt que hiis diebus contigerunt. Nunc Rex D. M. C. ingreditur in Transilvaniam ad pacandam illam provinciam et in officio retinenda. Ego vado ut cum domino Turzone conveniam in negocio pacis si quid boni effici posset, cum quo superioribus eciam diebus fui. Servicia mea Vre R. D. unice comendo Que felicissime valeat. Varadini 9a Octobris Anno 1534

Stefanus Brodericus Eps Sirmien
Petro Tomicio Epo Cracc. Vicecancell°

RME domine et frater mihi observanme salutem et servicio: rum meorum comendacionem. Nescio quomodo contigit tã raras meas ad Vram D. perlatas lras cum ego si non valde frequenter scripserim tamen aliquocies ad Vram D. presertim quando data mihi fuit materia magis necessaria et ponderosior scribendi, scripsi proxime eciam ex Varadino per servitorem domini Marschalci de casu Grittiano et Czibakiano vbi et Doczii Joannes Thesaurarius fuit obtruncatus. Nos vbi maxime pacem sperabamus et manibus tenere arbitrabamur, rursus reiecti sumus in altũ, deo ita volente, cui sit honor et gloria, et graciarum actio, de omnibus quibus nos visitare dignatur propter peccata nrã et patrũ nrorum Qui solus misertus nri potens est nras res in melius restituere Nunc Rex dominus meus clementissimus paccavit totam Transsilvaniam et in potestatem suam omnia redegit. Cibinium eciam redegit ad obedienciam, Mgcus dominus Sthephanus Mailath factus est Vaivoda Transsilvanus ad mediam partem, credo id factum esse ne quid honori domini Laski captivi incommodaretur. Causam captivitatis domini Laski (Non enim captivitas eius mecum fuit communicata) nescio, suspicor tamen in causa fuisse necem domini Czibak et obsessionem Varadini, iussu Lodovici Gritti per eum factam speramus tamen cito liberabitur et cum honore, habebitur in hoc racio non solum serviciorum domini Laski, sed et Nobilissime Nacionis Vre Polonice, adeo de Sermo Rege nostro

et de omnibus nobis benemerite. Ita spero futurum. Ego rursus
rogatus per dominum Thurzonem credo intra paucos dies cum
ipso conuenire, non longe à Strigonio, vtinam foeliciter et fau:
ste. Ego in Epatu Quinqzeclesien' sic mihi per Mtem domini mei
donato multa impedimenta patior per ipsosmet meos et deus
scit nunqz magis fui animo irrequieto, qz nunc, vtinam pos:
sem cum Vra Rma . D. vel vnius hore colloquium habere.
Nihil magis versatur in animo, presertim si pax non fiet sine
qua hoc Regnum saluum esse non pt, qz conferre me in aliud
locum securum et reliquum etatis post tot curas et erumnas
quibus assiduis ingibus ac perennibus maxime post amissa
Belgradum quod fuit nri excidii principium, exigere, in ali:
quo honesto ocio, et qualicumqz exigua fortunula. Id me
credo facturum, et eo tota mentis intencio tendit. D. mi Vre
supplico, dignetur me gracia et amore paterno Vt facit pro:
sequi. de cuius valetudine recuperata gaudeo ex toto corde
Quam non dubito ad hoc tempus optime confirmatam, Quod
dominus deus concedere dignetur, domino meo Rmo Cirio . D.
Plocen' seruicia mea Vnice comendo et foelicissime Valeant
. D. Vre Rme mei seruitoris sui memores. Bude xija
Nouembris Anno domini Mo . D. xxxiiijo

Legatio a Consiliariis Regni Polonie ad Joannem regem Vngarie data Nicolao Rusoczki Castell° Biechouiensi.

Dicta in primis dominorum Prelatorum et Baronum Regni Polonie salute ac seruitiorum comendacione. Domini Oratores apud Sermum dominum Joannem Hungarie etc Regem hec verba facient.

Serme Rex cum fama perlatum, esset ad dominos Prelatos et Barones Regni Polonie Mgcum dominum Jheronimum à Lasko Palatinum Siradien mandato Mtis Vre captum esse et vsqz adhuc detineri, in magnam admiracionem omnes sunt versi, qp gra et animus Mtis Vre in illum tam subito sit mutatus, valdeqz dolenter illorum D. ex hoc casu eius afficiuntur, quippe, qui preter opinionem atqz expectacionem omnium illi acciderit.

Cum enim non solum illorum Dbus sed eciam vniuerso pene terrarum orbi sit cognitum, quà fide, quàqz constancia et quo studio Mti Vre dominus Palatinus Siradien seruiuerit: quantum laborum in eius obsequiis ab illo exhaustum sit, quot et qz longinqua itinera ad Thurcorum Imperatorem, necnon ad Sermos dominos Romanorum, Gallie, et Anglie Reges Principesqz Germanie confecerit, quibus sudoribus et quantis periculis non sine neglectu vite sue sese obiecerit, ac in suma nichil qzlibet arduum et aduersum propter Mtem Vram, alacri, forti, atqz infracto animo desumendum sibi non deposcerit, vt non iniuria dici ac iudicari

possset ab omnibus ipse vnus esse qui solus Regni Mtis Vre Hungarie salutem valde iam desperatam seruauerit, remqz publicam illius inclinatam rursus erexerit, et Mtem Vram ab exilio magna cura, vigilancia, ac sollicitudine sua in Regnum ipsum restituerit, ad cuius demiqz res constabiliendas et in tuto collocandas, omnes fortunas et facultates suas quas habuit in Polonia, insumere non dubitauit: nequaqz adduci possunt ipsi domini Prelati et Barones Regni Polonie vt credant illum in Mtem Vram cuius causa tot tantisqz laboribus et periculis perfunctus fuerit, quidpiam eiusmodi commisisse, propter quod ad eius captiuitatis ac detentionis sue incommodum iure agi et vocari posse videretur.

Non minus qz vendicat et asserit illum ab sinistra quauis suspicione vite ipsius ab eo vbiqz probissime ac honestissie acte racio, quam ipse nedum omnibus nobis in Polonia et solo suo natali, verumetiam multis Regibus et Principibus in quorum Aulis sepe versatus est, abunde probauit. et qz cognitam et perspectam habens Sermus Polonie Rex dominus nr clementissimus illum in ordinem Regni sui Senatorium adscire et promouere participemqz consiliorum suorum facere est dignatus, tantum abest vt sua Mtas aut quispiam alius putare deberet esse illum fide lubrica aut tam mobili ingenio vt huc atqz illuc impelli posse existimaretur.

Illud item non paruum videtur esse innocentie ipsius et illibate erga Mtem Vram Vram fidei argumentum qz ad eam nouissime non vocatus adhuc per Nuncios aut lras, sed vltro a Varadino sit profectus id quod proculdubio nisi optima fretus esset consciencia non fecisset.

Que cum se ita habeant, quotus quisqz suorum esse potest, qui hac vt indignam ita minime expectatam vicem ipsius iusto dolore

et lachrimis non prosequatur? Etenim cum prope instaret iam tempus quo exantlatis per eum tot laboribus et periculis digna premia redderentur, in eam sortem est coniectus vt pro honore et existimacione vitaque sua conseruanda, negotium illi esset: id quod domini Prelati et Barones Regni Polonie non Mti Vre quam iustissimum et benignissimum Regem esse sciunt, sed fortune, et emulorum domini Palatini iniquitati imputatam iri existimant.

Quoniam ergo hec domini Palatini Siradien captiuitas et detencio valde exulcerat dolorem dominorum Prelatorum et Baronum Regni Polonie, quod ad eorum quoque D. non parum dedecoris et ignominie ex illa redundare videatur, quandoquidem confrater et particeps eorum ordinis, reus agatur apud Mtem Vram huiusmodi criminis, propter quod ipsa censuit eum detinendum, obmissis et posthabitis lenioribus ac honestioribus modis, quibus viri militares vel inferioris longe condicionis ad sistendum et purgandum se de obiectis sibi criminibus agi atque obligari solent, cumque nemo non auditus neque conuictus ad poenam postulari iure possit nec debeat, rogant impense illorum D. Mtem Vram Serenissimam, rogant quoque maximopere ipsius domini Palatini Consanguinei et cognati, vt liberum illum dimittere, diemque illi purgandi se de obiecto sibi crimine coram Mte Vra, in presentia Illustriorum a Principibus christianis viciniorum ad eum actum vocandorum, statuere dignetur, ipsi vero domini Prelati et Barones regni Polonie dant et obstringunt per nos pro eo fidem suam Mti Vre quod se coram illa pro die sibi prefinita sistet, purgationemque sui exequetur: tum et fidem suam erga Mtem Vram illibate semper obseruatam comprobabit.

Eo namque pacto faciet Mtas Vra Serma rem Christiano

clementis Principe excelsaqz virtute ac benignitate sua di:
gnam et apud exteras quasqz nationes magnam laudem
et gloriam sibi conciliaturam, dominos vero Prelatos et Ba:
rones, atqz adeo omnes ordines Regni Polonie, maxime
autem consanguineos et cognatos suos, nunc in luctu et me:
rore constitutos qui abunde sunt illi in Polonia magno
solatio et gaudio afficiet, eorumqz animos et inserviendi
studia, plurimum sibi conciliabit. hoc vero amplius quéqz
bonum et domino suo fideliter servientem solabitur, ac
ad perstandum in fide et integritate sua exemplo eius fa:
cti sui animosiorem reddet.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Mathie Drzeuicio Epo Gnesnensi.

RME in Chro Pater, et domine maior honorandme. Cum,
à me per Nunctium et lrás postularet Rndus. Ds Joanes
de Lasko Gnesnen Prepositus, ut nomine omnium Pre:
sulum et aliorum Primorum Regni huius Consiliariorum,
quos conficit pro eliberando fré suo domino Palatino Si:
radien mandata ad Sermum dominum Joannem Regem
daturos, super dominum Nicolaum de Russoczicze Castel:
lanum Biechovien, et dominum Joannem de Coszielecz Succa:
merarium Craconien fidei lrás, et orationis faciende argu:
mentum conscriberem, ego ut illius postulatis in hac pnti frís
necessitate satisfacerem, utcumqz eiusmodi cogitacionibus
ob languorem diuturnitate temporis et egritudinis con:
tractum, vix sufficiam, scripsi quo ad oblate rei racioné,
et ad nostram simul dignitatem pertinere arbitrabar.

ea tamen D. V͞rę R͞me ego dispicienda ita offero, vt quod illi non probabitur scriptum adnexo: quod verò necessarium deesse videbitur: pro suo iudicio adscribere dignetur. Is enim nunctius hinc à me discedens recta ad D. V͞ram se profecturum declarauit: inde ad reliquos dominos Regni Prelatos et Proceres profecturus. Quiquidem que in Hungaria geri scit vel audiuit D. V͞rę R͞me verbis coram edisseret / sed vltra hec quę ipse nunciat, certis authoribus ego accepi, Ludouicum Gritti manu forti expugnatum per Hungaros, Transsilnanos, et caput eius amputatum esse: filios eius duos cum Bathiani Vrbano, et Joanne Doczy, captiuos, ad Regem Joannem deductos preterea ob iniuriam boni viri et digni Ep͞i domini Czibak francke interempti omnes Thurcos et quoscumq͞ alios ipsius Gritti presidiarios milites, ad vnum cesos. Motum in Vniuerso illius loci populo factum, quem humanum ingenium sine dei auxilio vix componere poterit. Sed nos fortunati erimus si nos vicinorum pericula cautos efficient, vt racionibus n͞ris maturo consilio prospiciamus, et discordiarum anguem in precordia et Ceruices n͞ras ascendere non permittamus. Ego quidem qui nunq͞ non amaui remp: n͞ram, vtcumq͞ eger soleo de illa assidue esse sollicitus, et deum precor vt concordibus animis aliquando illius saluti prospiciatur. De Sum͞i Pontificis morte certus hic est allatus Nunctius et iam à Cesarea M͞te, atq͞ à Christianissimo Rege pro virili contenditur, vt quisq͞ suo arbitratu Electionem noui Pontificis instituat, et talem Pontificem habeat qui cum studiis suis coniunctus iis qui sibi male volunt aduersari possit, sed de hiis diuina prouidencia q͞ illorum cupiditas melius constituet. Ego adhuc in publicum non prodeo debilitate membrorum impeditus, sed cõfido in domino, quod breui iam egredi licebit et gr͞as agere

q castigans castigavit me dominus et morti non tradidit me.
Quod reliquum est me favori et benevolencie D. Vre Rme
studiosissime commendo Quam sanam atque foelicem semper
esse ex animo opto Datum Crac XIIII Septembris
Anno domini M° D XXXIIII

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime. Post
humilem servitutis et oracionum mearum comendacionem. Re:
cens advenit huc ex Hungaria Nunctius a domino Joanne
Laski Preposito Gnesnen, mihi et aliis Mtis Vre Sermae
Consiliariis nunctians, fratrem suum dominum Palatinum
Siradien, a Sermo domino Joanne Rege captivatum esse,
et Bude detentum. pro cuius eliberacione cum ipse dominus Pre:
positus existimet vires et ingenium suum sibi non sufficere:
ad Mtem Vram Sermam tanquam ad Sacram anchoram con:
fugiendum censuit, et meam ea in re operam inter ceteros ita
poposcit, ut Mti Vre Serme supplicarem, dignaretur pro
sua pietate Regia in hoc miserabili et calamitoso casu sub:
diti atque Consiliarii sui subvenire nunctiumque cum literis
ad Sermum dominum Joannem Hungarie Regem eliberacionis
eius causa transmittere.
Qua in re tametsi nihil temere nihilque inconsulte Mtem Vram
Sermam facturam esse arbitror, quam consiliis et actionibus
domini Palatini multociens offensam esse cognovi, quia tamen
et mihi qui hominum eciam de me non bene meritorum presertim

insignium casibus compati ut debeo soleo, deesse domino Palatino non licet, et Mti Vrę Sermę convenit, consilia quoque hominum prudencia moderari, et adversos casus misericordia et authoritate sublevare: Illi quantum possum supplico, dignetur ad eliberacionem Consiliarii et subditi sui utramque manum apponere, et tam authoritate, quam intercessione negocium sic tractare, et promovere, ut dominus Palatinus ad pristinam libertatem propere redire, et pericula si que illi iminent evitare possit, quo Mtas Vra Serma et illum cum omnibus amicis perpetuo sibi devincere, et nomen atque gloriam suam ista singulari pietate illustrare dignabitur. Cui me et servitutem meam rursus suppliciter comendo et dominum deum pro illius augenda salute et multiplici comparanda foelicitate assidue precor. Datum Cracovie die Exaltacionis sancte Crucis xiiii Septembris Anno domini Mo. D. xxxiiiio

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Lasky Ppto Gnesnen et Lanciciensi
Canonico Cracovien.

R.DE domine frater et amice in Chro charissime. Recepimus lras D. Vrę quibus agit nobis gras, quod in casu fratris ipsius domini Palatini Siradien nos rebus illius atque suis, faventes experiatur. Nos certe cum primum cognoveramus alienatum esse ab eo animum Sermi Ioannis Regis, metuebamus eventurum illi id, quod iam evenit: quodque multis nominibus vehementer dolemus. Proinde et lras nras in rem fris Dnis Vrę ad Mtem Regiam rogatu domini Castellani Zarnovien, ex quo, de hoc ipso casu, primum cognoveramus, perque propenso

animo declinus, et quatenus ceteri domini Consiliarii Regni ad Sermum D. Joannem Regem Nuncios suos miserint, nos nrm etiam missuros nos obtulimus: priuatim namqz et sine aliis dnis Consiliariis nos soli ne quicqz nrm mitteremus. quippe qui nō dubitemus cognitum esse Sermo domino Regi Joanni aut saltem alicui suorum nullam nobis cum Fcē. D. Vrē domino Palatino Siradien, neqz sanguinis, neqz necessitudinis intercedere rationem, sed nec videmus priuatam missionem Nunciorum à dominis, comodare multum posse rebus fris D. Vrē. qum speraremus habituras eas melius, si Nuncii ipsi ab ordine Senatorio Regni publico nomine mitterentur. Si tamen mittentur ab aliquibus dominis Primoribus Regni etiam priuatis eorum nominibus, nos nostrum qz non segniter mittemus, libenterqz eliberandi illius omnem operam nostram nauabimus, et nullum lapidem non mouebimus vt confratri nrō et consiliario Regni comodare possimus. Quod autem D. Vrā petit à nobis consilium an ad Sermum D. Joannem Regem itura sit necne, nrā quidem ea est sententia vt Vrā D. illuc proficiscatur quandoquidem postulata fris charmi ad hoc eam inuitent, consulimus tamen illi vt absqz lris publice fidei et securitatis Sermi D. Joannis Regis sese itineri huic non comittat. Bene Valeat Vrā D. Dat Cracouie die XXiiij Septembris Anno domini M° D° XXXiiij

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Joanni Laski PPto Gnesnen et Lanciciensi
Canco Cracoviensi.

RDE domine amice et frater in Chro charisme ac honoran. Magnas habeo D. Vre gras quod suis ad me datis lris simul et de racionibus frīs sui, et de toto in suma Hungaricarum rerum statu me fecerit certiorem. Ee enim D. Vre lre spem de fre eius et animum bonum in re mala mihi restituerunt: quem animum vt prorsus amitterem et rumor quidam tristis et magnorum quorundam lre de multo infoeliciori qua Do Vra scribit D. Palatini successu, in hanc Vrbem perlate, impellebant, dominus deus spem hanc et expectacionem nostram in quam erecti sumus ita custodire et fortunare dignetur vt optato exitu terminari possit.

Ea consilia que a domino Petro Perenni. Do Vra accepit si ex animo sunt non possum non probare/pro eliberacione enim D. Palatini nihil vtilius fore arbitror quam Sermi dni Joannis Regis implorare gram, huc accedit quod cum Do Vra causas detencionis fraterne ex Rege cognoscet communicare illas amicis poterit, vt illi possint intercessiones suas ad rem accommodatas componere, et tum demum fri D. Vre commodius auxiliari.

De adversa D. Vre valetudine hoc presertim incomodissimo tempore magnopere sum perturbatus, cum tamen ipsa de se bene sperat, et ego me solari spe non desinam, quod breui illa dominus deus pro presenti domini Palatini necessitate ab ista pituite molestia et febrili affectione liberare dignabitur. Expectabo alias D. Vre lras que mihi aperiant an Sermus

Rex Joannes publica fide litteras . D . Vrę et amicis eius ad se venturis concesserit interim . D . Vram et recte sanam et incolumem esse ex animo opto Datum

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Stephano Broderico Epo Sirmiensi .

RME in Chro Pr et domine frater et amice charissime et honoran . Miror vehementer et doleo, quod per tam longum tempus nullas a . D . Vra . Rma, singulari amico acceperim lras, nam illi scribendi argumentum scio non defuisse . Ego quod illi vicissim nihil scripserim hec in promptu causa est, quod quibus in locis per id tempus ageret plane nesciebam, alioqui nequaquam tam diuturnum inter nos silentium fuissem passus permanere . Verum cum irrecuperabilium rerum sit summa foelicitas obliuio, que preterierunt boni consulens, future amicitie officiis presentium lrarum interpellacione subuenire volui, et proinde a . D . Vra . Rma . plurimum rogo, vt ad morem suum et mee familiaritatis consuetudinem animum reducere, meque per lras tam de Sermi Regis sui et Regni istius Statu, quam de sua valetudine certiorem facere velit . Aueo enim cognoscere an spem illam quam de firmando Mtis sue imperio dudum . Do . Vra ex certis racionibus conceperat, mihique perscripserat, isti presentes et inopinati Hungarici tumultus, atque perturbaciones non immutabunt . hoc enim toto corde Mti sue faueo vt in omnibus rebus illi et suis Consiliariis atque populis quamoptime succedat .
De domino Jheronimo Laski ex qua causa fuerit in custodia coniectus, varie ad nos nunciatur . / Quare ego . D . Vram Rma

plurimum rogo vt me de illius racionibus et quid sit cum illo futurum certiorem facere velit.

Hic apud nos nulla sunt noua, res Sermorum Principum nrorum in tranquillitate gubernantur, et ipsi Principes sut recte sani.

Ego tota ista estate preterita ex febre quodamodo varia ac molesta et ex dolore Sthomachi laboraui, et hactenus vtcumqz me deseruit febris, debilitatem ex membris excutere non possum, sed spero in dei auxilio quod breui pristinam valetudinem simul cum viribus corporis recuperabo. Interim me D. Vre amori et beneuolencie fraterne comendo et ab illa rogo vt me Sermo domino Regi suo, Rmo dno Archiepo Colocen et domino Cancellario commendare velit. Chrus vero dominus illam sanam et foelicissimam q diutissime seruare dignetur. Datū Cracouie die V.a octobris Anno domini M.o D. XXXiiij.o

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Laski PPto Lancicien. Gnesnensi.

Rde domine fr et amice in Chro charissime. Heri accepimus D. Vre lras, quibus scribit Nunctium suum Buda iam rediisse, et frem D. Vre dominum Palatinum Siradien non vidisse quidem, refferre tamen illum per oia recte iam valere, speratqz Vra D.o res illius posteaquam Ludouicus Gritti interiit, meliorem deinceps cursum sum esse habituras, et ob hoc eliberandi eius gratia professione ad Sermum Joannem Hungarie Regem adornat Nos multo libentius vidissemus vt Vra D.o ab hac professione

tantisper abstinuisset dum rediret Cubicularius Serenissimi Re:
gis et domini nostri, in negocio Ftis .D. Vre illo missus. sed cum
ipsa sese iam ad iter accinxit, noluimus retrahere illam ab hoc
eius proposito. vtcumqz autem egre adhuc valeamus lras tu
fidei seu credititias et instructionem dandam Oribus mitten:
dis comuni nomine Senatorium Regni ad Serenissimum Joanne
Regem ita vti melius potuimus, concepimus et conscripsimus.
ad eum ferme modum et sententiam quam Vra .D°. in Sceda
nobis antea missa adnotauerat, eamqz instructionem simul
cum lris fidei, tulit iam a nobis famulus .D. Vre, cum eisqz
recta in maiorem Poloniam est profectus. quoniam vero ap:
posuimus iam Sigillum nrm lris fidei predictis non vide:
tur nobis fore conueniens vt Nuncium qz nrm priuato
nomine mittamus. et alioqui quemadmodum .D. Vre scripsi:
mus vix commodaret quidpiam rebus Ftis .D. Vre pri:
uata Nunctiorum missio. quinimo ponendum et dimittendu
eam existimamus, presertim cum comuni nomine Senatorio
Regni futura sit: que multo erit vtilior atqz efficacior. Col:
lato tamen adhuc in ea re mutuo consilio cum domino
Castellano Zarnouien, qui propediem huc fertur esse ve:
turus. si Fti .D. Vre comodum fore viderimus vt Nu:
ctium qz priuatim nostro nomine mittamus id non gra:
uatim faciemus: cum et queqz que in rem illius fore posse
sciremus, non solum subire non recusaremus sed etiam
valde libenter amplecteremur. Bene Valeat Vra .D. Crac
die XVIa Octobris Anno domini M°. D°. XXXiiij°

Ioannes Laski PP[tus] Gnesnen. Lancicien.
Bonae Sphortiae Reginae Poloniae.

SAcra R[egia]lis M[aies]tas et domina, domina clementis[sim]a humillima[m]
et officiosissimam servitiorum meorum comendacionem. Ve:
reor ne segnis nimium ac negligens videar V[est]rae M[aies]ti Ser[enissi]mae,
quod tanto tempore neque ad Sacram Regiam, neque ad V[est]ram
R[egia]lem M[aies]tem quenque meorum miserim, sub hoc presertim tam
indigno tamque nobis hic omnibus dolendo casu domini Pa:
latini Siradien[sis] f[rat]ris mei, sed levius id admiraturi essent om:
nes, si rerum hic nunc n[ost]rarum, ac temporu[m] istorum ratione[m]
utcunque cognitam et perspectam haberent, potiusque vicem meam
indolerent fortassis, quam ut ullo vel incuriae vel negligenciae
nomine me accusarent. Equidem longum fore video, si miseran:
dam hic rerum n[ost]rarum faciem quandam ex ordine perscribe:
rem, V[est]rae M[aies]ti Ser[enissi]mae, sed tamen M[aies]tas ipsa V[est]ra, pro p[ro]bitate,
benignitateque, ac clemencia sua Regia perpendere facile di:
gnabitur, quo me tunc animo fuisse oportuerit, cum ipse
gravissima egritudine afflictus, sic ut perpetuo mihi decum:
bendum esset, audiverim meum f[rat]rem preter omne ipsius me:
ritum detentum, exactos ab ipso, preter unicu[m] quendam ado:
lescentem, servitores omnes, alios fugatos, alios rursum alibi
interclusos, sic ut neque qua volebant pergere, neque qua ve:
nerant redire possent, rursum res suas omnes totamque eius
suppellectilem detineri iussa[m] in Debrecen, illic enim res pro:
pomodu[m] suas omnes Buda ad Regem properans relique:
rat. Altera vero ex parte hic apud nos cum viderem

401
400

suspectam fidem omnium, ambiguos ac plane in vtramq3 parté fluctuantes, tam Ciuium meorum, q3 reliquorum subditorum animos, meorum paucitatem, sic vt tam in Ciuitate, q3 in Arce quinquaginta plures non fuerimus, aduersarios miris artibus hoc agentes, vt ~~eius~~ ciues ad defectionem pertraherent, alios minantes alios insultantes, iamq3 actum esse de nobis hic omnibus glori: antes, et id genus reliqua, que ne à sano quidem fortassis per: ferri possent simul omnia, nedum vt ipse tum ob egritudinem grauissimam, tum ob animi perturbationem, ipsa fortassis egri: tudine grauiorem, his omnibus satisfacere potuerim. Ad hec omnes, si que superant, consiliorum rationes ita interru: pebant, res non angusta solum sed plane exhausta domi, vt non satis scirem, q̄d mihi in tanta rerum omnium angustia ac perturbatione primo loco agendum esset. videbam esse ve: hementer necessarium, vt ad Sacram Regiam dominu͡ meu͡ clementissimum, Vram imprimis Rlem Mtem confugerem: sed in tanta meorum tunc hic paucitate, id multo magis ne: cessarium erat, vt q̄ plurimos huc ad me q̄ primum conuo: carem potius, q3 vt hinc quenq3 ablegare debuissem, nisi si turpiter hinc profugere, eamq3 fr̄nam hic sane non conté: nendam ditionem deserere voluissem, vbi non raro mihi in mentem venit, Cassite illius Auicule apud Aulum Gel: lium exemplum, sic vt totis quatuor fere hebdomadibus expectandi mihi fuerint, quos intra sex aut octo ad sum: mum dies mihi adfuturos sperabam, qui tn̄ mox vt conue: nerunt, vsq3 iam in bonum ordinem redigi ceperunt, ego do: minu͡ Mathiam Loboczki, fr̄em consobrinum meu͡, mox is: thuc ad Sacram Regiam Vramq3 Rlem Mtem ablega: ueram qui in ipso iam itinere, graui repente egritudine corre: ptus in eum vsq3 diem decumbit. Atq3 ita nescio quo fato meo, euenit, vt non prius q3 nunc istuc ad Sacram Regiam Vramq3 Rlem Mtes mittere potuerim, non iam casum eum fraternu͡

nunciatuꝛos, sed pro ea summa Vr̃e M^tis Ser^me pietate, ac misericordia, proq3 Sacre Regie M^tis domini mei clementis^mi clemencia acturus gr̃as, quod nos ita nunc adflictos, ac in suma perturbacione constitutos, planeq3 rerum ac consilii inopes oculis clemencie sue aspicere non sint dedignate M^tates Vr̃e Ser^me, inprimis vero R^lis M^tas Vr̃a, que pro innata virtute vereq3 heroica ac Chr̃iana pietate sua, efficere dignata est vt M^tas Regia dominus m̃r clemen: tissimus, et l̃ris, et nuncio suo, tam diligenter Ser^mum huc Vngarie hic Regem pro fr̃na liberacione admonuerit, et quidem nos omnes tanti non sumus, vt eam Vr̃e M^tis Ser^me gr̃am, officiis, aut seruiciis vllis promereri vtcumq3 possimus sed maximus ille omniumq3 locupletissimus retributor deus, q solus et nouit, et potest, dignam cuiq3 referre gr̃am, is pro diuina benignitate sua, eam Vr̃e R^lis Sacreq3 Regie M^tum erga nos exhibitam pietatem, abunde pensare ac remu: nerari dignabitur id quod et nos votis omnibus diligentissi^e semper omnes precabimur a diuina illius M^te: frater vero dominus Palatinus Palatinus posteaq3 Vr̃e M^tis auspiciis ad pristinam suam redierit libertatem nulli omnino eam li: beracionem suam, deniq3 vitã ipsam, ac sua preterea oĩa, nulli nisi alteri magis debebit quam M^ti Vr̃e Ser^me, Quam ego interim humillime ac diligentissime rogo vt que: admodum curare cepit iam hoc fr̃is mei liberandi nego: cium, ita ne intermittere dignetur, pro clementia virtuteq3 sua Regia donec ad finem illud deducat, qua in re plu: ra intelligere dignabitur Vr̃a M^tas Ser^ma, ex vtroq3 hoc est, sue, et Ser^mi filii sui Regis Junioris mei Curie M^gro, quorum vtriq3, quicquid ad eam rem necessarium esse putaui, id totũ per hunc presentium exhibitorem Nunciũ meum abunde significaui, Quod superest, ego me perpetuaq3 ac humillima seruicia mea, preterea hoc ipsum totum fr̃is

liberandi negocium grē patrocinio, clemenciaeqȝ Vrē Mtis Sermē diligentissime commendo quam deus optimus Maximus vna cum Sacra Regia vtraqȝ Mte Dominis nr̄is clementissis vniuersaqȝ domo sua, sanam, ac foelicem diutissime conseruet cum continuo indies rerum Regnorum, ac Imperiorum omnium perpetuoqȝ incremento Dat. ex Kiesmargk xvi.a octobris Anno domini M.o D. xxxiiij.o

Sigismundus primus Rex Poloniae. Ioanni Regi Vngariae.

Serme Princeps et domine vicine et affinis nr̄ charissime. Etsi supernacaneam hanc nobis operam sumptam esse existimamus vt iterum ad Mtem Vram de Mgco Ieronimo Laski eliberando scriberemus, q. et nos scripsissemus ante hac summo studio diligentiaqȝ ad Mtem Vram, et illum iam Mtis Vrē benignitate, nr̄ē interpellationis et ipsius meritorum erga eandem Mtem Vram intuitu, liberum esse, aut certe propediem fore confidamus: tamenq. nihil ea de re compertum habebamus Tabellario nr̄o quem tercio ab hinc mense cum prioribus lr̄is ad Mtem Vram amandaueramus nondum reuerso cum responso Mtis Vrē et verebamur ne is vspiam in itinere proficiscens aut eciam reuertens à Mte Vra, à quoqȝ detentus esset, vt nunc sunt tempora magneqȝ viarum insecuritates, placuit nobis, cum hunc alterum Tabellarium nr̄m alia de re ad Mtem Vram mitteremus: iterum eadem ista de re ad Mtem Vram scribere, ne quo casu vt supra dictum est priore illo cum lr̄is nr̄is intercepto Mtas Vra voluntatem et desiderium nr̄m non intel:

lexerit

lexerit, atq id tanto fecimus libentius, partim q hoc à nobis ipsius Iheronimi Laski necessarii contendebant sumopere: partim vero q nos ipsi eum, pro eo quo ipsum semper com: plexi sumus fauore, vehementer pristine saluti libertati et dignitati restitutum primo quo tempore esse cupimus. Mitti: mus autem ad Mtem Vram exemplum carum literarum quas ante hac scripsimus, ne nobis denuo pluribus cum Mte Vra agendum sit, id vnum in presencia iterum atq iterum peti: mus, et pro necessitudine que inter nos est arctissima, hortamur Mtem Vram, etiam atq etiam secum reputet, quanto studio quan: ta fide, quantaq constancia Hieronimus Laski Mti Vre com: modis et dignitati seruierit: q pro nihilo duxerit amicos oes et beneuolencia et sanguinis vinculo sibi coniunctos, vxorem liberosq charissimos: demiq omnia que homines chara habent pre vt Mtis Vre desideriis, non sine maximo rerum et fa: cultatum suarum dispendio, plurimisq et extremis salutis et vite sue periculis satisfaceret, id quod ex amicorum ipsius re: latu et fama, que longe lateq vagatur habemus cognitum. Que ipsius tanta merita obsequiaq, si nunc nulla ipsius culpa per: petua obliuione obliterari debent: quid grauius! quid acerbius! quid indignius aut ipsi aut amicis eius accidere pt? Sed vt cul: pam aliquam aduersus Mtem Vram admiserit, quod nos quide minime remur: Tame vix vllum tam enorme delictum esse pot quod ille aduersus Mtem Vram admittere in animum induxisset vt obsequiorum eius magnitudinem equare possit. Tantam fuisse semper ipsius erga Mtem Vram obseruantiam omnes passim non tantum amici testantur. Iam vero nulla est in Principe vir: tus neq maior, neq melior, neq splendidior demiq neq magis propria, Principisq nomine dignior, quam lenitas atq cle: mentia, atq ea tam late patet, vt eius minima pars sit qua erga beneuolos atq benemeritos exhibemus: Ea demum vera et absoluta sit, que in ignotos et in hostes etiam redundet,

Neqz enim magis est Regium inimicos vlcisci q delinquentibus veniam dare. sed eius, clementie videlicet) officium, nusq iniquius aut inconuenientius, aut cum maiore nota pretermittitur, quia si ob leniculam aliquam offensam, in benemeritos nullo respectu meritorum et obsequiorw eorum que maxima plurimaqz pre: cesserunt animaduertamus. Est enim hoc non solw inclementis verum eciam imemoris et ingrati. à quibus nos vitiis longis: sime Mtem Vram abesse non sumus nescii. neqz id nunc à Mté Vrá nocendi animo factum esse credimus Sed veremur vt omnes homines, qui non tam cognitum habent Mtis Vré sen: sum, idem hoc sic existiment. Vulgus enim hominw fere, etiam que optimo animo fiunt sinistre interpretari solet. Quapropter eciam atqz eciam petimus à Mté Vrá, vt sese quidem suspiaione hac apud homines: Hieronimum verò Laski vinculis quibus incertum quonam suo fato detentus est hactenus, primo qo tem: pore liberet. Tribuat hoc Mtas Vrá si non meritis eius, saltem interpellationi meé diligentissime, et necessitudini que inter nos summa est. Nos vicissim quacumqz in re Mti Vré gratificari poterimus, nullam pretermittemus occasionem, quin Mtis Vré voluntati cumulate respondeamus. Quanq illum libe: rum iam esse et dignitati sue pristine restitutum atqz in grani Vré Mtis receptum speramus, quo nihil nobis gratius fue: rit neqz iucundius. Nunc pro coniunctione meá cupimus vt Mtas Vrá quamdiutissie salua sit et incolumis, et summis quibusqz foelicitatibus ex animi sui sentencia semper cumu: letur. Vilne XXiiij Nouembris Anno domini 1534.

Ioannes Rex Vngarie Sigismundo regi Polonie.

SErme Princeps affinis et tanquam Pater nr charme. Litteras Mtis Vre quarto ab hinc mense ad nos in negocio Mgci Hieronimi Laski datas. Sciat Mtas Vra nos recepisse ante duos menses et ad illas illico respondisse, nunc rursus allate sunt alie lre Mtis Vre in eodem negocio per vnum ex Cubicularijs Mtis Vre que nobis vise sunt diuersimode scripte: Nam postquam Mtas Vra commemorat seruicia dicti Mgci Hieronimi Laski que nobis impendit pronihilo ducen omnes amicos et beniuolenciam et sanguinis vinculo sibi coniunctos vxorem, liberos et omnia que homines chara habent non sine maximo rerum et facultatum suarum dispendio extremisque salutis et vite periculis, subiungitque, ipsius tanta merita obsequiaque si nunc nulla ipsius culpa perpetua obliuione obliterari debent, quid grauius! quid acerbius! indigniusque ipsi accidere potest? et si culpam aliquam aduersus nos admiserit, quod Mtas Vra dicit se non arbitrari. tn vix vllum tam enorme delictum esse posse, quod ille aduersus nos admittere in animum induxisset, vt obsequiorum eius magnitudinem equare posset. Deinde laudata clemencia Principum Mtas Vra scribit clemencie officium nunquam iniquius aut cum maiori nota pretermitti quam si ob leuiculam aliquam offensam, in benemeritos nullo respectu meritorum que maxima plurimaque precesserunt animaduertatur, istudque esse non solum inclementis verum eciam immemoris et ingrati Ex quibus Mtis Vre scriptis, non obstante clausula ad

lemendam forte acerbitatem precedencium posita in qua Mtas
vra dicit se non esse nesciam longe nos ab huiusmodi viciis
abesse non possimus aliud conijcere quam Mti Vre persua:
sum esse ab aliquibus dictum Mgcum Hieronimum Laski
et omne patrimonium suum in nras necessitates absumpsisse.
quas non negamus multas hiis preteritis annis seuiente
in nos fortuna fuisse, et tandem per nos absque vlla causa
post tot merita sua iniuste et innocenter oppressum, ideoque
nos inique egisse et ingrate, et profecto non miramur fuisse
aliquos qui huiusmodi Mti Vre de nobis conati sunt per:
suadere vel propter affinitatem vel propter amicitiam di:
cti Hieronimi Laski, que facile homines transuersos agunt.
non cessamus tamen admirari et non sine graui molestia
animi, Mtem Vram ea de nobis credidisse, cum et Mtas
vra et vniuersus orbis luce clarius nouit nobis hacte:
nus plus obfuisse clemenciam quam seueritatem ne dicamus cru:
delitatem. que clemencia nimiam nos in eam calamitatem
induxerat, que Mti Vre notissima est, cuius rei rursus
vt periculum faciamus non possumus animum inducere pre:
sertim cum tunc paucorum et amicorum et necessariorum opem
et auxilium experti fuimus. Si Mtas Vra audita detencione
Hieronimi Laski, voluisset a nobis causas detencionis huiusmodi
perquirere, nos facile pro ea necessitudine que maxima inter
nos est, Vre Mti morem gessissemus. et tunc Mtas Vra cogni:
tis causis, vti pre acta filii vel probasset, vel improbasset: cum
tamen Mtas Vra nihil horum egerit: sed ad falsam suggestio:
nem et declaracionem aliquorum, de Rege affine ea credidit, non
potuit nobis acerbum non esse, poterat enim Mtas Vra, con:
siderare nos non esse adeo immemores, et dei in cuius ptate su:
mus omnes, et nri honoris, neque salutis, neque tam absolute
in hoc Regno cum diuina voluntate presumus, agere Tyrannum,
vt hominem quem fatemur nobis plurima seruitia exhibuisse

et bonorum suorum partem aliquam pro nobis oppignorasse
innocenter et absq3 vlla causa vti Mtas Vra scribit voluisse:
mus opprimere, Nam non possumus fateri nos solam et vnicam
causam esse vt res sua familiaris coniecta sit in eas angustias
in quibus est: sed forte sunt et alie, et Mti Vre et multis
alijs notissime: Quod autem Mtas Vra scribit vix potuisse
crimen esse tam enorme etc Miramur quo modo non aduertit
cum talia scriberet is, cui demandate fuerint lre a Mte Vra
ad scribendum, non solum Ethnicorum et Christianorum an:
nalibus plura esse exempla, que illi clausule contrariantur,
verum et deum ipsum qui est regula infallabilis veritatis per
prophetam pronunctiasse generi humano Quandocumq3 auerterit
se iustus a iusticia sua, et fecerit malum, in pecato suo iniquit
morietur, et omnes iusticie sue quas antea fecerat non recor:
dabuntur: Nos hec non scribimus Mti Vre ob aliam causam
nisi solum ob eam, vt Mtas Vra sciat nos scire, posse esse cau:
sas, non solum propter quas dominus et Princeps seruitorem,
coeternum Pater filium, et filius Patrem, nedum in vincula conii:
cere, verum forte occidere iuste potest: Nos tamen non ita se:
uere intendimus cum eo procedere, imo eo amore et beneuolencia
quibus semper eum (teste deo) prosecuti sumus, hoc adiecto si
volet is nobiscum iure contendere nec hoc refugimus, vbi ap:
parere necesse est causas detencionis, si erunt nulle vel alicuius
momenti, Quod si hoc noluerit, et alia via contenti sumus
ob predicti Mgci Laski precedencia seruitia ob familie sue
nomen, ob amicorum et necessariorum instanciam, et potissimum ob Mtis
Vre quam semper loco charissimi Parentis duximus, peticionem, ne:
gocium quod est inter nos et ipsum complanare, Dumodo Mtas Vra
et amici sui non cupiant ac velint eum honorare cum mea indi:
gnitate, Quod maxie de Mte Vra credere nephas putaremus,
neq3 alioquin ad hoc faciendu animum inducere possumus vt famam
meam negligamus et eandem M. V diu foelicissimam ad vota valere
optamus Datum in Varadini die xa Januarii Anno . 1535

Mathie de Drzewicza Archiepo Gnesnen

Tomicius Eps.

RME in Chro Pr et domine maior honoran. Proficiscente ad Vram D. Rmam domino Foelice Naramprinski, Custode Vladislavien, et Ecclesie mee Canonico nolui non dare illi ad eam has meas lras quibus D. Vram Rmam viso et saluto et quosqz prosperos successus ei ex animo precor et opto.

Que scripsit mihi D. Vra Rma de Areola Sancti Martini Cracovien bene intellexi et utrunqz non desint multi homines qui affirmant eandem Areolam esse Sancti Martini et non Archiepalem ego tamen faciam super illa debitum Iurispericulum ut primum venerit huc dominus Lagiewniczki qui nunc est absens.

Valde molesta est mihi differencia que inter nonnullos dominos Prutenos ex contencione Rmi Epi Culmen et domini Costka orta esse dicitur. Accepi autem nudiustercius lras ab ipso Rmo dno Epo Culmen qui fert gravissime q cum ipse fuerit et sit semper fidelis Mti Regie et Reipublice, traducatur tamen per emulos suos apud suam Mtem et eius Aulam universam, tanqz causa contencioni inter se et quosdam dominos Prutenos exorte prebuisset. doletqz vicem hanc et infoelicitatem suam q cum perfunctus sit tot laboribus et periculis, nunc demum rediens in patriam et dm desiderata quiete se per reliquum vite sue spacium frui posse sperans, hijs tantis tribulacionibus inseqtetur et vexetur. solari tn se scribit recta consciencia sua, qua fretus non dubitat q dissipati de se isti falsi rumores Mti Regie ac eciam nobis fidem non facient.

Excusat se preterea de commonstratis nonnullis aliis dominis Prutenis D. V^re R^me litteris causans ea que in eis continebatur non solum ad se sed eciam ad illos quosque pertinuisse et V. D. R^mam de non facienda cuipiam legendi eas copia nihil sibi significasse.

Ego rogo plurimum D. V^ram R^mam dignetur eundem dominum Ep^m Culmen. quem scit esse hominem mansuetum et compositum, complecti favore et benevolencia sua, et contra obtrectatorum invidiam, quibus nemo quemlibet probatissime vite carere unque potuit, manutenere ac tueri, Quod ipse et ego una cum eo D. V^re R^me omni studio ac officiis n^ris rependere semper curabimus.

Ex Lithuania scribitur dominos Lithuanos simul cum M^te Regia publico consilio bellum in Moscoviam constituisse ac suscepisse Andream vero fratrem iuniorem defuncti Ducis Moscovie unanimi omnium voto et consensu in Ducem Moscovie Electum esse, qui iam collecta non parva manu hominum Arces finitimas obequitare et raciones tuendi se inire dicitur, Nostri autem domini Lithuani adhuc non instruunt se nec equis nec armis.

Cetera que hic vidit et audivit referret D^s Naroprinski commendo me consuete benivolencie V^re R^me. D. Quam Christus dominus cuius resurrectionem hiis Sacris diebus celebramus servet quamdiutissime sospitem et foelicem Dat. Cracovie viij Aprilis Anno M^o. D^o. XXXiiij^o

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Mathie Drewiczki Archiepo Gnesnensi.

RME in Chro Pr et domine maior honoran. Accepi nunc lras à Rmo domino Epo Culmen. quibus deplorat vicem et tribulaciones suas in quas coniecit eum singularis fati sui iniquitas querens calumniatum se esse apud Mtem Regiam per quosdam inuidos et obtrectatores suos q ipse causam dissidiorum inter nonnullos dominos Prutenos excitorum prebere debuisset accessisse vero huic dolori suo ex hoc non parum molestie q Vra Rma D. videtur reuocare sibi ad animum id quod ipse eius lras ad se priuatim scriptas, aliis dominis Pruthenis comonstrauerit asserens se non fecisse commonstracionem istam animo tradu:cendi. D. Vram Rmam cuius gram ipse plurimi semper fecerit sed quia illorum honori ad quos pertinuerint ea que in illis ipsis lris continebantur eque atq suo consultum iri vellet Me certe huius viri boni et erga Mtem Regiam optime meriti non parua subit comiseratio, quod enim attinet insinulacionem ipsius apud Regiam Mtem existimare aliter non possum qm q preter omnem culpam suam perstrictus est quandoquidem ipse totum fere vite sue spacium in Aulis magnorum Principum terens ita se moribus excoluerit vt nil quod prudencie et comitati propinum esset desiderari in eo possit spero tamen breui futurum q quicquid molestie ab obtrectatoribus ac inuidis illi conflatum est euanescet virtusq et integritas ipsius apparebit illustrior, Vram autem D. Rmam rogo quemadmodum et antea rogaueram vt factum ipsius quod ille in commonstratis eius lris non malo animo admisit

in bonam partem accipiat et boni consulat suamque erga illum beniuolenciam et animi propensionem integram retineat Quod faciet rem benigna et miti natura sua dignam mihique gratissimam. Nona que scripsit mihi idem Rmus Ds Epus Culmen hec sunt

Petrus Tomiczki Eps Cracc Viceccancell.
Joanni Dantisco Epo Culmensi.

Rme in Chro Pr et domine fr et amice charisme ac honorand. Accepi litteras Rme D. Vre admodum lugubres et meroris plenas quibus presentes tribulationes et dolorem suum nunque expectatum mihi aperuit et vt immerito ac innocenter preter vllam culpam suam delata et traducta fuerit apud Principes nros super nescio quibus turbis nouationibus et dissidiis quarum rerum ipsa author esse deberet. Petit igitur a me iuuarem illum consilio, et sustinerem eam in tanta eius animi perturbacione.

Mi domine Rme Ego lectis lris Rme D. Vre indolui plurimum et non modice etiam comotus eram, non quod nescirem innocenter eam traduci, sed quod ipsa tanto merore ob Principum aduersam de se opinionem afficitur sed ego plurimum rogo Rmam D. Vram, eidemque vere et ex aio consulo vt has molestias equo fortique animo ferat, Judiciaque ac opiniones suas que in talibus animi motibus facile obueniunt prudencia sua moderetur. nouit Rma D. Vra quod propensus est sexus ille mollior ad facile credendum oia sed de Sermo domino Rege meo cuius animum ego in hoc perspectum habeo, polliceri mihi aliter non possum nisi quod

illius Mtas adeo mitis et benigne nature est vt de Consiliariis suis, etiam in manifestis nihil tale pronunciet, quod famam aut honorem eorum, vel leniter perstringere deberet. Nullo eciam pacto adduci poßum vt credam q dominus olim Christopherus de Schidlowiecz Castellanus Cracovien fuerit in ea sentencia de Vra Rma D. qua fuisse ei significatum est, illud vero crederem citius q ille volens iuvare fortunas servitoris sui domini Plothowski in vacatione Epatus Culmen, dixerit coram Regia Mte eundem Epatum esse exilem quo benemerita Vre Rme D. compensari possint. forteqz eodem illo tempore suasisse Sue Mti vt illum suo servitori Plothowski contulisset. Vram vero D. Rmam amphiori aliquo Epatu et opibus hic in Regno prouidisset, erat namqz ipse dominus Castellanus Crac quod ego scio D. Vre Rme summus fautor et patronus. Atqz ita iterum atqz iterum rogo Rmam D. Vram vt ista forti animo ferat, neqz cesset a solitis obsequiis que in vsum reipublice et in gloriam Principum suorum prestare consueuit.

Nutrita, vel potius enutrita est Rma Do. Vra in Aulis magnorum Regum et Principum, novit bene mores Aulicos, et scit q nemo careat in illa invidis et obtrectatoribus qui illum cribrent, traducant, et subuertere studeant. Huic autem morbo nullum certius presentiusqz remediu est, q patienter ferre omnia, ea presertim que falso adscribuntur bono viro. Quemadmodum autem ego consulo Vre Rme D. vt ipsa in hiis aduersitatibus quas sustinet in presencia animum suum nequaqz despondeat, sic censeo et ceteris dominis Consiliariis istarum terrarum faciendum vt videlicet ipsi quoqz animos suos exuant omni molestia quam conceperunt ex hoc quod ad Mtem Regiam sinistre, falso ac preter omnem eorum culpam delati sunt, Nemo namqz est qui credere possit de illis quidpiam aliud, q quod credi debet de viris optimis et Consiliariis ac

subditis erga Mtem suam Regiam et rempublicam fidelissimis posteaqz vero Mtas sua in Regnum suum redire digna: bitur poterint vel omnes, vel saltem eorum aliqui innocenciã suam coram Mte sua declarare credantqz firmissime q tu audient ex ore sue Mtis delationem istam ab illa non solum in fidem non admissam sed omnino habitã esse vanissimã. Ve: rum est sparsum fuisse eum rumorem apud nos vt domini Consiliarii Prussie erga eos dominos et Nobiles nationis mee qui in terris istis Prussie sunt parum amice essent affecti, sed ego spero q eiusmodi rumor a solo domino Dzia: linski et domino Costka prodierit

Rma. D. Vra, vt dixi istam cõmotionem animi sui et aduer: sariorũ traductionem pacienter ferat Tempus enim multa corriget et tempore tales accusationes erunt languidiores id quod ita fore facile credet Vra Rma. D. si modo aliquot exempla huic suo casui non absimilia que haberi possunt infinita sub oculos suos collegerit.

Ad Rmum dominũ Archiepm scripsi et iterum scribam rogans illum vt non renocaret sibi ad animũ iniuriã quod Vra Rma. D. aliis dominis Consiliariis istarũ terra: rũ Prussie lras D. sue Rme legendas prebuerit, qua: doquidem D. Vra Rma id sincero animo fecerit et nõ vt scripta D. sue Rme traduceret aut publicaret, sed quod non solũ suo, verumetiam illorũ honori optime con: sultũ esse vellet. nihilqz dubito quod D. sua Rma vtpote prudens ac benigna natura Prelatus, peticioni mee, facile acquiescet et omnia boni consulet, Rmamqz D. Vram solito amore et beneuolencia sua prosequetur.

De domino Comite Palatino Rheni sum in ea opinione, in qua ante hac fui, et de Principe Philippo hoc ipsũ metuo, quod scribit Rma. D. Vra sed multis de causis magis pla: ceret de Connubio illo tractare cum filio Illmi Principis

815
407

domini Joachimi Marchionis Brandeburgen de quo scribam Mti Regie, que vt mihi rescribere dignabitur Rmam. D. Vraz faciam certiorem.

Dominum Campeium, virum bonu et doctum habeo comendatissimu. Diligiturqz hic ab omnibus bonis et doctis, prelegit Eplam diui Pauli ad Romanos, placuit vehementer omnibus auditoribus, sed meditatur iter ad Italiam vt audiret illu doctum Hebreu, prosequor hominem singulari beniuolencia iuuaboqz ad hoc iter equo et viatico et per quamcuqz occasioné illi comendare potero libenter faciam

Quod dominu Dzialinski attinet satis est nobis tales viros priuatim monuisse vt illum monuit Rma. Do. Vra lris amicis et secretis: presertim vbi vir vxorem non repudiauerit et Concubinam in locu eius publice non substituerit. Quare rogo plurimu Vram Rmam. D, curet amicitiam illius et omniu aliorum, sibi conseruare, quisqz namqz prudens cupere debet vel cauiculos pocius habere amicos qz hostes.

Quod vero negocium Varmien attinet, illud nunc nouis difficultatibus irretitum est: ideqz illis lris Regiis ad Rmu dominu Varmien datis, quas scripsit mihi molestissimo animo se accepisse, que quo consilio date misseqz hoc tempore fuerint, plane nescio. Sed tamen ego nuper mittens dominu Marzieiowski Canonicu Ecclesie mee ad ~~M~~ tem regiam ~~Vram~~, comisi illi vt hoc negociu pro parte Rme. D. Vre, sed alio modo agat et diligenter promoueat. Quid super hac comissione et postulacione mea Mtas sua Regia respondebit, Rme. Dni. Vrae scribam. Ego adhuc bene spero, neqz cessabo id agere et promouere quod putabo pertinere ad honorem et gloriam Rme. D. Vre.
Cognoscemus subinde animu Mtis sue quo fuerit erga Rmam D. Vram ex responso illius quod nobis super super hac peticione mea dare dignabitur

310

De nouis que mihi perscribere dignata est Rema. D^o. vra magnas illi ago et habeo gras. De prouisione Gedanensiu et delectu faciendo in Nobilitate Pomeranie, scribam per idoneam occasionem Mti Regie.

In Legatione quam domini Consiliarii terrarum Prussie apud Mtem Regiam proxime habuerunt sperani illos optatu et graciosum responsu esse habituros. Quod itaqz sua Mtas Oratores illoru in bris omnibus que ad illam retulerant benigne audire et absoluere dignata est quodqz me spes mea non fefellit, sum mirifice consolatus

Molimina et hostilitates que struj dicuntur contra Illustrem dominum Ducem Prussie iam ante non erant mihi incognite, fuit namqz ea res proposita et tractata in Conuentu generali Piotrconien proxime preterito et datum est negocium Oribus ad Regiam Mtem nide missis vt rogarent suam Mtem quo ipsum dominum Ducem lris necessariis ad omnes status et ordines Germanie, prouidere, et arcendis a ditione illius quibusuis aduersis benigne prospicere dignaretur.

Declamationem Luciani et Carmina que misit ad me Vra Rema. D^o. vidi ac legi que optime mihi placent. Commendo me amori et beniuolencie fraterne Vre Reme. D. Que valeat et sit foelix, omnemqz animi molestiam a se prorsus abigat, nam ego illi omnibus viribus et facultate mea assistam et eam nunqz ope consilio et patrocinio meo destituam

Dat Crac die xi^a Aprilis Anno dni 1534.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Joanni Dantisco Epo Culmensi

Rme in Chro Pr sincere nobis dilecte. Reddite sunt nobis lre S. tue XXii^a Maii ad nos date, quibus se nobis S. tua purgat, q se apud nos à delatoribus quibusdam insimulari subolfaciat Verum nos nunqz temere movemur et fidem habemus huiusmodi levibus et vanis rumusculis de iis hominibus, quorum fidem et integritatem cognitam perspectamqz habemus. Itaqz et ille S. tua non facile locum dederimus delacionibus etiamsi que afferantur, Neqz temere discedemus à sentencia nra, multis enim iam rebus et argumentis nobis fides integritas, et virtus S. tue probata est modo S. tua in animi sui instituto, quo cepit studio, persistat Que bene Valeat Vilne Calendis Maiis Ano domini M^o. D^o. XXXiiij^o

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis Nobilitati Ciuitatibus prussie Regie

Rmi Magci, Generosi, Famati sincere et fideles dilecti. Recepimus binas lras vras XViij Maii ad nos datas in quarum alteris primo loco erat de claudendis officinis monetarus Qua de re nos cum Illt. Principe domino Alberto Marchione Brandeburgen et Duce Prussie Nepote nro per Nuncium nrm egimus Verum nondum quicq responsi accepimus, nondum enim

illuc nuncius meus rediit, sed simulatque aliquid comperti habebimus non negligemus vobis significare.

Reditus vester in gratiam cum Generoso Thesaurario [Stanislao Costka Thesaurario] nostro, dissensionumque compositio, et alia que istic in Conventu hoc egistis, pergrata nobis sunt. Nam quod ad ea que ad cognicionem et decretum nostrum Regium reiecistis attinet, ea de re posteaque salui et incolumes diuino fauore in Regnum nostrum reuersi erimus vnacum Consiliariis nostris iudicabimus et decernemus.

In alteris petitis a nobis vt cum Illustrissimo domino Joachimo Marchione Brandeburgen per literas nostras agamus vt offensam si quam concepit aduersus nuncios Gedanen ad reconciliandos cum Holladis Lubecenses a suis voluntate nostra missos remitteret, id nos non grauatim fecimus. Valete et munera vestra nauiter administrate. Vilne XXX Maii Anno domini M° D° XXVIII^a Regni vero nostri anno XXVIII^a

Bona Regina Polonie Joanni Dantisco Episcopo Culmen.

Reuerende in Christo Pater sincere nobis dilecte. Accepimus literas Paternitatis tue datas Lubavie XXII^a Mensis preteriti Maii quibus scribit iam tandem cum Costka Sacre Maiestatis Regie in Prussia Thesaurario composita esse omnia, seque in gratiam cum eo non modo sermone verumetiam animo conuenisse. Quod nobis placet eo enim animo Sacra Maiestas Regia vel nostra opera Paternitatem tuam ad eum Episcopatum istic euexit vt hominem sibi, et filio suo Serenissimo Regi, reique publice illi

habeat, honori et vsui vtqz Mtis sue et reipublice negocia et Officiales omnes diligeret, foveret, et promoveret quod specialr de P. tua nos eciam haud dubie speravimus

Scribit preterea P. tua non debere Rmum D. Archiepm coram Mte Regia et nobis, queri de P. tua, qua cum antea redierat per lras nigram, D. Archieps nunqz questus est de Pte tua data opera, sed quum in illis dissidiis, audi: verimus illum nominari, voluimus ab eo scire quid hac in re scripserit P. tue, ille nobis respondit id quod alibi eciam manibus palpavimus, cum velut pium patrem paterne ad: monuisse P. tuam que non vulgarem illius consilii obtinet locum vt ab istis dissidiis abstineret, seqz aliter gereret erga Officiales, et commoda Mtis sue reiqz publice, ipsamqz P. tuam nos qqz hortamur vt se sic attemperet, quemadmodu ille perscripsit. Futurum est Mti sue et nobis gratum atqz P. tue aliquando non inutile. Quod si secus fecerit diversu à Mte sua et à nobis experietur Bene Valeat Vilne die ii^a Junii Anno domini M° D° XXXiiij

Fulgur e vitro

Petrus Tomicius Eps Vicecancell
Stanislao de Coscielec Palat° Posnamien
Marienburgen Bidgosten Slochoviensi
Capit°.

Mage domine amice charissime ac honoran. Significavit mihi Generosus dominus Achacius Czema Castellanus Gedanen co: missum esse Vre Mgcie per Mtem Regiam negocium componede differencie inter dominos Consiliarios terrarum Prussie et do: minum Stanislaum Costka, ac item alterius qqz differencie inter eundem dominum Costka, et ipsum dominu Castellanu Gdanen exorte. id quod ego libenter video rogoqz plurimum Vram Mgciam vt eius vtriqz differencie complanande omnem opam

suam admoneat, seminariumqz ac materiam omnem dissidii dominorum prefatorum abroget, funditusqz eradicet et tollat puto autem non esse incognitum Vre Mgcie qd in negocio bonorum Rehoff et fratri cuiusdam, necnon Carbonarii et Picenarii, quod dominum Castellano Gdanen et Costka intercedit Mtas sua Regia, mixa disposicionibus testium inductorum et lris Vre Mgcie, Sentenciam suam ferre iam dignata est Quare rogo Vram Mgciam vt in componendo eo ipso eam moderacionem seruare velit vt neutra pars iustam deinde querendi occasionem habeat et sentenciam Mtis Regie qua bona Rehoff Castro suo Stumen adiudicauit non fiat irrita Cum enim bona Rehoff predicta sint sue Mtis, nihil illi damni inferetur ex hoc qd Arci suo Stumen applicabuntur. De bonis autem Culborn super quibus est eciam inter eos differencia Vra Mgcia re diligenter peruestigata et expensa id quod iustum erit faciat et constituat. In quo Officium suum mihiqz rem gratissimam faciet. Valeat foelix et optime incolumis Vra Magnificencia, meqz habeat sibi charum et commendatum Datum Cracouie feria quarta proxima post festum Sancti Floriani Anno domini . M° . D. XXXiiii°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Achatio Cemae Castello Gdanensi.

Generose domine amice charissime. Accepimus lras vras, quibus nobis scribitis vos cum Collega vro apud Principes nros, propter preoccuppatos sinistra malevolorum vrorum delatione, eorum animos, non satis hilari ac benigno vultu esse exceptos, Quod ipsum iam antea quoque ex lris Rmi domini Epi Culmen. factum cognoveramus, et displicet nobis plurimum hec iniqua et in tergum vrm facta vri traductio, non dubitamus tamen quod Regia ac Rhis Mtas brevi comperient, vos ceterosque dominos terrarum Prussie Consiliarios, falso esse traductos. Vos vero sitis interea libero et omni cura ac sollicitudine vacuo animo: hec namque nebula, vt orta est ex nihilo, ita facile considet ac evanescet.

Quod autem scribitis Illtrem dominum Prussie Ducem cupere vt arctiorem quandam et fraterne parem nobiscum amicitiam ineat, nos certe ita sincere amamus suam Illtem vt amori huic nro nil amplius addi possit Relatum quidem nobis fuerat Illtem sua nonnihil erga nos commotam fuisse propterea quod Oratoribus suis respondimus ea, que a votis ac desideriis illius discrepare videbantur, Sed revera nos culpa omni tum vacavimus: respondimus namque iussu Mtis Regie, ea que videbantur sue Mti et omnibus Regni Ordinibus iusta et licita, quibus consultius est, vt sua Illtas iam acquiescat ne si in sententia sua perstiterit, et id quod iam illi negatum est exigere perrexerit, animos ipsorum ordinum Regni a se alienet, quos retinere sue Illti est perutile propter eventum futurarum necessitatum in quibus opera illorum adiuvari debet, Quod

vero nos attinet, sciatis nos erga Illtem suam ita esse propensos ac beniuolos, vt causa sue Illtis nihil non facturi simus, quod saluo officio ac integritate nra, quam Iuribus et consuetudinibus Regni huius debemus fieri a nobis possit, id quod sue Illti referre poteritis. Litteras quas postulastis ad Mgcum dominum Palatinum Posnamen scribi, in rem vram fecimus, easqz manu nra subscriptas, vobis mittimus cum presentibus. Caeterum tametsi parum sit necessaria excusacio apud dominum Casparum Macziejowski, q proficiscen in Lithuaniam ad illum non descenderatis, quippe qui sit homo solers, et Aulicus, sciatqz necessitates plerumqz mutare solere ea que destinatur ab hominibus, non erimus tamen immemores excusationis Vre mentionemqz oferete se nobis occasione apud illum facere. Pro rebus nouis que nobis communicastis agimus et habemus vobis gras optamusqz vos bene valere. 6

Andreas Cricius eps Ploçen
Petro Tomicio epo C. Vicecancell.

RME in Chro Pr et domine benefactor colenme. Rmus Ds Culmen arbitratus se parum sufficere ad agendas gras Rme D. Vre, pro ea gra et patrocinio, quod illi aduersus emulos suos prestare dignetur, me rogauit, vt illum in hoc officio iuuarem, et pariter cum illo Rme D. Vre gras agerem, ego vero tametsi non possum ipse satis pro me Rme D. Vre ob collata in me tot beneficia dignas agere vel referre gras, et quisqz suos patimur manes, tamen ago cum amico meo vna Rme D. Vre addictissimo eas quas possum gras eidem Rme D. Vre que patrocinio suo tuetur nos imbecilliores cum nostra causa, tu

certe communis ordinis nri, et rei Ecclesiace intuitu et proinde, quo nos in agendis et referrendis servitute mea graciis deficimus, id divina benignitas prosperrima valetudine amplissimisqz succes:sibus Rme D. Vre supplere dignabitur, pro quo nos eius clemenciam iugiter precamur.

Mi Rme domine. Dominia Sieprska lassata tot foris spiritualibus, terrestribus, et Civilibus, in quibus continue volutatur, nondum tamen saciata, me adhuc intactum versare cepit, indignata enim, quod Comissarii mei ex officio deputati condemnarunt enormis cuiusdam falsitatis servitorem eius, quem habere fertur a solacio, procuravit ipsos Comissarios et me una, in quantum mea interesse putarem, Romam citari. Proinde cum mihi non liceat nisi ius officii mei tueri, adorno his diebus Nuncium in Urbem, quem, cum primum mihi Regie litere afferentur, mittam prius ad visendam Rmam D. Vram, simul ut haberet si quid illi literarum dare, aut aliquid mandere dignaretur. Que itaqz Rme D. Vre de aliis rebus nunc scribere deberem scribam per illum, interim me gratie Rme D. Vre unice commendo. Polthowie die ix Augusti Anno domini Mo Do XXXiiij

Ioannes Dantiscus Eps Culmen
Petro Tomicio epo Crac. Vicecancell.

RME in Chro Pater et domine, domine colenme. Salutem et obsequiorum meorum meiqz plurimam comendacionem. Instituera manu mea D. Vre Rme scribere, verum cum vidissem me non satis bene pingere ne literis meis D. Vre Rme in lectione essem molestior, prescripsi amanuensi, qui legibilius quam ego, cum mea que scribo interdum legere nequeam, scribit, det queso igr D. Vra Rma veniam, nihilqz ob id ex veteri et debita mea

mea erga D. Vram Rmam observancia decesisse arbitretur.

Scripsi novissime D. Vre Rme iiiª Junii copiosius quam tum me ob oculorum dolorem scripturum putabam. Interea reddite mihi sunt cum Nuncius meus ex Vilna rediisset Sacre Mtis Regie lre vivam erga me et vere Regiam graciam spirantes Quarum hiis adiunxi exemplum, habuerunt tamen in fine aculeum et quandam de me dubitacionem quasi ab instituto animi mei dudum observato declinare aliquando possem Quod deo bene faciente, nunquam futurum est quam dum hanc molem involuto collo carneam. Sacra vero Rlis Mtas quam adhuc violenter et minaciter mihi scribat, ex copia litterarum D. Vra Rma eciam cognoscet. Quod itaque nescio quibus malis fatis mutare non possum, ferre cogor omnem istam afflictionem meam, quemadmodum ex litteris Rlis Mtis liquet a Rmo domino Gnesnen (Cui deus hac erga me malevolenciam ignoscat), patior, qui non secus atque iam convictus essem in his quibus me arguit et obiecgat, de me scribit et pronunciat cum tamen candor et innocencia mea longe aliud demonstret Scripsi in novissimis, quod debitum centum ducatorum quo D. eius Rme obligabar defalcatis 30 ducatis quos nepos eius mihi debuit Gedani reponi iussissem in manus Scribe D. eius Rme qui tum cum frumentis aderat ille autem non minus quam centum integros Ducatus habere voluit, et sic eam pecuniam apud quendam Civem reliquit que adhuc apud illum habetur. Est mihi adhuc calculus alius manu ipsius domini Joannis Drzevicki conscriptus in quo mihi plura debentur, que ob austeritatem patrui repetere huiusque omisi preter illa que integro anno vno mense excepto, cum vno equo vivens ad mensam meam in Italia et Germania pro illo solui, nihilominus adeo exacta mecum ponitur racio, Quod si in Sqnieniowicze cum ex Cracovia ad D. eius Rmam diverteram, intellexissem hoc debitum mihi

non fuisse dimissum, eo tum tempore satisfecissem Non tamen ob
id tanta indignacione sum dignus, vt eciam plus à me exigi
debeat q̄ debeam. Ego profecto qui inferioris eciam status ho:
minum amicitias floccifacere non soleo, maxime opere. D. eius
R.me gram, nedum beniuolenciam ambio, quam si assequi ne:
queo, non sunt primi conatus mei quos nequicq̄ impendi,
susq3 deq3 ferendum est, et deo comittendu

Mitto his adiunctum responsum Sacre Mtis R. e. ad lras
dominorum Consiliariorum Prussie, potuissetq3 illud vnico decreto
pro futuro. S. Michaelis Conuentu, omnem hanc odiosam causam
absoluisse. Quum igitur tractari iterum debet, verendum est
ne quid grauius incidat, vnde obducte iam non parua ex pte
cicatrices refricari et in crudum rursus vulnus solui pos:
sint Quod ne fiat pro virili mea dabo operam. In negocio
cum Costka, nulla fuit alia difficultas, q̄ q̄ petere, vt sibi
ignosceretur debebat quod illi graue videbatur, et igitur
hoc in cognicionem. S. Mtis. R. fuit reiectum, hocq3
Mtas eius vno verbo determinari potuisset et adhuc in fu:
turo Conuentu posset Q si. D.o Vra R.ma eam sen:
tenciam et declaracionem. S. Mtis. Re. ea in re obtineret ne
(quod vereor) grauius in animis exulceratis quippiam oria:
tur, faceret rem commum nre tranquillitati apprime comoda
et necessaria et qua sibi oim hic animos plurimum deuin:
ciret.

Continui hucusq3 hunc Nuncium meu si quid scriptu interea
de nouis dignum se offerret. Et ecce quod nos omnes vehe:
menter in animis consternauit et perturbauit maxime, no:
uum de aduersa. S. Mtis. Re. valetudine affertur, ecia
cum rumore quodam (quam deus q̄ diutissime prohibeat)
mortis. Verum paulò post lre. S. Mtis eius. nos erexe:
runt, quibus de salute sua Mtas eius bene nos sperare
iussit. Qd si illa fieret mutacio dextere celsi: Quid inde boni

foret expectandum non video, proinde sumopere rogo. D. V. R. ma me velit in his reddere certiorem.

Nona his iunxi que Dux Holsacie Duci in Prussia scripsit oia ea in parte cum Lubucensibus sunt in tumultu, dominus Dux ex Gdano misit Vexillum peditum, hoc est 500, Sorocio suo in subsidium, acceptis à domino Joanne à Verden decem millibus Marcis Prutenicis in mutuu pro quibus ei pro pignore Castrum Preuschemark, et ea que ad illud spectant, inscripsit, misit eciam Mari quasdam ex monte Regio Naues vt suppecias ferat affini suo, quaru vnam, et aliam Ciuium Mercatoriam interceperunt Lubecen, quid inde futurum est breui experiemur

Quum dominus Dux Prussie intellexisset statuisse me Nunctium mittere ad. D. Vram R. mam has adiunctas. D. Vre R. me inscriptas, ad me misit, petens à me vt causam eius cum Magno Ducatu Lithuanie ob oras et terminos. D. Vre R. me commendarem Quod cum eciam publicam tranquillitatem concernit, impense rogo. D. Vra. R. ma desiderio et votis ipsius domini Ducis quantum potest et licet satisfaciat dominus Dux, vt scripsi in nouissimis, non conuenit cum Joachimo Marchione iuniore, qui vt intellexi pacta Coniugii cum Duce Brunsuicen tractat.

Quod pro domino Duce scribo, non fit abs re quandoquidē vt vicinus, optime mecum, conuenit et non adeo illu Ecclīarum nrarum osorem esse existimo quemadmodum sunt plurimi, dedit enim mihi ex propinquioribus Syluis suis omnia ligna, que pro reparacione exuste hic mee Ecclīe quam vsq ad tectum rursus erexi, habere volui, multoqz in multis q prius factus est sacris nris propensior.

Que in nouissimis scripsi de negocio Varmien, si ad eum modum. D. Vre R. me videbitur per dominu Joanmem

a Verden tuto multa. D. V[ra] R[everendissi]ma transigere potest, R[everendissi]mus D[ominu]s Varmien[sis] valde sibi metuit vt si (quod deus avertat) S. M[aies]tas Regia decederet, magnam apud nos Ecclesiasticorum per:turbacionem et persecucionem futuram quod idem ob decimas fortassis aliquas non datas et R[everendissi]mus dominus Gnesnen[sis] cu:ius ea de re ad. D. Varmien[sem] vidi l[ite]ras, aperte in Regno for:midat, consulendum nobis esset temporius in medium. Ego qui:dem adhuc non omni spe destituor, neq[ue] adeo me turbe ille Ger:manice per Lantgrabium Hessie excitate permonent, vt pute[m] coelum ruiturum, neq[ue] aliquem Ep[iscop]orum prorsus expulsum scio preter Lubecen[sem], qui apud gentem agebat acephalam. Q[uod] si, vt certo mihi scriptum est, pro Septembre venturo Cesar ex Hyspa:niis redierit, non deerunt ei consilia, vires, opes, et amici, qui:bus Pont: Gallum, et eius complices atq[ue] Hessum à nefariis conatibus reprimat. Deus tandem, vt confido, Ecclesie sue et n[ost]ri, modo resipiscamus et ad cor altum redeamus, miserebitur In hac persto sentencia, Si quam pro sua prudencia incomparabili D. V[est]ra R[everendissi]ma perspicaciorem et certiorem in eo habet, queso me illius participem faciat. Quod reliquum est me in gra[ti]am. D. V[est]re R[everendissi]me ex corde comendo atq[ue] debeo deumq[ue] precor eandem pro mea et omnium bonorum consolacione q[uam] diutissime in optima valetudine valere et foelicissime vivere concedat. Ex Castro Lubavien[si] iiij[a] Augusti Anno domini M[o] D. XXXiiij[o]

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Ioanni Dantisco Epo Culmensi.

Rme in Chro Pr et domine frater et amice charissime ac honoran. Multis ante diebus lras a D. Vra accepi quas servitor meus Albertus Luboviczki ab illa mihi reddidit quibus quod huc usque non respondi non aliud causam prebuit, quam earum expectacio que D. Vra se ad me scripturam paulo postest promiserat cum Nuncius eius quem in Aula Regia habebat redisset, ad hec egritudo mea non parum impedimenti adiecit, que cum mihi nimium per duos integros menses molesta esset, et animum simul cum corpore comminutum et imbecillem reddidisset, sollicitum me esse de officiis et negociis amicorum non permisit quamobrem a D. Vra plurimum rogo ut silentium hoc meum non aliter quam res est interpretari et boni consulere velit.

Ex exemplis litterarum quas Regia et Rlis Mtas ad D. Vram Rmam scripsit, easdemque Do Vra Rma notavit ego perspexi, et quantum mihi iucunda est Mtis Regie erga D. Vram Rmam declarata pietas et clemencia, tantum ex contrario molesta et gravis Rlis Mtis austeritas que tn qm subito nata et conciliata est, nimis diuturna esse non poterit, Nam heroinarum ista est irascendi consuetudo quod cum precipiti indignacione incendantur et exandescant illam paulopost vel remittat vel oblivioni tradant, quo non diversum D. Vre Rme cum Rlis Mtis exacerbacione successurum confido. De domino eciam Archiepo Gnesnen cuius animus immitis erga D. Vram videtur esse factus futurum

confido quod ad pristinam beniuolenciam et fauorem cum D. Vra Rma redire, et displicenciam qua vtebatur in amorem et charitatem, promptare dignabitur. Qua in re ego vt hortatoris et intercessoris officium apud D. suam Rmam subibo et facile spero me pro ea que mihi cum D. sua Rma intercedit coniunctione eius animum aduersus D. Vram Rmam ita compositurum vt qui videbatur aliquid contra D. Vram facere, ille sit deinceps in omnibus eius commodis auxiliator precipuus futurus. Hec tantummodo que ad calculum accepti et expensi attinent D. Vra Rma leniter et non nimis exacte vt vetus eius liberalitas suadet cum D. sua Rma transigere curet: pluris facies tanti viri coniunctionem quam de paucis nummis controuersiam et litem, nolo tamen vt propterea illi qui diues et abundans est quicquam de suo Vra Rma D. remittat.

Exemplum literarum quibus Mtas Regia dominis Consiliariis Prussie respondere dignata est citra fatigacionem legi, nam et breue erat et nullum meditandi argumentum in se continebant. hoc vero quod de dni Costka negocio suspensum est non satis videtur mihi communibus istis racionibus consultum esse, nam et ipse quod D. Vra Rma veretur metuo ne quod vnico nunc verbo Mtas Regia absoluere et declarare potuisset, multis postea rem tractare et componere si Cicatrix refricetur, cogatur. Qua in re quicumque ego efficere, et persuadere pro communi istius reipub. bono apud Mtem suam potuero, id et libenter et officiose sum facturus hoc tantummodo mihi D. Vra Rma significare velit qua racione dni Consiliarii malint Mtem Regiam id negocii diffinire an vt Costka petat sibi ignosci secundum formulam sibi prescriptam, an vero vt pronunciet Mtas sua dicta et facta ipsius Costka honori et existimacioni dominorum Consiliariorum terrarum Prussie nunc et deinceps nihil detrahere posse ac debere cum enim ego de voluntate dominorum factus ero

ero certior ad eam me intercessione et consiliis meis accomodare curabo.

Insperata Mtis Regie egritudo magnam vbiqz in animis hominum perturbationem concitauerat, Nam et intempestiue reip: racionibus in frime quiescentibus superuenisse noscebatur, et periculosior q̄ verum erat extitisse nobis nunciabatur, sed hec perturbacio versa est facile nobis in gaudium cum iam facti sumus certiores Mtem suam integre pristine valetudini restituta esse quam illi diuturnam et suauem ac iocundam deus opt: Max: tribuere dignetur.

De perscriptis his que in Dania, Holsacia, et apud Lubecen gerun: tur magnas ago et habeo . D. Vre Rme gras, ea enim a ne: mine ita apte et copiose mihi sicut a . D. Vra Rma scripta sunt, declarari solent. De quibus quidem etsi nos sollicitos esse nō fuerit necessarium, si motus istos illo loco perimi et extingui in quo sunt exorti certo scire possemus, et malum hoc vicinum ad nos per occasionem transferri et deriuari non metueremus, verum cum et . Do. Vra Rma ad me et Illmus dominus Dux Prus: sie ad Mtem Regiam ita scribat q periculum sit ex illorum vicinorum dissensionibus et aperta dimicatione metuend, de qua re iam Mtas Regia ad nos Consiliarios suos per lras retulit et consilium a nobis poposcit, non inutile videtur mihi. Dnis Vre consilium, quod de Nunctiis mittendis et lris in eare ad Principes obsidionis Lubecen per Mtem Regiam scribendis mente conce: pit. Qua in re ego Mti sue consilium meum, ei non dissimile da: re et perscribere decreui et simul de Ciuitatis Gedanen racione id perscribere, quod . Do. Vra Rma pro bono Mtis Regie et istius reipublice monet. Et tametsi meminisse mihi videor Mtem Regiam verbo Gedanensibus ad eorum postulacionem permisisse quod onerat non sit eorum rationes, Statuti illius exequutio: ne, quod de iureiurando et ab aliis qui primum ad Magistratum promoti vel subrogati fuerint in presencia Consiliariorum Prussie

prestando editum est, cum tamen non satis fide iis que ad rem pertinent diu in officio illius Ciuitatis Statum perturbent prouideant, permissionem suam Mtas Regia proculdubio reuocare et vt futuris periculis occurrat Statutum quo vti desiderant in obseruacionem reducere dignabitur.

Quod á me et Illmus dominus Dux in Prussia per lras postulauit et D. Vra Rma poposcit vt Mti Regie finium inter se et Ducatum Lithuanie constituendorum negotium comendarem, hoc ego pro mea in Illmam D. suam obseruantia sum perque lubentissime facturus. Verum si in mora periculum non foret, comodius et vtilius ei rei consuli posse putarem, si id pro desiderio Illme D. sue ex Conuentu Regni proxime futuro ad Mtem Regiam nunctiaretur, et communi omnium nomine pro Illma D. sua intercederetur, de quo tamen quid D. Vre Rme videbitur mihi sententiam suam perscribere non grauetur, nam si forte longum videbitur ad Conuentum id negocii differre, ego partes meas quanto magis potero ad promouenda Illme D. sue negocia accomodare curabo.

Legi libenter quod D. Vra Rma scripsit Illmum dominum Ducem in Prussia conuenturum esse breui Posnanie cum Illri domino Marchione ob tractanda pacta Connubii inter Illmam filiam Mtis Regie primogenitam et ipsum Illrem D. Marchionem futuri, cuius illius enim Illri et elocationem celerem et maritum honestum et egregium ex animo faueo et pro virili mea adesse semper iis consiliis volo que in desponsanda illa meliora queri et amplecti possint.

Negocium Varmien eodem amore et affectu quo illud agere incepi promouere eciam deinceps sum paratus, et nihil equidem opere et impendii sum pretermissurus quod in D. Vre honorem ac comodum verti et cedere posse intelligam. Nunc cum ita visum D. Vre est expedire vt domino Joanni á Verden tractacio eius negocii Varmien committatur, ego confidens illum id ex comodo D. Vre Rme curaturum, lras ad illum scripsi et rogaui vt quam diligentissime possit rem et ageret et conficeret, Sed tamen vt iis modis et ingeniis aggrediatur quos illi D. Vra Rma prescriberet

beret Quare D. V. R.me erit officii illum de omnibus que sub
meo nomine de se agi velit certiorem facere et instructionem illi aptam
et accomodatam transmittere, unde ordiri et prosequi negocium debe-
at, mitto autem D. V. R.me exemplum literarum quas domino
Tidemano Gisze scripsi, que si videbuntur aliquid in se habere argu-
menti quod ad rem serviat, domino Joanni à Verden illud communi-
care. D.o V.ra curabit, et racionibus suis vt melius comodiusque no-
verit prospiciet, ego enim omnia que videbuntur et dicenda et fa-
cienda nomine meo rata atque grata habebo.

Dominum Costkam non puto amplius D. V. molestum fore iam enim
cognovisse illum arbitror quod insolens cum Consiliariis contraversia
M.ti Regie non sit grata. De domino autem Dzialinski homine
alioqui Aulico et bene morato, res erit nobis facilior, ego enim
illum scriptis et persuasione mea traham in amicitiam et obsequium
D. V. R.me modo et illa in eo reconciliando deesse sibi nolit
Ego iam deo sit gratia, valeo meliuscule, et spero indies me valitu-
dinem pristinam et vires firmiores recuperaturum, de quo vtcumque
successerit D. V. R.me posthac scribam, cuius benivolencie et
amori fraterno me comendo et vt deus omnipotens longam illi vi-
tam et valetudinem rectam tribuat ex animo opto Datum Cra-
covie XIX.a Augusti Anno domini 1534

Bona Regina Polonie
Joanni Dantisco Ep.o Culmensi

R.DE in Chr.o P.r sincere nobis dilecte. Accepimus literas P.tis
tue Date ex Arce Lubavien die septima Mensis huius qui-
bus rogat, vt eam priore illa gracia prosequamur quam se meruisse
scribit in servicio n.ro, multis curis laboribus terre Marisque discri-
minibus, nos equidem semper complexe fuimus. P. tuam singulari
favore n.ro, quamquam non solum in n.ro, verumetiam vtriusque M.tis Re-
gie

Regie servicio versata est idqz res ipsa plane demonstravit, nam multis renitentibus promovimus P. tuam ad eam dignitatem scilicet Episcopatum Culmen. quam remuneracionem grato animo accipere debet et curet vt Mgcus Christopherus de Schidlowiecz Castellanus Cracovien. de P. tua sit falsus vates.

Audimus P. tuam loco cuiusdam solacii sui coram multis queri de nobis. Nos sane bono animo admonueramus P. tuam vt se ab illis dissidiis temperasset, pro nro in rempublicam studio et amore potissimum P. tuam creaturam nram, quam ad eam Sedem promovimus, quodsi admonicionem nram aliorsum accipit q res est in arbitrio P. tue.

Quod autem pollicetur se nobis fideliter servituram, quamdiu in ea spus est, serviat P. tua vtriqz Mti Regie et reipublice, pro suo debito, quod perinde gratum nobis erit, ac nobis ipsis serviret Dat. Vilne die xviij Mensis Novembris Anno domini 1534

Sigismundus primus Rex Polonie Mauricio Episcopo Varmiensi.

R. DE domine Scripseramus S. tue superioribus diebus ex certis causis nos monentibus racione Coadiutorie, quam vna cu Capitulo Varmien. S. tua a nobis pro VEnli domino Tidemano Gisio confirmari petiuerant, vt in locum illius Rndum dominum Epm Culmen surrogaret, quod lris suis a nobis inter alia S. tua supplicavit vt se quamdiu in vivis ageret liberam a Coadiutore quocumqz suscipiendo dimitteremus Qua in re quid rescripserimus S. tuam non preterit, quum autem interea statum Ecclesie Varmien. et hec tpa rebus Ecclesiasticis satis dura apud nos accuracius reputaverimus, et quorundam regni nri Consiliariorum raciones in

eo et consilia peniciis in animum admisemus, considerantes, quod Ecclesia
S. tue in terris nris Prußie principalior est et ex qua multa sa:
lubria comoda Regno et Dominiis nris, si bene vt sub tue
S. regimine dirigatur, ortum habeant, non abs re nobis cure
est vt illi temporius viuente adhuc S. tua prospiciamus, ne
quum S. tua vt mortalium condicio est decesserit, grauis aliqua
difficultas in Electione, vel in persona, vt accidere possit minus
idonea, se offerret qua et Ecclesie et reipublice terrarum nrarum
Prußie, imo et Regni nri comodis, iuribus et immunitatibus nō
parum decederet. Hec igitur apud nos perpendentes publiceque tran:
quillitati, et comuni reipub: bono, statuique Ecclesie quieto pre:
uidentes et recte consulentes, S. tuam ex regio nro erga illam
affectu benigne comonendam duximus et clementer rogamus vt
futuris que se offerre possent pro sua prudencia intendens, quo
post se Ecclesie sue statum quieciorem relinquat, desiderio nro
priori in personam Rndi domini Epi Culmen. de nobis, regno
et Dominiis nris, vt S. tue non est incognitum bene meriti am:
plius non reluctetur, et illum in Coadiutorem ad hanc nram po:
stulacionem et comendacionem non grauate admittat Venli Ti:
demanno Gisso pro cuius virtutem et merita a nobis eciam
prouidebitur. Quemadmodum in his omnibus lacius Rndo
domino Epo Crac per Nobilem Joannem a Verden Capitaneum
Nouen. cum S. tua conferre et tractare comisimus. Cui vt ea
in re S. tua fidem det, et se votis et desiderio nro, quod ex
singulari animi nri deliberacione et voluntate procedit facilem
accomodet et exhibeat impense optamus, rem inpicimus sibi et
etati sue congruentem, statuique Ecclesie sue in omnem euentum tam
vtilem tum pro tempore necessariam nobisque gratissimam, et qua sibi
et suis omnibus graciam nram reddet accumulaciorem facturam S. tua
Quam bene valere optamus

Sigismundus primus Rex Poloniae Capitulo Varmiensi.

Venles Ea que superiori anno Ven^li Felici Reich Rndi dni Epi Varmien et vro Nunctio racione Coadiutorie quam a nobis confirmari supplicaueratis, et que postea per lras mas respondimus latere vos non arbitramur, interea vero quum apud nos statum Eccli[ie] vre et hec tempora, in quibus religio et res Ecclesiastice non parum turbantur, diligencius perpenderemus, et quorundam regni nri Consiliariorum raciones et bene reputata media in animum admiserimus, cognouimus necessarium esse, vt statum Ecclie vre accuracius consideraremus illiqz opportune prospiceremus, ne quum Rmus dominus Eps vr, vt mortales sumus, e viuis decederet, in Electione turbacio aliqua vel in persona, vt fieri posset non satis apta se immisceret, vnde regnum et Dominia nra terrarum Prussie in tranquillitate et quiete sua atqz eciam ipsamet Eccla vra in iuribus et libertate sua offenderetur consultumqz et expediens igitur putamus viuente adhuc Rndo domino Epo vro vt de Coadiutore nobis grato Ecclesieqz vre et reipublice terrarum nrarum Prussie commodo cogitaremus et quum ad presens neminem in terris nris Prussie sciamus qui ad hoc munus magis sit idoneus, et de nobis Dominiorumqz nrorum reipub: melius bene meritus, quam Rndum in Chro Prem dominum Joannem Epm Culmen qui predecessoribus nris et nobis a multis annis in grauibus et arduis negociis ac variis legacionibus fideliter inseruiuit, ob idqz dignus nobis visus est, vt illum Ecclie Culmen preficeremus, exigentibus eius meritis et virtutibus illum et nunc ob causas supra descriptas, quum iam Rndus dominus Eps vr

sit provectioris etatis et valetudinarius consilioqz nrõ terrarum
Prussie non semper preesse et adesse possit, vobis comendamus po:
stulamusqz et rogamus vt eum communi suffragio in Coadiutorem
Rndi domini Epi vri designare et eligere velitis ipsumqz do:
minum Epm vrm quo post se vos et Statum Eccliẽ vrẽ in quiete
et libertate sua relinquat ob has suprascriptas causas bonis mo:
dis inducere, vt huic nrẽ Electioni in personam Rndi domini
Epi Culmen non gravate consenciat quumqz hoc negocium Rdo
in Chrõ Patri domino Petro Epõ Cracovien et Regni nri
Vicecancellario per Nobilem Joannem à Verden Capitaneum
Nouen vobiscum tractare comisecimus volumus vt in his omni:
bus illi fidem integram habeatis, sicqz huic voluntati et desi:
derio nrõ obsequi curetis, vt ansa ad prosequendu vos et Ec:
clesiam vram vberiori indies grã habeamus quam nobis si
votis his nris obtemperaveritis nunqz defuturam pollicemur.

Sigismundus primus Rex Poloniæ.
Joanni Gize Custodi Varmiensi.

VEntis. D. Q superiori anno ad supplicatiom Rndi in
Chrõ Pris domini Mauricii Epi Varmien et Capituli eius
in favorem .F. tuẽ, racione tunc Coadiutorie factam non sub:
secutus est effectus, non fuit in causa, qp .F. tuam minus dignã
ad hoc munus existimavissemus, verum innitentes tractatibus cum
Ecclia Varmien confectis censueramus expectandum esse quousqz
se Electionis preberet occasio. Interim tamen apud nos reputa:
nimus qz turbulenta nrã sint tempora et rebus Ecclicis non
parum infensa, admisimus eciam quorundam Consiliariorum nrõ:
rum in his deliberaciones et bonis racionibus fulcita consilia
quibus visum est (vt nunc nihil non verendum) ne quum Rns

dominus Epus Varmien ut mortalium condicio est e viuis decce:
deret, turbacio aliqua et difficultas se in Electione offerre posset,
qua fortassis persona minus idonea, ut aliquando casus ferre solet
eligeretur, vnde regni et dominiorum meorum Prussie publica tra:
tranquillitas, ipsius etiam Eccli[e] Varmien Libertas et Priuile:
gia offenderentur, habentes igitur bonam virtutum et merito:
rum F. tue atque horum temporum et multarum aliarum causa:
rum racionem, postulauimus a Rendo domino Epo Varmien
et eius Capitulo, quod etiam a F. tua exigimus ut iuxta comissio:
nem meam Rendo domino Epo Crac datam, et per Nobilem
Joannem a Verden Capitaneum meum Nouen tractandam Rendus
in Christo Pr dominus Joannes Epus Culmen in Coadiutorem
a Rendo domino Epo Varmien et Capitulo eligeretur et assu:
meretur utpote qui predecessoribus nris et nobis diutissime fi:
deliter inseruiuit, tuam vero F. cuius fides et virtus satis no:
bis perspecta est, successorem in Epatum Culmen designauimus
quemadmodum hoc larius ex Rendo domino Epo Crac per No:
bilem Joannem a Verden, cui fidem adhibere volumus, F.
tua accipiet, proinde illam hortamur ut votis et voluntati
huic mee F. tua in omnibus obsequatur, curetque et quantum
potest adiuuet, ut ipsum dominum Epm Varmien inducat quo huic
meo desiderio omnino satisfiat, habituram a nobis gratiam
meam Regiam non vulgarem Dat

Sigismundus Rex Polonie
Joanni Verden ciui Gdanensi
Capit° Nouensi.

Nobilis fidelis dilecte. Comisimus Rndo in Chro Pri domino Petro Epo Craconien et Regni nri Viceecancellario tractare per F. tuam negocium Coadiutorie, in personam Rndi dni Epi Culmen, cum Rndo in chro Pre domino Mauricio Epo Varmien et Venli eius Capitulo, seorsum eciam cum Venli Tidemanno Gisso Custode Varmien, quibus ob id seorsum scripsimus. Quapropter F. tuam hortamur, vt habita instructione ab ipso Rndo domino Epo Craconien, ad dominum Epm Varmien et Capitulum eius. Tidemannumque Gisium Gisium. F. tua se conferat illisque mentem et voluntatem nram iuxta instructionem exponat, diligenterque curet vt in his que nobis non abs re cure sunt desiderio meo satisfiat gram nram in his vberiorem. F. tua promeritura Dat

Ioannes Dantiscus Eps Culmen
Tomicio Epo Crac. Viceecancell°.

RME in Chro Pr et domine, domine colendissime. Salutem et obsequiorum meorum plurimam comendacionem, Qd ad lras .D. Vre Rme xix^a Augusti preteriti ad me datas huncusque non responderim, causa fuit in domino Castellano Gdanen et Capitaneo Nouen .D. Joanne à Verden ad quem vra Rma D° in negocio Varmien ad tractandum cum domino Gisio, scripserat, conuenimusque paulo ante hic post Conuentum Nouoforēsem

quum Rmus dominus Epus Camenecen apud me ageret, et quum diffuse inter nos de omnibus consultavissemus, et nullum non in eo negocio movissemus lapidem, invenimus institutum nrm tra: sigi non posse, absqz scientia et consensu Rmi dni Varmien. cui, quamvis durus est iste sermo, neqz uno ictu arbor hec ster: ni pot, cognoscentes eius ingenium, et in eo quod semel in ani: mum admisit tenacitatem, visum nobis fuit, comodius et consul: cius, q S. Mtas Regia illi iterum scriberet eum in modu ut ex Scheda his inclusa D. Vra Rma accipiet, utqz D. Vre Rme Mtas Regia rursus committeret tractare per do: minum Joannem à Verden cum illo, quo ei modis quibus posset melioribus, et racionibus, hijs temporibus convenientibus per: suaderet, ut in me consentiret. Ds. Risius, ms sic fieret, et vo: luntatem et propensionem suam, imo et omne adminiculu, quod prestare pot contentus mihi succedere, pollicetur, ob idqz dominus Joannes à Verden lras D. V Rme non reddidit domino Risio, ut postea alias à D. Vra Rma ad eos tractatus ap: tas acciperet, in ea sentencia, et sub hiis racionibus que ipsis amicis meis ad institutu perficiendum melius videbantur ex: pedire, confeci lrarz exempla à S. Mte Regia scribendaru ad Rmu D. Varmien et eius Capitulu, et huius rei tra: ctatorem ad dominu Joannem à Verden quemadmodu D. V. Rma ex adiunctis videbit, misiqz illa ad Rmu D. Pre: mislien et per lras S. Mti Regie supplicavi, quu iam Mtas eius consensisset q D. Vra Rma hoc negociu tra: ctare posset quo citius in effectu perduceretur, ut clementer annueret istiusmodi scribi lras, atqz demum hanc tractacionem Dni Vre Rme iniungeret, expectaviqz huc usqz responsum, et hec potissima fuit causa ut de omnibus D. Vram Rmam plane cerciorem reddere possem, q scribere hactenus distule: rim, rediitqz paulo ante Nuncius qui hoc mihi retulit res: ponsu, ut ex copia lrarum Rmi domini Premislien ad me

D. V. Rma intelliget. Permouit Mtem eius, ut ex rescri:
pto Rmi domini Premisliensis liquet, quod iterum Rmus D.
Varmiensis, si adhuc pro me modum scriberet, molestare con
promissum sibi videretur, quum tamen salubris admonitio dici
molestatio non debeat. Et nisi ea in re de mente S. Mtis Re:
giae Rmus. D. Varmiensis cominonicatur, nihil ab eo obtinebi:
tur. adeo ne Coadiutorem admittat in animum induxit. Consu:
luerunt igitur D. Castellanus Gedanensis, et dominus Joannes
à Verden qui affinis eius est, et penitius ingenium et mores
eius nouerunt, ut per hunc modum ad consentiendum à S. Mte
Regia induceretur. habitisque huiusmodi literis certò arbitra:
tur se negotium hoc apud dominum Varmiensem confecturum,
quasi ex instructione D. V. Rme quam sibi ex re et tempo
ri congressu cum domino Varmiensi esset formaturus. pollice:
turque se nihil acturum cum indignitate aut offensione S. Mtis
Regiae, vel contra Rmae. D. V. voluntatem. tantum
abest quod merito S. Mtas Ra ferre non poßet, aut vellet, ut
dominus Joannes à Verden ex instructione D. V. Rme
Mtis suae nomine quippiam ageret. Iste modus visus mihi
ex persuasione horum amicorum meorum expeditior ad tracta:
dum cum Rmo domino Varmiensi cuius habito consensu fa:
cilis cum Capitulo, et facilior cum domino Risiô erit tran:
sactio. Eccla hec Varmiensis sic se gessit semper et obserua:
uit studiosißime ne quem Regium aut in Curia et Aula
nostra versatum sibi praeficeret, quod si in hoc tractatu non perfi:
getur, deinceps in hoc instituto diu manebit libera, vnde,
ut nunc sunt tempora quid Regno incomodi accidere poßet
facilis est coniectura. Ego quidem nihil ambio amplius, neque
cum Ro: Pontifice paupertatem hanc meam laetam et honestam
commutare velim, plus mihi à deo datum est quam vel merui
vel vnquam mereri poßim, adigit tamen me ad hanc ambitio:
nem fides mea, et amoris obseruancia erga Principes meos

Regnumq; et Dominia eorum, et q deo duce nemo hic me fi:
delius Sermis Principibus meis et Dominis eorum inserviendi
voluntatem et propensionem habere possit quamvis longe secus
calumniatores mei, qui ne nomine quidem noti mihi esse audent,
// primum aperuerint, et nil docuerint: nihilominus contra me //
falsissime contra me // creditum est quicquid fuit delatum, et quum
iam nebule iste per Solem veritatis, que temporis est filia,
sint represse, et nihil contra me probari potuerit, falsosq; fuis:
se delatores iam compertum habeatur: Vt tamen adhuc deli:
quisse videar impingitur mihi, vt ex literarum ad me exemplo
S. Rctis Mtis patebit, q sim conquestus, et bono animo ad:
monitiones mihi factas non susceperim, que quales fuerint
non sunt D. Vre Rme incognite. Durum quidem est tacere
quum doleas, et in ipso cruciatu comprimere gemitum, ego ta:
men sic mihi temperavi, vt non de Rcli Mte sed de his qui
me iniquissime perstrinxerat, amicis aliqn conquestus sim et
innocenciam meam aperuerim, sic habet fabella de Ove, que
Lupo videbatur adverso flumine turbare aquam, ferendum
est q mutare non possumus. Hinc fortassis fit q S. Mtas Re:
gia in rem meam redditur difficilior, fieri enim non pt qz diu
indignacio hec contra me concepta scintillat, quin fortunis
meis modis omnibus obex ponatur, qui tamen contra divina
voluntatem cui me totum tradidi et commisi obstare non pote:
rit, illa quod reliquum est pro me perficiet et non permittet
me ludibrio fieri stolidis et impiis hominibus, sibi quod
dei est, tribuentibus..

Quod D. Vra Rma ascensum meum et res meas tanta be:
nivolencia et cura prosequitur, lrasq; ad D. Joannem à Ver:
den, et ad D. Risium dederit, nunqz gras satis dignas ha:
bere possum, quas tamen tenuitas mea pot. habeo, Verum quum
et D. Risius sic consuluerit vt de mente Regia à D.ne Vra
Rma per dominum Joannem à Verden cum Rmo dno Var:
mien, vt in me consenciat, tractetur, quantum possum impensius

oro . D. Vrá Rema non velit gravari in omnem eventum ad:
huc tentare si istiusmodi lrẽ, vt in Schedis adiunctis exem:
pla habentur à S. Mte Regia impetrari possint. Rmus
Ds. Premislien non omnem ademit spem quod si . D. Vrẽ Rme
suffragium accesserit, bene sperare non desinam, et quum
successerit Deo in primis oia et . D. Vrẽ Rme accepta
referam, quodque opa . D. Vrẽ Rme foeliciter est ceptum
optatum, dabit exitum.
Non egrefferat queso . D. Vrá Rema consilium hoc amicorum
meorum et meum de quo scripsi iij^a Junii preteriti mutatum esse
quum enim cognoveramus sine sciencia Rmi dni Varmien
ea in re nihil posse perfici et si tractatus hii mei in noticiam eius
pervenissent, graviter animum eius offendi, quod se excluso, ista à
nobis agerentur, consulcius visum fuit nobis vt via Regia ad
eum ingrederemur. Quod si igitur S. Mtas Regia induci posset
vt istiusmodi lras vt sunt exempla desiderium et postulacionem
suam Rmo . D. Varmien declararet sperare possemus
rem esse in portu, certoque putat . D. Joannes à Werden mentem
eius, quantumvis imobilem, si tales darentur lrẽ, flecti posse.
dominum Risium quem iam in sentenciam suam traxit ad eam ex:
pugnacionem dicit dominus Joannes habere adiutorem, de con:
dicionibus Rmi . D. Varmien proponendis, hanc dicit esse
non postremam, vt nomine meo promittat, me nihil ex bonis aut
proventibus, quamdiu in vivis est, que ad Ecclesiam et ad
mensam Epalem spectant, exacturum, nihilque esse quod magis ve:
reatur, quam si Coadiutorem assumeret, ne illi partem aliquam pro:
ventuum impartiri cogeretur, quumque ex eo se minuem cogno:
scet, faciliorem ad oia fieri, eo in cardine res hec volvitur
et omnis spes in domino deo est, cui si visum fuerit . D. Vrẽ
Rme suggeret que facto sunt opus, et quod misericordie
eius placuerit per . D. Vram Rmam perficiet.
Quanto merore adversa valetudo . D. V. Rme me et omnes

dominos harum terrarum Consiliarios affecerit, neqȝ dici neqȝ scribi potest, domino deo sit honor, laus et gloria, atqȝ omnis graciarum actio, qui eandem . D. Vram nobis restituit, humillimeqȝ diuine Mti eius supplico, vt illam pro salute reipublice Regni, et mee, proqȝ omnium bonorum consolacione qȝ diutißime nobis incolumem conseruet .

Beniuolenciam et propensionem . D. Vre Rme quam erga me et omnes harum terrarum Consiliarios in nouissimis suis lris declarauit in consilio Conuentus preteriti Houoforensis exposui omnibus, et presertim oblacionem . D. Vre Rme in negocio, quod nobis est cum domino Costka, que tam nobis omnibus grata fuit vt nihil esse potuerit gracius, scripserunt itaqȝ ex eo Conuentu domini Consiliarii . D. Vre Rme, quas lras his addidi, ex illis cognoscet, quid a . S. Mte Regia per . D. Vram Rmam sibi impetrari petunt, et quid in negocio suorum . D. Costka fieri velint, se omnes . D. Vre Rme plurimum comendates .

His diebus quum hic apud me ageret Rmus Camenecen intellexi nescio que adhuc in Curia mea contra me circumferri et quum iam a duobus et vltra annis in Curia mea visus non sim et pleriqȝ nescio quam metamorphosim in me factam eße putant, existimantqȝ totum me esse alium q prius fuerim, aliamqȝ et mentem et mores me induiße potißimum quum adhuc Rlis Mtas non omnem contra me deposuerit indignacionem, nouamqȝ occasionem querat, quasi de illa conquestus sim, vt merito mihi succensere videri possit, q plus coniectura q vt est assequitur: scripsi Mti eius, et quibusdam aliis dnis et amicis in Curia explorando an ferri posset aduentus meus, quo innocenciam et candorem meum manifestiorem, et calumniatores meos mendaces facerem, ipsamqȝ Rlem Mtem omni indignacione et suspicione abstersa coram mi reconciliarem, Que per Rmum dominum Premislien mihi respondit tn sine fastidio, liberum mihi eße, neqȝ displiciturum, si venire velim, aut manere, vel prestolari reditum

in Regnum seqz in eo mihi nolle praescribere, subiungendo quicqd ea in re vel voluntatis vel mandati Sacrae Regiae Mtis fuerit sibi quoque id ipsum placere/ Sacra item Mtas Regia idem arbitrio et voluntati meae permisit Porro Rmus. Ds. Premislien quum nemo me accusat vt me per aduentum meum purgem non admo: dum necessarium esse arbitratur, itidem et alii preter dominum Secretarium Lud: Alphuim, amici consulunt/ addit tamen ioco Ds Premislien, quod si pecuniae hic in ocio et quiete per me non paruo numero congestae, me extimulauerit, me gratum omnibus venturum hospitem. Ego reuera mi Rme et colendissime domine nunquam fui vno eodem tempore ditior et pauperior, si tamen necessitas fidei et honoris mei defendendi exigeret inuenire ad eam profectionem apud amicos viaticum/ quum autem ne: mo est omnium calumniatorum et delatorum meorum qui mihi notus esse velit, vel audeat, omnesqz continuerunt, preter illos vt Sacra Rlis Mtas scribit, qui fortassis me detulerunt, quod coram multis cuiusdam solacii loco de Mte eiussum conquestus non video cur hoc duro tempore tam longam profectionem inire et tam graues expensas cum magna rerum mearum iactura fa: cere debeam nihilo tamen secius. D. Vrae. Rme peto consilium quod sequi statui.

Redijt nuper Illmus: Ds. Dux Prussiae ex congressu cum filio se: niore Joachimo Illmi Marchionis Brandeburgen Electoris rebus ex sententia confectis, quemadmodum, vt certo scio. D. Vrae Rme scripsit, scripsit item et mihi manu sua quarum literarum his iunxi exemplum, ex quo et illa quae expediuit et quaedam alia. D. Vra Rma intelliget. Mitto etiam ad Vinum ipsius Illmi: Joachimi filii Marchionis effigiem, et Ne: ptis Sermi Regis mei Coniugis eius nuper mortuae ad vi: uum inquam expressam, his simulachris, propter alia quae plu: rimorum Principum habeo plurima quum granate carcam libenter tamen. D. Vrae Rme do vt a Sacra Mte Regia

et illis quibus ingrata non erunt videantur. Mitto preterea exempla litterarum ad me nuper ex Curia Caesaree Mtis datarũ In primis absente domino de Naßau, a domino Reverendo domino de Granuela pro Magno Cancellario Caesaree Mtis et a domino Doctore Mathia Held Vicecancellario Imperii in Curia Mtis Caesaree, ex quibus intelliget que fortaßis eciam ad intercessionem meam, in negocio banni acta sunt, et ad quot annos illud sit suspensum.

Que Holsacie Dux cum Lubecen egit, et que foedera non satis Regi decora, Rex Anglie contra Ecclesie et Sanctorum Patrum constituciones cum Lubecen pepigit, et alia omnia que in illis se obtulerunt partibus, descripta. D. V. Rme mitto, plurimumqz rogo, velit non gravari foedera illa Regis Anglie et articulos illorum diligenter perlegere, et pro sua prudencia apud se accurate reputare. Quod si Danie Regnum Regi Anglie adeo diviti et potenti permittetur, qualem habituri simus vicinum, non est obscurum, verendumqz esset, ne his periculosis temporibus ~~quam~~ cum aperte Luteranismo laboret, omnem oram Maris nri eadem lue infectam usqz ad Vistule ostia occuparet, meminit ut reor. D. Vra Rma, ea que in novissimis de conterraneis meis perscripsi. Advertendum igitur omnibus modis censere, ut Holsacie Ducem viribus quibus poßemus iuvaremus, ne tam potentem Regem (omnis potencia suspecta eße solet) propinquiorem nobis fieri admitteremus.

Ex Hispania mihi scribitur Caesarem validam paraße Classem cum qua multi proficiscantur Aulici versus terram Nove Indie que nomen habet Peru ubi tanta vis auri perhibetur quanta Stanni apud Britannos. et in propinquo flumen quoddam Rio de plata vocatum in cuius ripis imensa argenti reperitur copia / Mirabilia sua nrõ tempore deus profert. Pestis grassatur in Regno Castilie, unde ad loca tuciora Caesar cum Aula se contulit / Imperatrix abortivit foetu Masculum / Caesar

in ludo Taurorum qui in Hispaniis frequens est in sumo fuit pe:
riculo cruribus à boue in terram cum equo deiectus, dominus
Comes de Nassau postqz mihi scripsisset à Caesare ad Belgas.
Vltimos qz homi Morinos, quos Flandros vocamus missus
est, vt nescio quę in his partibus molimina Regis Gallorum
anteuertat, nusqz tuta fides. Cornelius meus Scepperus con:
queritur toxicum sibi datum, nesciens si Constantinopoli aut in:
Hungaria, profectus his diebus languens ad domum et Con:
iugem sua Bruzas, tale ex duris et longinquis Legacioni:
bus, pro meritis, aut indignacio, aut mors solet esse pre:
mium. Quę in Italia et Hungaria, et quę acta sunt cum dnis
Bohemis, queso. D. V. Rma ad me perscribi iubeat, raro
ex his partibus quę vera sunt ad nos perferuntur.

Generosus dominus Castellanus Culmen Dzialinski in Conuē:
tu preterito Nouoforen non grauate meam in gram rediit,
vtpote qui nunqz tantillu iuste causę habuerit, ob quod re:
ditus in gram meam fuisset necessarius, passiones et affectus
homin sunt varii, quibus cum et ille temperare sibi non po:
tuit, vt istius staturę natura fert facile omnes offensas
ex animo remisi, meumqz quod potui adminiculum prestititi cu
aliis dominis, qz S. Mtas Regia consenserit ei Bratianense
Castrum cu his quę ad illud spectant redimere, sicqz erit mihi
qz prius vicinior, et ni fallor magis amicus. Excusacionem
vero adulterii (sed hęc D. Vrę Rmę in aurem) satis
adfert ridiculu, Coniugem Viri suam in congressu abs se cal:
culo infici, et ideo continere ab ea solere, mirum qz pellex
non inficiatur.

Quum hęc scriberem rediit Nuncius meus ex Gdano, et has
adiunctas à domino Joanne à Verden. D. Vrę Rmę inscri:
ptas attulit. Pax inter Ducem Holsacię et Lubecen, qui ad
eam multis acceptis damnis tandem compulsi sunt, his mediis
est confecta, qz Lubecen Duci restituere debent Castrum et quę

ad illud attinent Tritaw dictum, et aliud Lutin Epo Lubecen ademptum, preterea omnes captiuos quos in hoc bello ceperunt Dux vicissim illis reddit Naues nuper receptas vna cum captiuis preter ducenta Tormenta parua et magna, que Duci sunt à Compositoribus adiudicata, hec pax inter Ducẽ Holsacie, quantum ad Holsacie duntaxat Ducatum, et inter Lubecen, et eorum Dominia debet esse perpetua, excluso bello quod à Duce eiusqz confoederatis Rege Sweciae et aliis pro Danie Regno geritur, quod in suo manet furore: in eo liberum vtrisqz Duci et Lubecen relinquitur, fortunẽ experiri aleam, reseruarunt sibi etiam Lubecen vt possint liberare Regem Cristiernum, si adhuc in viuis est captiuum, non tamen vltra Castrum Sundersborch illũ querere debent, et deinceps nullos Mercenarios Milites, si Cristiernus Rex decesßit, aut ab eo Castro abductus est, per Ducatum Holsacie ducere, vel duci permittere, poßunt tn Comiti de Oldemborch, qui in Dania agit ferre suppecias vnde illi sex Vexilla peditum, sub ductoribus quibusdã Vollemueser, et Marco: qui istos Lubeci tumultus excitarunt et hoc eo pretextu ne illi duo rerum turbatores redeant, plebs Lubecen iam tum demum oculos aperuit et Magistratum eiectum restituit atqz sexaginta illos viros ex plebe, apud quos erat summa rerum exauctorauit, estqz is nunc Lubeci ordo quod fuit in Rep: ante 40 annos, Coeterum Dux Holsacie contra Comitem de Oldẽborch cum xvij Vexillis electorum peditum, et cum mille equitibus Mercenariis, preter Nobilitatem domesticiam ingreßus est pociorem partem Danie que Juttia dicitur à qua eciã prius in Regem est assumptus et quis huius belli erit exitus, et an se Rex Anglie iuxta pacta cum Lubecen his turbis immisceat, ac iter illorum Rex in Dania futurus est, succeßus et tempus docebit.

Quum ista sic aguntur multa se offerunt consideranda que quum ad Curiam mram perscribere vereor, interim quo aliorsum atqz ego sencio omnia à me accipiuntur, in Sinum D. Vre Rme reponere statui, ea, que cum domino Joanne à Verden viro non vulgari prudencia in ea etate predito, ex his bellorum tumultibus, eventura pro mei intellectus tenuitate preuideo. Quemadmodum in octano scripsi articulo: omnem potenciam suspectam esse: non parum mihi auget suspicionem foedus hoc Regis Anglie cum Lubecensibus, qui fortaßis propter illud, vt Regem voti compotem faciant, à Comite de Oldenborch se abstrahi non permiserunt sibiqz reservarunt vt illi subsidium et suppecias ferre poßent / Sunt eciam vt certo fertur in foedere cum Moscovitis, Livoniensibus, et ordine Theutonicorum, qui, vt constans fama est, tonnam vna auri vt vocant, apud illos in omnem eventum deposuit, Quod si cum suis confoederatis Regnum Danie occupparent, et que post diutinum bellum fieri solet cum Duce Holsacie pacem inirent facili negocio in favorem ordinis, absolutos à stipendiis Milites, et ad nova inhiantes, littoribus nris prinsqz eciam scire possimus exponerent, sicut factum est ante xiij annos. R. Mte Thorunie agente. quid inde (nihil tale expectantibus) incomodi posset inferri, clarum est. Ex adverso quod si Duci Holsacie victrix faveret fortuna Regnoqz Danie potiretur ab omni hoc metu essemus liberi Lubecensesqz intra pelliculam se continere cogerentur / illi quamdiu aliquid possunt, nihil est quod cupidius moliantur quam ne Hollandi ad nos navigent, et quod ipsi cum illis omne habeant comercium / conatus isti, si Dux Holsacie qui cum domo Burgundie in foedere est. Rex fieret, in nihilum redigerentur et non permitteret Sororio suo Illmo domino Duci Prussie incommodari, Exercitumqz istum tot millium peditum pace composita alio diverteret. Hinc est quod in octavo articulo

culo scripsi, vt omnibus modis S. Mti. R. et nobis omnibus
adnitendum esset, quo Holsacie Dux in hoc Danie Regnu
institueretur, quomodo autem hoc fieri debeat, tempestiue in
consultacionem poni oporteret, vt pro futuro vere omnia ad eam
expedicionem necessaria parata haberentur, Et si S. Mtas
R. dominorum Consiliariorum Prussie in his vti velit consi-
lio, inueniri possent modi, quibus sine magnis Mtis sue im-
pensis istiusmodi apparatus fierent, possentque nunc paruo im-
pendio magna et periculosa molimina auerti, que si contempse-
rimus quanti constabunt, postea experiemur.
Hec igitur in noticiam D. Vre Rme deducenda existimaui
vt pro sua incomparabili prudencia, omnia ista apud se repu-
tet, reique publice, tum Regni, tum nre, consilio suo non desit.
Lubecenses siquidem non pro Comite de Oldenborch, quo nisi
pro organo vtuntur, verum pro Rege Anglie neruos inte-
dunt, qui nisi accedente ope mea per Ducem Holsacie incida-
tur, non potest non ingens malum nobis (quod deus auertat)
iminere.
De Rhodo capta *recuperata* si quid veri habet, D. Vra Rma scire
aueo. hic apud nos audiri ceptum est, de Anabaptistis, et Zuin-
glianis, qui Sacramento Eucharistie nihil tribuunt, ferun-
turque iam et apud nos esse, apud Ducem Prussie certo sunt,
et quidam de primis eius Consiliariis, veniunt eciam huc
Gedanum et ad montem Regium, his sectis plerique infecti ex
inferioris Germanie, et aliis partibus expulsi, clandestineque
mos inficiunt, nisi ex S. Mtis Regie auctoritate reme-
dium acre aliquod adhibebitur, nouissimus error peior erit
priori, Incidimus in periculosa tempora, deus sit adiutor
me et misereatur mei.
Veque longa scripcione D. Vre Rme molestus esse, desina
breuibus que mecum aguntur accipiat, ego deo gra melius
hic quam prius valeo a fornicis pedum quas premu huc veniens

habere consueui liber. Aer patrius et alimenta cum quibus ante stomacho male conuenieba t assuetudine victa nunc in optime prosunt, vtinam validam hanc meam valetudinem D. V. Rme imprecari vel saltem cum illa imbecilliori D. Vre Rme comutare possem nihil facerem libencius, longe plus siquidem Regno S. Mtis Regie et Dominiis eius incolumitate D. Vre Rme accedit quam mea que nullius est vsui neque profecto magnum me tenet vite desiderium, qui in istis calumniis et falsis delationibus pertesus sum illam aliquocies, et ad presens vaticiniis vt S. Regia Rlis Mtas scribit obnoxius litteris olim domini Castellani Craconien, quem tamen in vita nunquam vatem fuisse compertum habetur, sic vndique contra me occasiones queruntur quod ne mortuis quidem contra me parcitur, grauissime eciam afflicto ne ingemiscere quidem permittitur et fortassis vt fortunis meis impedimentum poni possit S. Mtas R. redditur difficilior ad ea que non tam pro me, quam vt hic S. Mti eius vtiliter et fideliter inseruiatur peto, que peticio si D. Vra Rma cognouerit quod fortassis locum habere nequeat, vt sic ex ista contra me indignacione repulsam pati debeat, sumopere rogo sic sibi temperet ne propter me eo in negocio grauiori molestia afficiatur Deo omnia comittantur, cuius in omnibus sancta illa et inuiolabilis fiat voluntas/ pro gra vero et sollicitudine ad rerum mearum accessionem D. Vre Rme quas possum gras habeo inmortales, habiturusque dum memor ipse mei dum spus hos regit artus Neque memorie mee excident vnquam tot et tanta que in me D. Vra Rma contulit beneficia hec quod quod vnum possum vt deus optimus Maximus in longeua et prosperrima valetudine D. Vre Rme rependat, orabo sedulo.

Ad Epilogum et hec pertinent, que de rebus Lubecensium dominus Joannes à Verden D. Vre Rme cui me diligentissime

comendari petiit copiosius perscripsit, preterea et hoc, ne arbitretur . D. Vrá Rma, licet Lubecensis plebs eiectum Magistratum restituerit, q igitur sub meliori regimine Regni Danie et commoditates suas omittere debeat, restituti enim vt plebi placeant accuratius q prius, si potuerint, comodis reip: sue intendent, et ab ea cum Rege Anglie confederacione non discedent, cuius quum dominus Joannes à Verden D. Vre Rme misit exemplum, retinui meu quod paueram, illudq Rmo domino Archiepo Gnesnen, qui adhuc per lras suas mihi inculcat, vt me à simultatibus contineam, transmisi, Bonus Pontifex adhuc me factionum et simultatu auctorem et amatorem, quum nihil vnq minus fuerim esse existimat, tantum apud illum calumniatoru meoru potuit persuasio. Spero paulopost eum mihi futuru benigniorem, ia enim omnem quam voluit accepit pecuniam à me, qui hoc anno preterito nongentos ducatos in auro creditoribus meis persolui, restant soluendi ducati sexingenti et sic ab omi debito quod in tam diutina Legatione octo annorum et sex Mensium contraxi, quum reliquum hoc persoluero, liber tandem ero .

Poterit . D°. Vrá Rma merito dicere scriptus et in tergo nondum finitus Orestes, ipsemet cognosco me prolixiorem fuisse q oportuit, verum amor ille et suma mea in D. Vram Rmam obseruancia, me induxerunt, ne sentirem longiore hac scriptione me . D. Vre Rme tedio futuru, visus náq mihi het scribens coram cum . D. Vrá Rma colloqui, cuius graciosissimo colloquio, vtinam prius q moriar aliqn sanari possem, dabit igitur tumultuarie huic mee prolixitati pro sua in me grá . D°. Vrá Rma veniam . Cui me vnacu domino Joanne à Verden q diligentissime et humiliter comendo . dominus nr Jhesus Chrús eandem . D. Vram Rmam saluam, incolumem et foelicem (quod cupidissime cupio ex animoq

precor) quantum per misericordiam eius fieri potest diucius conseruet et in terris nobis relinquat/ Ex Lubania XVIII Decembris Anno domini M° D. XXXIIII

Ioannes Dantiscus Eps Culmen
Petro Tomicio Epo Crac. Viccancell°

ob. 20 VII

RME et colenme mi domine. Fuit his diebus apud me Fasolt et reddidit mihi D. Vre Rme lras Crac XIIIa Iunii dat quibus mihi D. Vra Rma negocium et istam eius causam comendat, quod quum pro illo apud D. Vram Rmam prius fecerim D. V. Rma equo vltro currenti calcaria addidit ego tempore primi mei huc aduentus cum Illmo domino Duce ea in causa multa egi, verum in pertusum verba congessi dolium, tanta in illum amaritudine et malevolencia dominus Dux feruet, vt vix vnquam fieri posse credam reditum in graciam et adhuc difficiliorem debitorum solucionem / hominem quemadmodum et D° Vra Rma prius nunquam ~~et D. Vra Rma prius nunquam~~ noui / ea que feci ob publicam apud nos conseruandam tranquillitatem feci facturusque sum deinceps vt illa apud nos illesa maneat modis quibus possum omnibus, neque eam D. Vre Rme comendacionem quicquam a me desiderari paciar.

Scripsit mihi in nouissimis, quas iste Nuncius meus attulit D. Vra Rma sparsum illum rumorem, quod domini Consiliarii Prussie parum amice essent affecti erga Nobiles hic qui nacionis Polone essent, a solo domino Dzialinski et Costka prodiisse, sic profecto est. hoc ita se habere ex eo illis visum est quod quum primus Dzialinski iste sentenciam suam qua

dicit in consilio non videt plausibilem, et satisfacere omnibus, et q non exemplo illi statuere exosos hic Polonos conqueritur. idem facit alius Costka q in consilium non admittitur, ad quod multa ambitione totis viribus hiat, hocq nulla alia de causa q ut res nras turbare, et omnia cum suis pro sua libidine dirigere posset. tantum sibi animi et fastus breui hic tempore bonus vir assumpsit, notus omnibus quis fuerit, et qualis, si in medium nri intruderetur futurus. Qua de re, ut scripsi nuper si omnia hic salua et sine magnis turbis D^o Vra Rma esse velit, quantum pot admitatur, quo istiusmoi conatus frustrentur.

DE domino Dzialinski quid mihi persuadere debeam nescio, arte et Aulice me tractat, quasi et ego aliquando non fuissem Aulicus, coram multis contra me conqueritur, mihi in lris suis blanditur, neq hominem inducere possum, ut mecu aliquem in locum conueniat, quo libere de omnibus colloqui possimus, adhuc publice Coniugis sue pellice in Oppidulo suo cui domum emit, fouet, Q si ego pro officio illum comoneo, ilico sum Polonorum osor. D^o Vra Rma mihi cosuluit, ut pro ratione temporis amicitia illius conseruare, q quantum in me est facio. Ille autem ut mihi certo relatu est q quamprimu Mgcus dominus Castellanus Crac Comes de Thanczin redierit, se per illum mihi nonam Tragediam excitaturu. Et quum indies experior quantum calumnie apud nos et in Curia mea possunt, omnia tuta etiam mihi metuenda sunt, O infoelix seculum nrm ubi eam vim veritas, et innocencia patitur, ut calumniam quantumuis iniquissimam formidare, et ab ea vinci cogitur. Non abs re igitur D. Vre Rme supplico, ut si redit aut postq Mgcus D^s Castellanus redierit, innocenciam meam illi declarare velit, et ne quem acerbiorem animu contra me conciperet, si forsan istiusmodi clandestinis technis deferret, benigniter

cum commonere. verum si contra me quippiam acceperit quod illum mihi infensum reddere posset, vt hoc ipsum significare mihi non granetur, habituras a me innocencie mee dignam racionem. Etsi ex re esse mea videbitur. D. Vre Rme non dedignetur ipsi domino Dzialinski scribere et bonis modis inducere vt mecum bene conueniat. Ego quidem omnibus iniuriis neglectis quibus abeo in Aula mea grauissime affectus sum sic me illi libenter accomodabo, ne minimam in me odii ansam habere reliquam possit quum iustam contra me malenolencie causam nunquam habuerit.

Ad Curiam meam quod prius facere solebam de omnibus adhuc scribere non audeo, interea quo concepta de me opinio aduersus me scintillare videtur. Ne tamen fidei mee et integritati erga dominum meum desim, que Gedani aguntur in noticiam D. V. Rme que de primis est in consilio S. Regie Mtis et Regni, deducenda existimaui. Ciuitas illa vt non est nimia ob multorum comerciorum copiam inter alias Europe Ciuitates ita indies crescit et ditescit, et fit multo et varie nacionis populo auctior confluuntque ad illam libere omnium sectarum homines, qui complices et confederatos suos in aliis propinquis et remocioribus regionibus habent. suntque in illa multi boni viri, et S. Mti Regie atque Regno fidelissimi, sunt et non mali solum sed pessimi plurimi, estque in duplo inibi hominum quam prius ante 14 annos fuerat multitudo maior, in qua virus hoc Lutheranum cum incremento gliscit quodam tamen, vel admodum paruo metu suppressum. Viri Consulares eo infecti sunt non pauci, non pauci item de his qui iudicio presunt, inter quos sunt aliqui, qui dum actio furti coram illis agitur, censent fures non vltio supplicio afficiendos et nescio quos alios insolentes inducunt modos, retinetque

virus hoc et furor admodum tenui vallo, saltem q non erumpit.
fiunt municiones magne et fortes, ad quas fabricandas magna
fit diligencia et impensa. Ciuitasqz omni ex parte redditur
firmior et validior, si (quod omen procul absit) iterum tur:
barum aliquid nasceretur, difficilius longe qz prius in ordine
redigi posset, huic malo obicem non intempestiuum, hoc maxie
tempore ponendum censerem. Qualis vero esse debeat, sic cum
amicis quibusdam meis faciendum esse putauimus vt comodo
quodam tempore vel pro Maio futuro (alias periculum in mora)
S Mtas Regia Nuncios suos auctoritate preditos ad Gda:
nen mitteret sub pretextu se intellexisse multos nouos Consu:
les factos qui iuramentum sue Mti debitum quod omnes iu:
rarunt quum nouissime Mtas eius Gdani ageret non pre:
stitissent, in quo cautum est q nulla in re Luteranismo adhe:
rere, aut fauere secte huius institutum tueri debeant verum in
omnibus Sanctorum patrum constitucionibus, et Ecclesiasticis
ceremoniis obsequi, illasqz omnimode obseruare. et q hii q
non iurassent vnacum illis qui prius iurarunt hoc Iura:
mentum iterum et denuo prestarent, hocqz deinceps singulis
annis facerent illosqz S. Mti Regie declararent, qui co:
tra hoc Iuramentum tn egissent, vel illud facere reluctare:
tur hocqz fieret tum a Consulibus tum eciam a Scabinis
et vt fieret publicum edictum, ne quis istius secte publicus
professor vel Anabaptista et hoc genus homines in Ciuitate
tanquam Ciues comorari permitterentur, vel pro Ciuibus suscipere:
tur. Quo facto arbitror et amici quos ad hoc Consilium ad:
hibui, q paulo post colluuies illa minor fieret, et q multi ca:
pitibus primum purgatis, rursus in ordinem redigi et sub
S. Regie Mtis fide et obediencia retineri possent. Q si
non fiet meo rudi iudicio et vtinam fallat casum alioqui
grauem futurum video, quem et deus auertat, orandus est
et humana prudentia quam deus nobis dedit prouidendum.

Hoc quum ita visum sit rebus S. M^tis Regni, nobisq; omnibus presentissime expedire, non potui archanum hoc conceptum celare D. V. R^mae nunquam, pro eius erga me gra impense oro hanc meam in D. V^ram R^mam fiduciam boni consulat et pusillanimitatem hanc, q ad Curiam liberius scribere metuo non aliorsum atq; ego sencio benigniter interpretetur, vulneribus Miles didicit habere metum

Vrbs noua, diues opum, Dantiscum siue Gedanum,
Accipe, que magnus dicit Apollo tibi:
Est breue tempus adhuc, subuerteris, imaq; summis
Jungetur, preceps et miseranda cades,
Vltrices Aquile claudent comertia primum
Vistula nauigiis deinde negabit iter.
Jnfantem Draco depascens tua moenia cinget,
Alite prognatus, qui regit astra, Jouis,
Non deerunt vrsi, nec apri, neq; turba Luporum
Jn tua totq; alie viscera mille fere
Externis tum presidiis frustrata, iacebis
Diruta, diuiciis et spoliata gemes
Deperdes vires, ornatum deliciasq;,
Et ratis, et capitis, vela superba, tui.
Creuisti cito, paulo post superis male grata
Decresces, instant iam tua fata tibi
Rebus inest cunctis etas sua, namq; senescit
Quicquid succreuit, perpetuum nihil est
Jmpietas, luxus, tumor alte mentis, in ista
Te mala deijcient, non habitura modum.
Sic visum est superis, quos non venereris, et ergo
Has poenas tibi quas constituere, dabis.

857
428

Petrus Tomiczki Eps Cracc R. P. Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Polonie.

Civitas Mtis Vre Gdanen. vt non est minima ob multorum comerciorũ copiam inter alias Europe Civitates, ita indies crescit, ita ditescit, et fit populosior, confluentibus ad eam varie nationis hominibus, coqz fit vt virus qz Luteranũ magis ac magis in ea gliscat. Ad quod tamen arcendum, et reprimendũ vrii Consulares vti mibi significatur conniuere videntur. Itaqz vereor illic hoc ipsum virus et furor adeo tenui vallo, vt vix iam non erumpat, verendumqz est, ne (quod procul absit) aliquid turbarũ ac sedicionũ ibi iterum nascatur quod longe difficilius q prius in ordinem redigi posset id quod esse in proclivi plane video nisi oportunũ consilium iminenti malo obijciatur. Meminisse autem credo Mtem Vram Constitucionum suarũ novissime in Civitate illa sancitarum in quibus inter alia hoc qz habetur vt nullus Civium eiusdem Civitatis ad Consulatũ, Scabinatũ ve assumatur nisi idem Iuramentum prius faciat, de religione iuxta prescriptũ et normam Sancte Romane Ecclesie in Civitate illa manutenenda: hocqz Iuramentũ ad formulam in Constitucionibus prescriptam exequeretur coram Consulibus et Comissariis per Mtem Vram eiusqz successores Sermos Polonie Reges deputandis, verumqz postea Mtas Vra hoc quod est de Comissariis ipsis ad excipiendum Iuramentum deputandis relaxaverit ad tempus et beneplacitũ suum. Censeoqz ego magnopere expedire vt Mtas Vra ad Civitatem ipsam Gdanensem oculũ providencie sue diligenter admoneat ac observandis et exequendis constitucionibus suis illam astringat.

Inprimis autem excludendo inde Luteranismo, qui ibi repullulat operam suam navare dignaretur ac mittere illuc aliquos Nuncios

ctios suos inter quos essent quoque et dominorum Consiliariorum ter:
rarum Prussie aliqui sub eo pretextu tanquam Mtas Vra
intellexisset, multos Consules ac Scabinos ibi esse factos, qui
Iuramentum Mti Vre debitum quod omnes iurarunt, cum no:
uissime ipsa Gdani ageret non prestitissent, quo cauetur, quod
nulla in re Luteranismo adherere fauere aut secte huius in:
stitutum tueri debeant, verum in omnibus Sanctorum patrum
Constitucionibus et Ecclesiasticis Cerimoniis obsequi, illasque
omnimode obseruare, vt cum hii ipsi non iurassent vnacum illis
qui prius iurarunt, hoc iuramentum iterum et denuo prestarent
idque deinceps singulis annis facerent, illosque Mti Vre decla:
rarent qui contra hoc Iuramentum egissent, vel illud facere
reluctarentur. Id ipsum autem fieret tum à Consulibus, tum
eciam à Scabinis, et vt fieret publicum edictum, ne qui Secte
Luterane publici professores vel Anabaptiste et hoc genus
homines in Ciuitate ~~vt~~ ortum Cives commorari permitterentur vel
pro Ciuibus susciperentur, hoc namque pacto arbitror, quod paulò
post colluuies illa ibi minueretur, et multi capitibus primum
purgatis, rursus in ordinem redigi in fideque et obediencia Mtis
Vre retineri possent. id quod nisi explosa, et exterminata prius
inde heresi Luterana, aliter fieri posse non video. Cum enim
ad mutacionem relligionis mutacioque reipublice sequi soleat nil
aptius et efficatius esse potest ad populum illum bono ordine ac
regimine continendum, quam vt primum omnium, cum aliis subditis
et Regnicolis Mtis Vre de relligione idem senciat, hec ego
Mti Vre significare volui pro ea fide quam illi et bono com:
muni reipublice regni debeo quod sciam quantum referat tum Mti
Vre, tum comodo ipsius regni publico vt illa Ciuitas nihil no:
uationum ineat qui ea fide ac obseruancia Mti Vre Sermae
seruiat, qua antecessoribus eius Sermis Polonie Regibus
seruiuit.

In Ciuitate preterea Crac. tametsi non contingerit adhuc que:
pia

piam manifesto deprehendi indicio, qui secte Luterane adhereret eamqz professione publica in vulgum iactaret Quia tamen acci: dit non ita pridem, q cum Mgr Jacobus de Ilza Mti Vre bene notus, nescio quo spiritu ductus delatus esset mihi, q in Co: cionibus suis Ceremonias Ecclesiacas palam improbaret et con: tra veneracionem Sanctorum, aliaqz ab Ecclia dudum suscepta et approbata invcheretur, vocatusqz per me primum omnia que illi obijciebantur in oculos negaret deinde vero, per Apologias quas conscripsit et mihi porrexit non solum eadem illa de quibus arguebatur fassus esset, sed cum sacra scriptura consentire co: stanter affirmasset, ac ego cognito cum Prelatis Canonicisqz et Doctoribus manifesto et dudum probato ipsius errore, tulissem contra eum sentenciam vt erratum suum palam renocaret, et Palynodiam exequeretur, quam cum ille facturum se recepisset diesqz illius faciende prefinita sibi per me esset, ipse e Civi: tate se clam subduxit, et Vratislaniam concessit a nonnullis Consulibus Crac viatico prosequutus, qui nunc quoqz eum sumptu et impendio suo illic tenent. Cumqz ego rem hanc ad Consula: tum Crac detulissem, et mandatorum ac edictorum Mtis Vre eum ordinem admonnissem, simulqz subiecissem, vt in eos qui illis contrauenirent, poenis per Mtem Vram constitutis animaduer: tere curaret, non magis profeci q si fabellam aliquam occi: nissem, aut iocularem quidpiam obiecissem, vnde facile coniecto plerosqz esse in eo ipso ordine Consulari qui ab instituto Luteri non abhorrent. Supplico ergo Mti Vre Sermae, dignetur hiis obstare inicijs, et tum Consulatui ipsi tum eciam dno Capitaneo Crac serere mandare, vt edicta et mandata Mtis Vre contra dogma Lutheri ad eos iampridem data debita observacione exe: quantur: factaqz inquisicione diligenti, eos qui reperti fuerint illis contrauenientes, poenis per Mtem Vram propositis afficere non detrectent, ne virus hoc pestiferum radices suas agat ac firmet, vt extirpari nisi cum magno labore et effusione sangui:

nis

nis non possit. Factura in hoc M^tas V^ra rem prudentiss^mo Prin:
cipe dignam et apprime necessariam. Commendo me rursus gr^e
M^tis V^re Ser^me Quam dominus deus diu sanam et foelicem
in sua gr^a conseruare dignetur. Dat. in Dobrowoda die
vj^a Decembris Anno doi M^o. D. XXXiiij

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Dantisco Epo Culmensi.

R^ME in Chro P^r et domine frater et amice charis^me ac honoran.
Reddite sunt mihi litterae R. D. V^re in quibus se excusat
primum quod tam longo temporis interuallo nihil meis l^ris xix^a
Augusti a me datis responderit: Deinde alia via rem aggre:
diendam esse scribit, vt in negocio Varmien voti sui compos
effici queat, iterum esse ex amicorum atque eorum prudentum vi:
rorum consilio l^ras ad R^mum D. Varmien a M^te Regia
impetrandas quibus M^tas sua persuadere ei conaretur. vt R.
D. V^ram in Coadiutorem sibi deligeret, ita tamen, vt quoad
ille viueret, fructus ex bonis Ep^atus integros ille perciperet,
tercio ex illis vno non detracto: aut hanc esse: aut nullam aliam
ad locum eius perueniendi rationem. Excusatione qua vtitur
R^ma D. V^ra nihil opus erat, nam et nulla pot esse l^rarum
intermissio tam diuturna, vt interrumpat iter amoris mei et fa:
cile ipse coniiciebam non nisi graues aliquas causas quas postea
ex l^ris R^me D. V^re cognoui fuisse quibus adducta R^a
D. V^ra paulo mihi serius rescriberet.
Consilium vero quo se Varmiensem Ep^atum assequi posse sperat mihi
quidem vehementer probaretur, si is, quem animo suo proponit
eius exitus futurus esset, sed si quid in me iudicii est quantum

certis quibusdam ex coniecturis colligere licet, longe aliter hec ca:
sura existimo, atque nos putamus. Nam et apud Regiam Maiestatem
nulla racione id obtineri posse credo, ea de re ut scribat iterum
in cuius peticione repulsam, semel iam passa est, persone id et di:
gnitatis sue esse negabit, precipue cum natura quoque illius et con:
suetudo vehementer ab eo abhorreat, quem ut cuiusque Coadiutorem
esse patiatur. Memoria teneo a magnis id aliquocies viris
in Regno meo tentatum esse, neque tamen ullis umquam machinis
animum Maiestatis regie expugnari potuisse, ut Coadiutorem ali:
quem alicui esse vellet atque ut id a Maiestate Regia optatum
feramus tamen (licet nobis sperare que volumus ita enim
sunt ingenia hominum, ut que volunt maxime eadem sperent
maxime) obstinatior mihi videtur Reverendissimi D. Varmiensis vo:
luntas, quam ut ullis Regiis persuasionibus aut eciam precibus
de ea se deiici sentencia patiatur qua semel sibi imperavit
ad Coadiutorem sibi aliquem constituendum assensum suum ne:
quaquam prebere.

Quid igitur nobis erit faciendum? non est clam R. D. V.
me semper fuisse et fautorem et adiutorem honoris et di:
gnitatis vestre neque prius quicquam habuisse, quam ut pro virili
mea racionibus illius semper consulerem: ne nunc quidem
velim esse mei dissimilis, sed certe mea ipsius si res ageretur
aliud quod darem consilii reperirem nihil, quam ut ab ista cura
et sollicitudine paulisper supersederemus, dies ipsa et tempus
dabit nobis et consilii et auxilii copiam. Ne tamen suspicari
possit Reverendissima D. Vestra oneris aliquid et laboris in adiuvan:
da illa me subterfugere, et eam de qua scribit racionem expe:
riar. Qua veniam prosici nobis aliquid possit, paucos post dies
meum ipse ad Maiestatem Regiam mittam Nuncium, cui dabo ne:
gocium ut per Reverendissimum D. Premisliensem animum et volunta:
tem Maiestatis Regie diligenter pertentet, quem si inclinatum in
eam rem et propensionem viderit agat ut negocium. Si vero

vehementer abhorrentem ita vt spes impetrandi nulla subsit ne incipiat quidem id quod se ad optatum exitum perducere posse desperet. hec est summa tocius mei hac in re consilii

Mtis Rlis animum tam esse alienum à R. D. V. valde dolenter accepi, sed cum viri boni et sapientis sit, nichil prestare nisi culpam, ea cum R. D. Vra careat, modice id incomodi ferre debet, neqz ob offensam illius voluntatem animi discruciari, dies ipsa, que solet adimere hominibus egritudines facile illius qz iram mitigabit nam et calumniatoru perversitatem et R. D. Vre innocentiam in apricum proferet etas.

Dominos Consiliarios Terrarum Prussie tam grata recordatione prosequi meam erga se benevolenciam, qua impulsus, causam eoru quam habent cum domino Costka tuendam et adiuuandam suscepi est mihi gratissimum. dabo operam vt principiis exitus consenciat atqz illustrior indies fiat amor erga illos meus et benevolencia, ita vt in lris ad me suis scripserunt maiore etiam cura et diligentia in causam illorum apud Mtem regiam promovenda incumbam, vt sedande huic controversie, que est inter illos et D. Costkam, ne mora afferatur vlla

Quod querit Rma D. Vra (eodem enim ordine quo scripsit respondere statui) an Vilnam proficiscendum ei putem vt purget se de his que falso ad Mtem Rlem delata sunt, Ego vero nunqz R. D. Vre autor fuerim prius causam vt dicat qz accusator vllus appareat, Nam eiusmodi purgatio nemine nomen R. D. Vre aperte deferente, maiorem quandam suspicionem nonnullis adferret sed si legacionem aliqua nomine terraru Prussie R. D. V obire posset, tum et proficiscendi ad Mtem Regiam causa esset honestissima, et obiter se purgandi suma daretur oportunitas.

Ago ingentes gras R. D. Vre q. Ill. dni Joachimi filii Marchionis et Coniugis eius, ad vivum expressas effigies mihi

miserit valde mihi Marchionis ipsius effigies accidet quo ma:
iorem capio voluptatem filiam primogenitam Regis mei illi
collocatam iri, cuius vel oris liniamenta indicant sūmā esse vir:
te et probitate præditum, quibus rebus Regis mei filia cessura
illi proculdubio non est. Non ita multis ante diebus qz reddi:
te mihi fuerunt lrē. R. D. Vrē Regiā Mtās et ad me et
ad alios regni sui Senatores de hoc Connubio scripsit. Quod vt
deus fortunet precamur, et foelix ceptum ad exitum perducat
foeliciorem.

De Duce Holsaciē: de Rege Angliē: deqz Lubecensibus ea quē
scripsit R. D. Vrā alte sunt pectori meo infixa. Est ita vt
scribit R. D. Vrā, magni referre quem simus vicinum ha:
bituri, ne quod est in prouerbio, aliquid mali nobis propter
vicinum malum eueniat Quare tam ea res curē mihi futura
est q̄ quē maximē, primo qz tempore ad Mtem Regiam de
ea referam, qz potero diligentissime hortabor vt et grauiter
et mature terrarum suarum Prussiē quieti et tranquillitati prospi:
ciat. Solet enim parua scintilla neglecta initio tantum postea
incendium excitare vt nonnisi cum magno negocio restingui
possit Videor mihi ad singula fere iam R. Dni V. respō:
disse.

Quod mihi quē in Hyspania: Anglia: Dania, nona agerētur
tam subtiliter perscripsit, magnam habeo gracia, vicissim à
me, quē in partibus hiis nobis vicinioribus gerantur ita
vt cupit paucis accipiat.

Et de Rhodo quidem recuperata, eadem ad nos quē istuc ad
vos ex Germania sunt allata: sed certi tamen adhuc nihil
habemus.

Clementem septimū Pontificem Maximum vita iam functū
esse, puto vos istic certiores iam esse factos. In cuius demor:
tui locum suffectus est R. D. Cardinalis Farnesius vir
et canicie ipsa venerandus et magno rerū vsu prudentiaqz

preditus et pre ceteris vite integritate conspicuus: Paulo tercio nomen ei est inditum/ hoc reipublice Christiane clauum tenente, in magnam spem vocarimur, Ecclesie Christi que magnis est errorum circumfusa tenebris, aliquam Christo sponsam suam respiciente, tandem aliquam lucem oborituram. Incredibilis est omnium de eo expectacio, multa enim et egregia persepe virtutis sue documenta dedit

In Hungaria hec acta sunt, que et ipsa magnam fortaße partem R. D. Vre cognita sunt. Dominus Gritti non ita magna manu in Transilvaniam profectus cepisse consilium dr, Proceres Regni Hungarie trucidandi, vt submotis illis aut rerum ipse potiretur aut in Turci Caesaris sui manus Regni illius gubernacula traderet. Itaqz simul vt ingressus est Transsilvaniam, virum et consilio et manu promptum, qui fuit vnicum idemqz certißimum Regis Joannis presidium dominum Czibak Varadien designatum Epm interficiendum curauit, Cuius viri mors tantos in omnium Hungarorum animis motus excitauit, vt concordia inter se facta, in vnum omnes conspirauerint vt collecto valido exercitu communi omnium consensu et voluntate ad circumsedendum Gritti in Oppido quodam profecti sint, quo expugnato potestate hominis facta, questionibus illum subiectum, extremo supplicio affecerunt. Ita vir ille magnus, magna apud Principem suum gracia et authoritate, cum feliciter inicio ceßissent ei omnia, miserum ad extremum, sed nulla tamen misericordia prosequendum fortune casum subiit. Nam cum à Caesare suo interpretem se pacis inter Reges conciliande missum diceret, crudelè vt paulò ante scripsi cepit animo consilium, summa paparerum capita decutiendi. quod merito ~~postea~~ in ipsius postea authoris caput recidit

Dominus à Lasko, cum socius nonnullis, et particeps Consiliorum Lodouici Gritti videretur, et ipse custodie traditus est, neqz dum dimißus, subest tamen bona spes, fore eum breui liberum Na

et Rex nr valde illius causa laborat, et dominum Castellanum Crac non alia res in Vngaria tamdiu detinet nisi q se breui vnacum eo reditum eum putat.

Scripsit eciam ipse dominus à Lasko Regem Joannem captiuitatis eius causam apud dominum Castellanum Crac non aliam protulis: se q3 quod cum animos Vngarorum incredibili eius odio inflam: matos videret, qui Lodouici Gritti culpe conscium eum esse puta: bant, non potuerit alia racione quo minus aut vi aut per insidias vita ei eriperetur prestare q3 si in vinculis eum tantisper detinuis: set, dum tantam hanc iram et inuidiam populi dies ipsa mitiga: ret. Nunc itaq3 factam sibi esse à Rege ex vinculis exeundi potestatem, sed certis tamen legibus et condicionibus, quas cum longo tempore accipere recusaßet, tandem consilio et precibus domini Castellani Crac adductum se accepiße mox Regis nri Cubicularium ad Regem Joannem mißum esse qui hec ei significaret, qui simulatq3 redierit, e uestigio se liberatum iri sperat hec ad me de domino Laski hodierna die allata sunt.

Profectus erat ad Regem Joannem liberandi illius causa domi: nus Palatinus Russie dominus Tarnowski, cum fre illius dno Preposito, sed quo tempore hec agebantur nondum perueniße di: cebantur.

Valetudo mea deo sit gra, meliuscula nunc est, qua de re quod mihi R. D. Vra gratulatur, facile agnosco consuetum illi: us amorem in me et beneuolencia. Fui totis iam sex Mensibus grauibus morbis, atq3 iis subinde repetentibus miserandum in mod afflictus, nunc diuina ope et misericordia recreatus quidem sum, nondum tamen pristinis meis viribus plene restitutus. Spero tn quod qui me tot tam grauibus morbis releuare dignatus est, idem eciam vires breui corpusculo meo sufficientes suppeditabit Christus Jesus. Mihi q3 magne fuit voluptati, q R. D. Vram ex scriptis ad me lris omnibus iis valetudinis incommodis que ex longa peregrinatione contraxerat prorsus eße liberatam intellexi

Faxit deus vt voti sui compos facta multos in annos viuat inco:lumis Ex Kielze 1a Januarii Anno dni 1535

Ioannes Dantiscus Eps Culmen
petro Tomicio Epo Crac. vicecancell

RME in Chro Pr et domine, domine mi colenme. Salutem et obsequiorum meorum pluximam comendacionem. Post nouissimas quas à D. Vra Rma superioribus diebus accepi rescripsi bis in compendio de hiis que tum se offerebant, et hunc promissum Nuncium meum hucusque continui, vt de rebus que nunc aguntur certi aliquid scriberem, si quid in tanta rerum varietate adeoque incerta fama que vndique passim spargitur certi scribi potest, admitar nihilo secius quoad eius fieri pot, vt eam quam veriorem narracionem putauerim esse, proxime sequar

In primis, vt de rebus meis ordiar, quemadmodum mihi et Collegé meo Mgco domino Palatino Mariemburgen à Sacra Mte R. iniunctum fuit, pro renouandis et suscipiendis Iuramentis ad gétiles meos Gdanen nos xviij Aprilis contulimus, et quum in ea actione essemus, magnam ob vnicum Romanum nomen, cum hiis de Consulatu et Scabinis difficultatem habuimus, qui hoc ex forma Iuramenti quod S. Regie Mti Gdani prestiterant data opera expungentes, pro Romane Sancte Ecclesie, Chriane Ecclie nomen substituerunt perinde quasi Romana, Chriana non esset neque declaracio mea profuit, qua planum feci eos ad Iuramentum non astringi diucius quam eousque quo Romana Ecclia sancta et Chriana esse perseueraret. eo deficiente (quod omen deus auertat) ad Romane Ecclie iniquè et non Chriane ritus et Ceremonias et illarum obseruanciam, neminem eciam nedum illos

obligari aut teneri, Non potuimus, hec suma est, quicqz obtinere aliud preter illud quod in eorum responso, cuius exemplum his iunxi D. Vra Rma leget, atqz anteqz in Romanum nomen Iurarent (qd non sine horrore audiui) penis se omnia extrema experturos dicere audebant. Idipsum tamen tam libere vt D. Vre Rme. S. Mti Regie scribere verebar quin imo in lrãs à me et domino Collega scriptis, quum reliqua omnia significassemus, rogauimus vt Mtas eius istorum temporum et hominum clementem haberet racionem. Vtinqz patria mea minus q ad presens mihi placuit. lachrimatureqz cor meum iminente ruinam prospiciens, quam illi deus ob impietatem in religionem et luxum qui ex diuiciis fastumqz qui ex luxu exenit aperte minatur, Cursus item rerum naturalis, si Aristoteli credimus, qui dicit cito peritura que cito fiunt, idem indicat, Nouißima omnium Ciuitatum Europe, que alicuius sunt nominis Gdanum est, quatuor aut quinqz annos si recte memini habens supra ducentos, quo primus lapis in fundamentum pro menibus et Muro positus est a quibus centum anni transierunt, anteqz menia cum Muris et turribus circumducta sunt, vnde vix centum ab hinc annis Ciuitas esse cepit, et in eam hoc paruo temporis curriculo excreuit multorum hominum frequencia amplitudine diuiciarumqz et rerum omnium abundaciam, vt in hoc nostro angulo ei nulla, eciam longe vetustior, comparari possit, verendum est igr, et ob tria hec monstra, que in illa, magna cum licentia, aluntur, ne hoc vaticinium, quod seorsum obsignatum ne fraudi mihi eße possit, his inclusi, verificetur et eueniat, cuius nollem videri fuisse author, multoqz minus vt succederet velim, presciri tamen fata, vitari non possunt que à deo sunt

Concionator ille Monachus, de quo scripsi in nouißimis Pancraciis, qui admodum Pancratice opera Philippi Bischoff Proconsulis Gdnen, contra me in Quadragesima preterita pubce

debachatus est, strennuu se prebet Ducem, Ducatumqz gentilibus meis ad nitexitu, gloriatum illum ferunt se habere equu ad id dispositu, ocreas, et Calcaria, quum primum Ciuitatem in se: dicionem et tumultum concitauerit, viderit qz flagrare omnia se protinus alio concessuru, de quo quu in Consilio sermonem haberem, videbantur egreferre omnes q à Monacho male tra: ctatus fuerim, significantes aperte fere Philippum Proconsule in culpa fuisse, qui tum ob morbu a allieu, quomodo nunc rone Euangelii sui quod nullum habet aut admittit peccatum labo: rat et ille ex supposita quadam pro puella fertur contra: xisse non aderat: ipseqz Monachus, quum ob id cum eo fuisset expostulatu, idem apperuit, q eam in me declamacionem illius iussu scripset, quem ego virum, qui tot ad me lris scriptis amicu se mihi esse simulauit, neqz offendi, neqz vt merito mihi male velle posset, ansam vnqz dedi, nisi me forte Lute: ranismo non fauentem, quo totus premit, odio habeat, sunt illi complices qz plurimi, ita q vix vnum aut alteru in eo Consulatu sciam, qui hac labe infectus non sit, maxime vero ad Communionem sub vtraqz specie tendunt, que vt illis per: mitteretur quidam mihi persuadere conabantur, item et vnus non de inferioribus Consilii mei Prutenici, qui sub Diocesi mea Pomesanien Parrochu habet quendam Coniugatum in suo Oppidulo, quem ille, et quidam ex Palatinis meis, magnis à me precibus contendunt obtinere vt sustineam, asseren nõ liquido adhuc constare de contracto Matrimonio, et si Concubine permittuntur, possent permitti et vxores, quorsu ista inclin: ant, obscurum non est, Coeterum vt redeam vnde digressus sum & dicerem Monachu illum equu ad abicionem fo: uere paratu, vt quum gliscentem et à se incensu ignem in: flamauerit alio diuertat, excusarunt illum diligenter dicen: tes nihil per eum in Concionibus emitti, q publicam tranquil: litatem turbare, aut nouas turbas excitare posset, quum tn

tamen longe aliter se habere compertum est, audientes non audiunt, videntesqz non vident. Q si plebs vulgi, iterum vt prius, insurrexerit, et quod iam cepit frenum momorderit, actu erit de Mgratu et dicioribus, neqz tum communis in malam professionem consensus proderit, vbi de habendo ageretur et vincetur ex raptu, Sed hec ad . D. vram Rmam vti liberius ita et confidencius scripta esse velim.

Non possum mihi temperare quin et illa addam que se qzdiu Gdani essem, obtulerunt. Applicui die Lune, die veneris sequenti, siquidem mora eciam parua magno me inibi afficit tedio abire omnino statueram, cum subito mihi nunciatur Rmum, . D. Epum Lobocen, qui cum aliis Oratoribus Coniugium Serme Principis Hedwigis cum Illmo domino Joachimo iuniore Marchione Brandeburgen confecerat, eo die ex Mariemburgo, male à Castris Prefectis tractatum, adventurum, vnde quin cum illo conuenirem, et à nobis in animo tranquilliorem dimitterem, continere me non potui, mansiqz cum illo Gdani, et ille mecum in Germania Germanorum leticia, vsqz ad alterum diem Lune, neqz dies isti sine multo, et interdum eciam de rebus arduis sermone transierunt, omniaqz nra laudabat, preter hoc duntaxat vnum, quod molestissime et egerrime ferebat, se cum lris . S. Mtis Regie que Prefectis mandabat vt in Castrum admitteretur, et in eo honorifice haberetur, non fuisse intromissum, eciam dum peteret vt cum vno puero vel solus Castrum ingredi posset, Quod sibi in magnam contumeliam factum grauissime conquerebatur, meqz fide astrixit, quam illi negare non potui, vt hanc ignominiam lris inprimis Regiis et sibi illatam, in noticiam . S. Mtis . R deducerem, seqz non prius ad veram hilaritatem rediturum qz facinus hoc adeo temerarium et audax cognosceret non impune actum fuiße, Hec ad eum modum Rmo domino Epo Premislien descripsi, nullam in meis ad . S. Mtem . R. ne odium in me coniiceretur, faciens mentionem

Que acta sunt in Conventu meo preterito pro Dominica Iudi-
ca, latere D. V. Rmam non arbitror, de quibus tamen
generatim quedam attingam, pecuniarie suppecie duodecim
millium florenorum à S. Mte R. Sermo Danorum Electo
Regi Duci Holsacie decrete per Consilium meum sunt firmate.
Accepta a Nunctio ipsius Electi Regis redeuntis ad nos ex Vilna à
S. Mte Regia, reciproca inscripcione satis valida, eiusdem
Regis Electi Sigillo munita, qua se ad similes suppecias et
confederacionem perpetuam contra quosuis hostes S. Mti Re-
gie et his terris astringit, Dominus Thesaurarius Costka
grauate et non sine molestia hanc à nobis collectam pecuniam
numerauit. Quod si totum Regnum Danie, cuius fere maiorem
partem sibi ~~Elect~~ Rex habet obsequentem, vt speramus, asse-
cutus fuerit, illius amicitia non parum nobis et Comercijs
meis commodabit, securioresque ab hostium meorum molimimbus
nos reddet. Conuenit item me D. Costka in eo Mariemburgi
Conuentu postulans à me vt intenderem et pertentarem, si
adhuc, quod sibi parauit dissidium, cum dominis Consilia-
riis componi posset, ad quod pollicitus meam operam, quan-
tum potui egi accuratius cum dominis quos satis propensos vt
turbe iste sopiri possent, reperi, modo honeste citra notam bo-
ne existimacionis mee fieret, et iuxta conceptam deprecacionis
formulam à me D. Vre Rme missam, et in quam plane
D. Costka per medium olim domini Mgci Palatini Posnanien
eo duntaxat dempto quod veniam petere tum reluctabatur, consense-
rat, mitioribus eciam verbis, et quibusdam eciam omissis, que
in formula habentur, lis hec transigeretur. Quumque in ea
essem cum domino Costka actione, contenderemque ea que olim
Palatinus Posnanien ex auctoritate Mtis Regie inter
dominos Consiliarios et illum tractauerat atque concluserat,
ille omnia ista per dominum Palatinum confecta et in duas
schedas redacta, nescio quo errore ductus, sine vllo rubore

audacter inficiebatur, nihil se eorum que in Schedis scripta erat suscepiße imo ne Schedas quidem ipsas et contenta in eis se vnq3 vidiße aut legi audiuisse constanter affirmabat Que ego non sine multa admiracione ex eo audiens, non secus atq3 si Spectrum quoddam terribile se mihi obtulisset, obstupui steteruntq3 come, fixisq3 in eum oculis (eramus enim nisi soli in conclaui meo) quesiui alia ex eo, que mihi sunt manifestissima, et que domini Consiliarii sic se habere, et esse aperte sciunt ea pari modo facta et dicta esse sine quauis ruga negabat, tum ego inq3 si non perinde res habet ac ego dixi, mortem non deprecor ipsa Deus omnipotens confestim me per iusticiam suam interficiat, pro te vero rogo vt per suam imensa misericordiam tibi parcat saniorem q3 det mentem. Ad que ille et ego deum Iudicem voco, Eo audito totus inhorrui, caue respondens ne in manus dei viuentis incidas, qui veritas est, et veritatis vindex, eaq3 interire sinit nunq3, sic me confessus fuit dissolutus, ea omnia que quum in consilio meo recenserem, apprehendit omnes stupor satisq3 mirari hoīs a re gesta istiusmodi alienacionem non poterunt. Tentata iterum fuit res quum paulo post Mgcus dns Palatinus Ploceu Mariemburgen Capitaneus aduenisset, ceterum a concepto diuelli non poterat dominus Costka dicebat quidem se paratum esse vt ab omnibus dnīs Consiliariis simul iunctis vel eciam a quolibet seorsum veniam peteret, se autem fateri non poße q aliquem offendisset, veraq3 esse que ipse dixisset et scripsisset, immeus dominos Consiliarios contrariu fecisset vnde dominorum animi non paru tenebati exulceratiq3, moram huius Iudicii quousq3 S. Mtas R in Regnum foeliciter redeat, ferunt grauissime, et ob id superiori hinc die non sine dolore. S. Mti Regie scripserunt, sic res omniu meu habet cum domino Costka, meum vero stat ad dei nedu ad Regis Tribunal, Ille q bonum est in oculis suis faciat.

Decreta eciam fuit in nouissimo Mariemburgen Conuentu Instracio

omnium illorum qui tempore belli S. Mti Regie in his terris servire sunt devincti, ut in omnem eventum scirentur, quas copias si ab hostibus gentes littoribus meis exponerentur contra illas educere possemus, hancque lustracionem fieri S. Mtas R. per Palatinatus certo tempore constituto l(itte)ris suis, sub omnium bonorum amissione, serio mandavit, factaque est magna ex parte in Palatinatu Pomeranie, porro in Culmen, culpa quorundam ~~omnium~~ factiosorum non successit, qui Palatino responderunt mandata Regia contra morem patrie et Privilegia, emissa fuisse, ipsamque Mtem Regiam male informatam, ideoque se nuncios suos ad Curiam missuros. Quum autem postea intellexissent, quod maior et porior Nobilitatis pars Palatinatus Pomeranie lustrari se permisisset, penitudine ducti Nuncios quos ad S. Mtem R. mittere statuerant retinentes, alium sibi ipsis lustracionis diem deputarunt, pro quo conveniendo ludibrium potius quam lustracionem exhibuerunt. Multa hic paucis his diebus crevit licencia et inobediencia, nullaque alia re quam quod delinquentes non puniuntur et quod plerisque plura licent quam oportet, unde plus volunt quam licet sed de his que apud nos aguntur, hactenus.

Que apud externos et vicinos fiunt, sic habent, Comes Oldenburgen(sis) cum Lubecen(sibus) adhuc Copenhagen, et angustias illas Maris, quas Sund vocant, occupant detinentque, data fide publica et libero transitu per eas angustias Hollandis Naves eorum supra LXa, Anglorum preterea Scotorum Bremensium et quarundam aliarum Civitatum Naves supra XL ex quibus omnibus Tormenta pulveres, incendiarios comeatum homines bello aptos, aliquas eciam poriores Naves et quicquid usui illis esse potuit, receperunt, easque adhuc in illis angustiis ademptis Anchoris et Velis morantur. De Anglicis paulo ante dimiserunt Naves XIIJ ex quibus omnia Gdanensium bona que feruntur non pauca fuisse porro et

Anglorum nonnulla diripuerunt totoqz hoc Navigacionis tempo:
re nulle alie Naues Gedani applicuerunt, vbi ad presens Co:
mercia omnia pene mortua esse videntur / Venerat ad Ciuitate
Copenhagen illectus spe Regni à Lubecen paulo ante Ill. dns
Dux Albertus Mekelburgen quem vocant Magnopolensem, hunc
Comes Oldenburgen ad Castrum non admisit cogebaturqz cum
Ciuibus diuersari, et paulo post re abire infecta, Erigitur item
spe regnandi à Cesarea Mte. et domo Burgundie Ill. dns
Fridericus Comes Palatinus Rheni, qui, vt nuper non scripsit mihi
ex Augusta. D. Golscalcus Erici à Consiliis Cesaree Mtis
quondam Regis Christierni extorris Cancellarius ducturus
est in Coniugem ipsius Cristierni Regis filiam maiorem natu
Dorotheam, Neptem Cesaris hoc sanguinis iure Regnu sibi
debere existimans, quemadmodu ex copia literaru ad me
quam his iunxi. D. V. Rma clarius cognoscet
Ex aduerso Electus Danoru Rex Ill. Dux Holsacie nihil
industrie et opere ad consequendum hoc Regnum omittit
habet Iutliam totam que Regni pars est pocior, eaqz est vera
Gottia ferturqz his diebus quodam non paruo prelio fudisse
Lubecenses, et alere adminiculo Regis Suecie aliorumqz
amicoru numerosu in Castris adhuc equitu et peditu Exer:
citum, Lubecensesqz ab eo petere Inducias, de quibus in Co:
uentu, qui pro festo Sancti Joannis Babtiste proxime futuro
in Lunenburgo constitutus est tractari debet quo Gdanen
.D. Georgium Schewcke cum alio Collega sunt missuri, vi:
denturqz iam tum demum et fatigari et deficere Lubecens, vixqz
induci posse q hoc tempore Inducias sint impetraturi Qua:
doquidem Dux Holsacie .e. Rex, cum Suecie Rege non conte:
nendu bene armataru Nauium habet numeru / Ad que
eciam paulo ante accesserunt septem omni apparatu bellico instru:
cte Naues, quas ex Monte Regio Ill. dominus Dux in
Prussia vicinus meus ex pecuniis pro suppetiis datis, confecit

et transmisit, salueqz se aliis, his diebus iunxerunt, Non pre:
termittet vllam rei bene gerende, et .. Rex occasionem, tanto
Exercitu et Classe adeo valida iam Lubecen 69 formidabilis
Eo in Cardine hoc bellu voluitur, exitu pro parte mea feli:
cem expectamus

De rebus Caesaree Mtis noua habeo iam non noua, conueniut
in omnibus cum his que nudiustertius Rmus dns Ar:
chieps Gnesnen ex Lovicz ad me perscripsit ea in noticia
D. Vre Rme iam pridem venisse arbitror, Scripsit mihi. Do.
eius Rma admodu amicas lras ex quibus nunc primu
vnde durior ille contra me animus causatus est cognoui et qua
de re factus mihi propensior, quum putarem, debitum debito tolli
et defalcari, quod ego . D. eius Rme, et quod mihi Nepos eius
debebat offendi, paulo ante vero quum scripsi si . D. eius Rme
placeret me debitum Nepoti condonaturum, placaui, sed hec aeque
atqz alia ad . R. D Vram confidentius, Nihil in his lris fuit
mihi gratius, quantuuis amicis qz q ferebant eo die . R . D. Gne:
snen Nuncium a . D. Vra Rma accepisse, q recte ex tam
graui egritudine conualuisset hoc ipsu quantum me exhilarauit,
scribi nequit, videorqz mihi ob eam significationem ad me facta
Rmo dno Gnesnen debere longe plura, qz prius vnqz, fuitqz
non minima causa, vt hunc Nuncium meum eo citius qz consti:
tueram ad . D . Vram Rmam mitterem, siquidem expectaba
vt certi quippiam de huius cum Lubecensibus belli euentu
scriberem, qui breui fietur, gaudiumqz meum plenum fiet, qu
Nuncius iste rediens de prospera Rme . D. Vre valetudine
me reddet certiorem, que non secus iuxta ac si mea mihi chara
est et cure . Dominus deus eandem . D. Vram Rmam qz diu:
tissime in ea conseruet .

Accepi nuper horrenda de Anabaptistis, preter illa, que in Mo:
nasteriensi Ciuitate Vestfalie acta sunt in Amsterdamo Ci:
uitate potissima Hollandie, non pauci erant hac demoniaca

et stulta secta infecti, qui clandestine se inibi continebant et virus suum in publicum effundere formidabant, Hi cum quibusdam qui foris in circumiacentibus Oppidis agebant conspiracione habita ex illis centum quinquaginta audaciores et robustiores anteque Porte Civitatis clauderentur sub crepusculo ad se in domus suas, nemine cuiusmodi quid suspicante receperunt, Qui medie noctis tempore ~~armati~~ armati egressi, relictis complicibus suis quibusdam indigenis in domibus ~~suis~~, vt ad primum Campane sonitum cum aliis strenue ad Pretorium properarent primum custodibus et vigilibus Vrbis ad unum trucidatis, in Pretorium fractis repagulis Valuarum se vi contulerunt, Tormentaque et Bombardas minores, que pro defensione Pretorii parate erant, confestim ad fenestras et loca idonea aptarunt, et unacum Tormentorum fragoribus et bombis Campane publice terribilem sonum emiserunt. ante quem sonitum, persenciens hunc tumultum Preconsul quidam vir impiger, cordatus et industrius, conuocatis subito pocioribus et magno numero Ciuibus, forum occuppauit, Portasque Pretorii obsedit, quod fex Plebis, que conspiracionis erat conscia, et ad sonitum Campane accurrerat videns seque imparem viribus Ciuium cognoscens, euestigio retrocessit, et quo quisque potuit, ne nosceretur se abdidit, fecem ique nominaui, nam nemo huic secte afficitur aut commingitur, quam qui omnium rerum egentissimus et prede auidus est, vt sunt qui manibus operari nolunt, homines neque decoctores, Nepotes, ~~Lignatores~~ Liguritores, et id genus. Preconsul itaque cum Ciuibus, qui ad bombardarum et Campane strepitum excitati, cum magna, cum magna multitudine confluxerant, Pretorium oppugnare, maiores Machinas admouere, omnia pro recuperatione Pretorii prouidere, Illi contra ex Pretorio in ultima desperacione se defendere, iaculari, in oppugnantes tela et saxa demittere, Cumque certamen hoc usque in diem se protraxisset, verbisque et tractatibus cum

obsessis nihil fieri potuisset, coacti sunt plus sexto rem aggre:
di et ex maioribus Tormentis quandam Praetorii partem
demoliri quo facto, vi ad obsessos irrumpentes, plerosq3 vivos
ceperunt ex quibus non paucos suppliciis variis affecerūt
nonnullos in vita adhuc servantes, ab illis aliorum conspira:
torum nomina extorquent, Sicq3 deo grā res haec pro reli:
gione foeliciter cessit, Q si miseri et insani isti homines, vic:
toria, tamq3 divite et ampla Civitate potiti fuissent, non est
difficilis coniectura quid consequi oportuisset
Feruntur et alii numero octingenti eorundem Anabaptistarū
in eadem apud Belgas regione Monasterium seu Abbacia
ut vocant, bene munitum, abundansq3 omī comeatu, paulo ante
intercepisse, in coq3 magnam exercuiße crudelitatem. Ad quod
expugnandum missus fuit dominus Georgius Schenk Caesaris
locumtenens, ut vocant, in Frisia, vir rerum bellicarum peri:
tißimus, mihiq3 apprime notus, is post non longam obsidionē,
vi miseros caepit, nullumq3 ex illis reliquit superstitem, Cpūs
item Monasterien plurimos affici suppliciis permisit, et non
paucos ex illorum Prophetis. De his multa essent scribenda
verum quum mihi persuadeam iam. D. V. Rmam de his au:
divisse plurima, me contineo, non possum tamen hoc omittere
quod mihi Rmus dns Lobucensis retulit, apud Sartorē
illum Joannem de Leiden, qui se Regem Israel et totius Or:
bis scripsit, fuisse summum Prophetam, qui idem fuit et Car:
nifex, quicquid causarū apud illos, et eorum Judicio morte
dignum putabatur, per eundem Prophetam decernebatur qui et ipse
a se condemnatos supplicio afficiebat unde contigisset, q quimq3
Cives Monasterien coactq omnia bona sua dare in comune
penuria postea ducti orarent ab illo Propheta ut eis aliqua
bonorū pars redderetur, qua se Coniuges, liberos suos alere,
et a fame tueri possent, vel eos cum suis libere ex Civitate
dimitterent, ut alibi victum quererent. Ad quae Propheta, Pr

inquit, iussit quia voluntati eius vos opponitis ut vobis decidã
capita, ilicoqz eos truncavit, quod audientes miserrime illorũ
vxores magno cum ploratu convenere Prophetam, quibus,
dixit, q vos iungere debeam aliis maritis, Rx iussit, Quum
autem ille flentes, respondissent, alios nolumus, cur meos
occidisti, redde nobis bona meá et dimitte nos cum . . . . liberis
meis ex Civitate, ut alibi nobis victum queramus, ille statim
sublatulit: Rx item iussit ut et vos occidam, ligatisqz quinqz
illis miserabilibus mulieribus capita amputavit, est ne vnqz
tale facinus auditum. sed iam satis obtudi . D^o^. Vrá Rma
q sum plus equo prolixior, quia coram mihi cum . D. Vrá Rma
loqui videor, det queso veniam.

Quo animo huiusqz calumniam iniquissime contra me prolatã sustinuerim
et sustineo ex Epla ad singularissimũ amicũ meũ
D. Cornelium Dup: Scepperum. D. Vra Rma intelliget
Addidi et alios meos versiculos de filio prodigo, et si adhuc,
ut solebat, meas esse aliquid putare nugas, que egro in corde
senescunt, quum per ocium licuerit ad quedam eciam mihi alia
calcar addet, Quamvis me ut alias, non trahat amplius ambiciosi
consuetudo mali: facit tamen indignacio versum,

Quid agendum erit cum denario sancti Petri, qui totus hoc tempe
emarcuit, quum neqz processus mittuntur neqz penditur, D. Vra
Rma dignetur me reddere, cerciorem et si quid in novis ex Aula mea
et ex aliis habuerit me illoz facere participem, In Varmien
negocio totus quiesco, et sparciam quam nactus sum teneo,
quantumqz possum orno, restauro vetera, nova eciam edifico
fiat Dei in omnibus voluntas, cui me penitus subdidi et hoc
quod etatis reliquum est tradidi, excedo iam prima Novembris
die futura annũ quinquagesimũ, seniumqz adhuc nulla
alia in re sencio apercius, qz in oculis, qui aliquando caligare
incipiunt, non tamen Specillis qzdiu possum utor, et has
interdũ manus plus consuetudine, qz oculis duxit si quid

litterae offendent, boni queso consulat, deinceps ne . D. V^re R^me sim mala pictura molestior, pro sua in me beneuolencia, permittat, oro vt ad . D. V. R^mam amanuensi vti possim qua in re veteri et debite mee erga . D. V^ram R^mam obseruancie nihil decedet

Alia ad presens sciencia . D. V^re R^me digna non restant quam quod Joannem illum Dantiscum quemadmodum olim seruicio . D. V^re R^me addictum, ita et nunc addictissimum in graciam et fauorem . D. V^re R^me humiliter commendo, Deumque omnipotentem, quantum totis viribus eniti possum precor vt eandem . D. V^ram R^mam in prospera valetudine et perpetua foelicitate reipublice, cum mee, tum regni, imprimis diutissime conseruet. Ex Castro meo Starygrod XIX Junij M^o . D . XXXV

R^me et colendis^me mi domine Dedit ad me nuper cum intellexisset me Nuncium ad . D. V^ram R^mam missurum dominus Joannes à Verden litteras quibus me rogauit, persuadens sibi me apud . D. V. R^mam non vulgariter esse graciosum, vt se . D. V^re R^me, vnacum litteris his iunctis magnopere commendarem, cumque illum clementia dignum . D. V^re R^me multis nominibus esse iudicem, nempe quod eum sciam ad seruiendum . D. V^re R^me studiosissimum ac propensissimum, Illum vna mecum iterum atque iterum gracie et fauori . D. V^re R^me commendo

Petrus Tomic. Eps Cracc. Vicecancell.
Joanni Dantisco Epo Culmensi.

Rme in Chro Pr et domine frater et amice charissime et honorande
Quod D. Vra Rma et per lras et per Nuncium suum
me viserit magnas illi ago gras, longo iam tempore in ma:
gna fui litterarum R. D. Vre expectacione, sed abunde ia
desiderio meo satisfactum est quandoquidem omnibus de rebus ad
me copiose scribere grauata non est.

Gdanenses iterum ab officio velle declinare, et admirationi et dolori
mibi fuit maximo Cui enim dubium esse potest, quin aperte cum
Luthero faciant qui Romane Ecclesie nomen oderunt adeo
et contemnunt. Ita vt augmeatur Rx D. Vra, non procul
ab eis abest infortunium Manet eos proculdubio grande ali:
quod malum qui eo prediti sunt ingenio, vt nisi accepto malo
sapere nesciant, faxit deus vt falsa sint que nos vaticinamur
atque vtinam ad officium sanitatemque reuocari possent.

Dominum Epm Lubucen contra quam a Mte Regia fuit ma:
datum, exclusum esse ab Arce Mariemburgensi, inuitus accepi
et dolenter tuli neque Regiam Mtem aequo id animo laturam
existimo: cuius mandatum non ita certe a Prefectis Arcis
neglectum oportebat.

Vellem Consiliarios terrarum Prussie cum D. Costka in gratiam
et concordiam iam esse reductos, sed quando id hactenus fieri
non potuit, reyicienda est necessario tota causa hec in reditum
ad nos Mtis Regie quam citius omnium opinione in Regnum
aduolaturam ferunt: vt aliquanto ante paret ea, que futuris
nuptijs erunt necessaria. Quo tempore mihi dubium non est,
etiam terrarum Prussie Consiliarios, ad honestandas Nuptias
accersitum iri dabiturque nobis occasio ~~communicandi~~ conueniendi et

880

mutua inter nos nr̃a consilia communicandi mihi certe iucundu
erit . R . D . Vram incolumem conspicere, modo deus hanc no:
bis graciam concedat id quod pro sua misericordia facere pro:
culdubio dignabitur.

Dominus Joannes à Verden, fuit antea q̃ꝫ semper mihi comenda:
tissimus nunc accedet aliquid ad pristinam animi in illum mei
propensionem, quando à . R . D . Vr̃a adeò mihi comendatur
Quacumqꝫ in re comodare illi potero, dabo operam vt se fidem
meam et patrocinium non frustra implorasse intelligat

De nouis rebus quarum participem me fecit R . D.° Vr̃a
ago illi grãs, sed et Carmina illius fuerunt mihi gratissima
magnopere sum legendis illis delectatus Ex locis nobis vici:
nis noui nihil adfertur, nisi quod pax conuentura speratur
inter Hungarie Reges neque in spem eius adhuc ma:
iorem vocati sumus quam hoc tempore, verum dominus Nip:
zic scripsit ad me Ferdinandum Regem . D.° Joachimo Mar:
chioni significasse, nihil constitutum iri de condicionibus pacis
nisi in Sermi Regis mei et . D . Marchionis presentia, quo tp̃e
Nuptie celebrabuntur

Nihil dubito quin ex animo gaudeat mihiqꝫ gratuletur . R . D.°
Vr̃a de recuperata bona valetudine sed ego, quemadmodum
recreatu iam me à graui morbo esse fateor, ita vtinam hoc
q̃ꝫ affirmare possem, esse me iam corpore plane confirmato
sed adhuc grauis illius et diuturni morbi me reliquie queda
exercent . Spes est tamen in Chr̃o Jesu fore breui ita vt vo:
lumus . Quoniam non longe diem illum abesse suspicor quo
coram inter nos nobis loqui licebit, idcirco breuior nunc in re:
spondendo fui . Quod superest opto . R . D . Vram complu:
res in annos incolumem esse et foelicem: Cuius me mutuo amori
et beneuolenciaeqꝫ commendo Dat ex Oppido Kielce
die vltima Junij Anno dn̄i M.° D.° XXXV.°



Politica. 160, 110, 200, 274, 286, 493, 619, 651, 710, 503, 569, 619, 651, 710, 711, 712

Andr. Tenczynski 478. 483. 500, 506

Stanislaus Spitek 480

Reus 563.

a Hornostain 568

De Radziwilla 688.

Jan Andreas & Valentinus Mutinensis Probosz [illegible] Volter Berg.

782 Gritti – Laski Hier. 748, 806.

Въ этой рукописи четыреста двѣнадцать (412) листовъ

VI/7/1900.

Zacząłem 2 Grudnia 1837.

